BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 D
43

Ex Bibliotheca
.ajori Coll. Rom.
Societ. Jesu

33.5.17

A.

RESPONSA
PAVLI LEONII
PATRITII PATAVINI,
AC FERRARIENSIS
IVRISC. ET EQVITIS,

Ac Sereniſs. ALFONSI II. Ferr̃. Ducis
CONSILIARII SECRETI,

Nunc vero eiuſdem Vrbis
EPISCOPI.



FERRARIÆ
Excudebat Victorius Baldinus. M. D. LXXXIIII.
Permittentibus Superioribus.

13-8-D-43

ILL.^MO ET EXCELL.^MO PRINCIPI D. D. IACOBO BONCOMPAGNIO SORÆ ET ARCETÆ DVCI, ARPINATVM DOMINO, VINEOLAE MARCHIONI, SANCTÆQ. ECCL. GENERALI, &c.

Paulus Leonius
S. P. F.

CVM nuper ad aures meas perueniſſet, nonnulla ex Reſponſis meis in iure ciuili a me editis, dum illi diſciplinæ aſſidue magis, quàm nunc operam dare mihi licebat, per aliquos præter omnem meam ſententiam Typographis imprimenda tradita fuiſſe, non potui non parum commoueri, immo uero etiam perturbari: Ego enim nihil minus faciendum fore cogitaueram. Eò autem res perducta erat, cum mihi iſtud renunciatum fuit, vt nec retrahi, nec impediri amplius integrum eſſet. Subueritus autem ego parum fortè ornamenti ſecum afferre a ſeipſis illa poſſe, mecum ipſe cogitare cœpi, ſi fieri poſſet, vt ſaltem aliunde ornamenta aliqua ſuſciperent. Ad te autem PRINCEPS optime ſtatim oculos mentemq; conuerti, veluti ad virtutum omnium ac ornamentorum perennem ac vberrimum fontem: A quo liber iſte, alioquin nudus per ſeipſum, decorem mutuare copioſiſſime poterit. Ne igitur ægre feras, ſi ego ex meritorum ac virtutum tuarum ſuperaffluenti copia ac exuberantia libellum hunc inſigniri curaui. Sic enim egregia ac Illuſtriſſima

tua fert conditio, vt et abſque vlla tua opera, quinimmo etiam inſciēs alijs mirifice prodeſſe valeas. Quapropter nemo hoc ea a me intētione factum eſſe, vt exiſtimet, forte velim (id quod plerunq; fieri conſueuit) vt aliquam æris alieni partem, qua me tibi valde obſtrictum eſſe ſcio atque publice profiteor, ſolutam iri inde putem: Immo vero debiti cumulus in me mirum in modum augetur: cum maximum nunc abs te ſentiam in me collatum eſſe beneficium. Eo igitur ſtudio iſtud a me factum fuiſſe omnes plane intelligant, vt cum plurimum tibi debeam, plurimum adhuc debere velim. Vale, meq; vt in tuorum numerum referas ac ſerues, ſummopere cupio: Deumq; ſeruatorem noſtrum ſupplex deprecor vt te diutius incolumem ſeruet. Ferrariæ VIII. Kalendas Aprilis. M D LXXXIIII.

VICTORIVS BALDINVS
Ad Lectorem.

SVPERVACANEVM exiſtimo, optime Lector, hęc quę nunc tibi domeſticis impreſſa typis reſponſa offero Auctoremue verbis commendare, cum ipſe per ſe titulus vtrunque abunde præſtet. quippe ex omnibus Iuris ciuilis, aut pontificij libris reſponſa ipſa multo vberrimũ eius ſcientiæ ſtudioſis fructum afferunt: PAVLVS vero LEONIVS patritius Patauinus ante tum prælegendo publicis in Academijs, quod hactenus ab ipſo editi bonę frugis pleniſsimi commentarij teſtantur tum in cauſis diſceptandis ac diiudicandis ampliſsimo; atque honeſtiſsimo Ferrarię loco per multos annos ſumma cum integritatis atque eruditionis laude verſatus maximum eſt nomen conſequutus; quæ illum res cum ſingulari prudentia coniuncta ſacro in ſolio Ferrarienſi haud dubie impoſuit. Itaque qui vtilitatem & dignitatem miraris atq; conſectaris librum hunc in manus ſume: vix vnum atque alterum e paucis reſponſis hinc inde magno cum labore a me collectis leges: reliqua enim peſtilentia Venetijs ſeptimo ab hinc anno graſſante, cũ vt typis deſcriberentur eo tranſmiſſa fuiſſent, intercidere: ſtatim animum ſubibit ea conſcripta fuiſſe ab clariſsimo Iuriſconſulto, & doctrina virtuteque eximia iam tum, cum ea cuderet, non Epiſcopi modo dignitatem, ſed longe etiam maiorem atque ampliorem promerito. Valę.

HIERONYMI BOVII
FERRARIENSIS
Carmen.

SPIRANTES chartæ, precioſa volumina legum,
Dogmata quæ Imperij, Pontificumq́ docent,
Temnere Amyclæi poſſunt quæ iura Lycurgi,
Cecropia & iuſtus quæ dedit vrbe Solon.
Jn dubijs Indi huc currunt: huc currit Iberus:
Currit Germanus, Maurus & iſta petit:
Myſtica fatidicæ populis reſponſa Sibyllæ,
Oracla & Delphis augur Apollo dabant;
Jlla ſed obſcuris, & falſis tecta latebant:
Hæc vera, hæc ſtellis lucidiora patent.
Aſtræa hîc virgo Cælo delapſa moratur.
Hîc manet: hîc regnans hæc ſua templa vocat.
Juſtitia hîc pandit ritus, documentaq́ veri:
Dat pœnas prauis, præmia fertq́ probis.
Cæſaris arcana, hîc Petri decreta pateſcunt;
Et viuent vllo non peritura die.
Sic PAVLLE Antiſtes tu vitæ munere functus,
Et Cælo, & ſcriptis vixeris vſque tuis.
Nam tua perpetuum virtus manſura per æuum,
Eoos tangit, tangit & Heſperios.

MELCHIORIS VIROLI
THEODORANENSIS
Carmen.

SI quis ad Ortygiæ direxit Limina greſſus,
  Aut ad fatidici Delphica templa Dei.
Ut petat oraclum, redeat conſultus & inde,
  (Nàm fruſtra it) celerem comprimat ille gradum.
Jamdudùm antiqua Phœbus detruſus ab æde,
  Deſiit ambiguo neſcius ore loqui.
Et Lyciæ ſortes, doctæ & reſponſa Sybillæ,
  Et clarij vatis iam ſiluère diù.
Huc igitur venias dubijs reſponſa petitum,
  Et nullo dictis decipière modo.
PAVLVS Ateſtinis charus, de ſtirpe LEONVM,
  Doctrina magnus, nec pietate minor,
Conſulit; & Legum, iuriſq; arcana ſacrati
  Mellifluo Doctor candidus ore docet.
Cuius virtutes melius, qui noſcere curet,
  Inſpiciat tanti protinus acta viri.
Dum frontem ornatus Mitra, viridiq; galero
  Errantes ſeruat, ne lacerentur, oues.
Atq; ità cognoſcet, quanta eſt clementia, quanta
  Cum ſumma eſt probitas nobilitate comes.

DELLA SIGNORA ORS.NA CAVALLETTA FERRARESE.

Q VASI in ſuo proprio ſeggio in queſte carte
Lieta la bella Aſtrea s'aſſide, e regna,
E n lor giuſtitia, e veritate inſegna,
E premi à buoni, à rei pene comparte.
Dal'Oriente, e da l'oppoſta parte
Ne' dubbi ſuoi già par che'l mondo vegna,
Qual à nouella Claro, e forſe ſdegna
Ch'altro nume diuin ſenno gl'imparte.
Onde, volgendo il Ciel, ſe'l ver diſcerno,
Vedranſi, ouunque il Sol gira, i mortali
Reggerſi à lor volere in pace, e'n guerra.
E quando giaceran fredde ſotterra,
Sacro LEON, le membra antiche, e frali;
Ne' voſtri ſcritti, e'n Ciel viurete eterno.

ALIQVA CONSILIA PAVLI LEONII IVRISCONS. PATAVINI, CONSILIARII DVCALIS,

Nunc verò Epiſcopi Ferrariæ.

SVMMARIVM.

1 IN interpretanda mente coniecturata teſtatoris ſape errari poteſt, quia ipſa non cernitur.

2 Doctores in hac materia videntur variaſſe, vide in nu. 26. 94.

3 Quãdo conditio primę ſubſtitutionis deſecit, etiam aliæ ſubſtitutiones tã quam ab illa conditione dependentes videntur deficere, vide nu. 80.

4 Bona præſumuntur libera, niſi de onere expræſſim iniuncto appareat.

5 Licet dicere fideicõmiſs. hoc caſu nõ loquitur, quando nõ eſt expreſſũ.

6 Fideicom. dicitur diſpoſitio onerosa ideo reſtringenda, & nu. 9. vide tamen nu. 69. & 84.

7 Quẽ nõ honoro, grauare non poſſum.

8 In dubio fit interpretatio in fauorem hęredis contra fideicommiſſarium.

9 Fideicom. adimit liberam rerum diſponẽdi facultatẽ, quæ eſt vnicuiq. à lege conceſſa: vide tñ inf. nu. 86.

10 Caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris cõmunis. vide in nu. 90.

11 Subſtitutio facta ſub iſta conditione ſi filius ſine filijs deceſſerit, ſtatim expirat, cũ filiũ ſuſcepit, & cum eo mortuus eſt: vide nu. 91. & ſeqq.

12 Cõditio voluntaria dẽt in forma ſpecifica impleri. Vide nu. 97. & ſeq.

13 Ex diuerſis non æquipollentibus nõ fit illatio.

14 Extenſio de perſona ad perſonam nõ fit, & inf. nu. 111. & ſeqq.

16 Poſiti in conditione non cenſentur uocati, & inf. nu. 115. & nu. ſeq. 122. & 119. & 124.

17 Filijs, & deſcendentibus eſt debita parentum ſucceſsio.

18 Præſumitur quis magis diligere deſcendentes, quàm tranſuerſales.

19 Non debemus ex capite proprio coniecturas confingere ad inducendũ fideicom, ſed ex expreſsis colligi eas oportet.

20 Subſtitutio facta per dictiones taxatiuas reſtringitur ad caſum expreſſum tantum, & nu. 130.

21 In fideicommiſsis voluntas teſtatoris potisſimum eſt attendenda magis quã uerborum ſignificatio. et ſeqq. nu. 28. & 33. & 36. et ſeqq.

22 *Verba intentioni deſeruiunt, non autem intentio verbis.*

23 *Intentio præfertur verbis, ſicut anima corpori, & quod mens, & verba inuicem pugnent.*

24 *Fideicom. inducitur etiam ubi verbo omnino deficiunt, & nu. 82.*

25 *Verbis quando ſtandum ſit.*

27 *Ob imperitiam Notariorũ plerunq. cauſantur difficultates.*

29 *Etiam in ſtatutis Mens potius quã verba attenditur. Item in ſnĩa, & nu. ſeq. & nu. 29. et ſeq.*

31 *Snĩa eſt ſtricti iuris, nec ex ea infertur, niſi quatenus reperitur expreſſum.*

32 *In Mandatis, in ſtatuto, in Reſcriptis, quæ ſunt ſtricti iuris, attenditur potius Mens, quàm verba.*

34 *Coniecturę quã probabiles eſſe dicantur, vt ex eis liceat elicere voluntatem teſtatoris, & nu. ſeq. 41. cum nu. ſeq. nu. 99.*

35 *Declaratur Doctrina Bal. & Imolæ in l. quidam cũ filium. ff. de hæred. inſt. & nu. ſeq. & nu. 92. et ſeq.*

36 *Fideicommiſſ. conditionale tranſmittitur ex coniecturata mente teſtatoris: licet regulariter ſecus.*

37 *Declaratur Doctor. Oldr. in conſil. 21. & num. 50. & 58. & 77. 94. & ſeqq.*

38 *Etiã Oldr. admittit voluntatẽ ex cõiecturis ſumptam attendendam eſſe, & verbis prævalere.*

39 *Etiam lex ſequitur mentem coniecturatam Defuncti, & nu. 41.*

40 *Subſtitutio iſta ſi ſine filijs deceſſerit, habet locum ẽt, ſi cum filio decedat, qui poſtmodũ ſine filijs moriatur, ex coniecturata mente teſtatoris, cum multis ſeqq. & nu. 78. & nu. 81. 96.*

51 *Quando teſtator plures gradus ſubſtitutionum fecit, ſumitur coniectura eius voluntas, vt bona in familia conſeruentur.*

52 *Item quando fœminas excludit.*

53 *Item quando iubet eas ex fructibus dotari.*

54 *Item quando prohibet alienationem, & diuiſionem.*

55 *Item quãdo prohibet Trebellianicã detrahi.*

56 *Item quando omnibus deficientibus vocat extraneum, eum hoc vt nomen familiæ ſuæ ſubeat.*

57 *Item quando iubet, vt ſingulis annis hęreditas ſua augeatur.*

59 *Teſtator iſte non ſolum coniecturaliter, ſed expreſsè, & diſpoſitiuè declarauit ſimpliciter, & abſolutè, & ſine vlla reſtrictione, Bona ſua perpetuò in ſua familia conſeruari. nu. 83.*

60 *Verba iſta teſtatoris, quia vult vt Bona ſua ſemper in familia conſeruentur, inducunt fideicom. & extendũt prohibitionem alienationis ad omnes, & nu. ſeq. & nu. 66.*

62 *Verba illa modo, & forma, quibus ſupra quid ſignificent, & quomodo intelligenda ſint in caſu noſtro, & nu. 64.*

63 *Semper capienda eſt illa interpratatio, per quam ſuſtineatur actus, & abij-*

abijciatur illa, quæ ad eius euerſionem tendit.

65 *Conditio in vna diſpoſitione appoſita non debet cenſeri repetita, in alia niſi expreſſum ſit.*

67 *Diſpoſitio teſtatoris ita intelligenda eſt, ut abſurdum ceſſet etiam à propria verbi ſignificatione recedẽdo.*

68 *Expreſſum dicitur illud, quod ex expreſsis colligitur.*

69 *Fideicom. non dr̃ abſolutè materia odioſa, & ſic reſtringibilis, imo uero reſpicit ẽt publicam vtilitatẽ, & nu. 70. 74.*

70 *Fauorabile eſt, vt Bona in familia cõſeruentur, & nu. 85.*

71 *Familiæ ſine Diuitijs ſordeſcunt.*

72 *Geminata diſpoſitio oſtendit valde determinatã voluntatẽ diſponẽtis.*

73 *Inſpicitur principalis intentio diſponẽtis ad cognoſcendum an ſit fauorabilis, vel odioſa.*

75 *Caſus iſti ſimiles omnino ſunt, videlicet q̃d filius teſtatoris ſine filius decedat, uel illius filius: nec probabilis rõ differẽtiæ inter hos caſus excogitari poterit.*

76 *voluntates morientium declarandę ſunt, prout viuens dixiſſet.*

79 *Verbum dicti reſtringit diſpoſitionẽ ad nominatos, & conſ. 21. nu. 11. & conſil. 3. nu. 41. et conſ. 4. & 2.*

80 *Vnicuique à l. tributa eſt poteſtas diſponendi de rebus ſuis, & nu. 127. & conſil. 9. nu. 14.*

88 *Prohibitio alienationis non dr̃ verè grauare hæredem, quia illa nõ ſũt bona ſua, ſed teſtatoris relinquentis cum illa qualitate, & nu. ſeq.*

89 *Regula l. ab eo. C. de fideicom. declaratur, & nu. 121 & ſeq. & 126.*

90 *Caſus ommiſſus non dr̃, qui colligi poteſt ex expreſsis.*

92 *Conciliantur iura, & Doctor. qui videbantur in hac materia contrarij, & ſeq.*

93 *Iura ſimpliciter loquẽtia declarantr per illa, quæ qualificatè loquuntur.*

97 *In conditione iſta, ſi filius ſine filijs deceſſerit, teſtator conſiderauit effectum potius quàm rigorem verborũ: ideo per ęquipollens impleri poteſt. & 69.*

98 *Cõditio ſi filius efficiatur preſbiter, verificatur, ſi ille ſine filijs deceſſerit, licet videbatur conditio voluntaria.*

99 *Conditio voluntaria impletur per ęquipollens ex coniectura ta mente teſtatoris & nu. ſeq.*

100 *Caſus ſimiles dicuntur, in quibus eadem ratio militat.*

102 *Vbi militat eadem ratio, non dicitur extenſio aliqua ſed comprahenſio, & nu. ſeqq.*

Quod etiam in ſtatutis, & in materia correctoria procedit.

103 *Quod procedit etiam vbi ratio non eſt expreſſa, ſed unica tantũ poteſt aſſignari.*

104 *Caſus per teſtatorem expræſſus, & caſus qui extitit quomodo dicuntur ſimiles.*

105 *Caſus in quo ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita veriſimiliter reſpondiſſet, haberi debet pro expreſſo.*

106 *Ratio imaginaria, & non expreſſa, aut quæ ex expresſis colligi non poſſit, non eſt attendenda nu. ſeq.*

108 *Debemus indagari voluntatẽ teſtatoris, & illam ſequi.*

109 *Teſtator in caſu iſto etiam filiũ ſuũ grauauit.*

110 *Maiori affectione proſequimur iam natos, quàm nondum natos.*

112 *Prohibitio alienationis inducit fidei com. ſaltem ſecuta alienatione etiã per vltimam voluntatem.*

113 *Extenſio ita de perſona ad perſonam ſicut de caſu ad caſum fieri poteſt, ubi militat eadem ratio.*

114 *Teſtator ſaltem in genere de filio filij cogitauit.*

115 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, qñ aliquæ concurrunt coniecturę vide nu. 122. & ſeq.*

116 *Poſiti in conditione dicuntur expręſſe nominati ſaltem conditionaliter, & nu. 124.*

117 *Nulla ratio diuerſitatis dari poteſt, cur extenſio fieri posſit de caſu ad caſum, & non de perſona ad perſonam.*

118 *Vbi militat eadem ratio, diuerſum ius ſtatui non põt, et conſ. 8. nu. 13.*

119 *Intellectus ad text. in l. ſi quis ita. §. ſi quis cum ignoraret. ff. de teſta. tute.*

120 *Diſpoſitio nõ trahitur ad ignorata.*

124 *Ad hoc ut reg. l. ab eo. C. de fideicõ. ceſſet, ſufficit quod tacite etiã ab inteſtato aliquid ille conſequatur.*

125 *Poſiti in conditione dñr ſaltem mortis cauſa capere, ideo grauari pñt.*

126 *Alia declaratio traditur ad dictã regulam. l. ab eo.*

127 *Libera cuiq; debet facultas diſponẽdi de bonis ſuis quod etiam publicam reſpicit vtilitatem, & ĩ. nu. 80. & conſ. 9. nu. 14.*

128 *Conditio alienationis per teſtatorem facta dr̃ realis, ſeu in rem ſcripta, à qua hæres liberari poteſt repudiando hæreditatem, & numero ſeq.*

130 *Quomodo dictiones reſtrictiuę in teſtamento iſto appoſitæ verificantur.*

131 *Non eſt inhærendum uerbis captioſis, quibus euerti poſſit diſpoſitio teſtatoris.*

132 *Dictiones taxatiuę non excludunt caſus ſimiles, & eandem rationem habentes.*

133 *Vbi apparet de voluntate teſtatoris, non attenduntur dictiones taxatiuæ.*

134 *Iſti caſus ſimiles omnino ſunt in terminis iſtis, uidelicet quod filius teſtatoris ſine filijs decedat, vel filius illius ſinę filijs.*

135 *Pater & filius vna, & eadem perſona reputantur.*

136 *Teſtator præſumitur magis diligere proximiores, quã remotiores.*

137 *Verba illa teſtatoris, & ſic voluit, Bona ſua ſemper, & in perpetuum remanere in ſua agnatione, inducunt fideicom. etiam non ſecuta alienatione.*

138 *Concluſio Materiæ.*

Vberrimum Conſil. in interprætanda Mente Coniecturata Teſtatoris.

Diligite Juſtitiam, qui iudicatis terram.

PROPOSITA conſultatio Pulchram, & valde frequentem materiam cõtinet, interprætandæ ſci-
1 licet mentis Teſtatoris, In quo ſæpe erratur, quia ipſa non videtur, vt not. Bald. in l. præcib. C. de impub. & alijs ſubſtit. col. 6. ſub nu. 25. Iaſ. in l. licet imp. in 4. Not. ff. de leg. j. Crau. in conſ. 98. col. vlt. ver. iſte caſus difficilis eſt.

¶ Teſtator quidã in ſuo vlt. teſtamento hæredẽ ſibi vniuerſalẽ inſtituit filiũ ſuũ legitimum & naturalem: Eiq;, ſi decederet abſq. filijs maſculis legitimis & naturalibus, ſubſtituit Cornelium Teſtatoris fratrẽ ĩ vita, ſi tũc viuet, hoc modo & forma vlt. Quod vſufructuare poſſit dictã hęreditate toto tẽpore vitæ ſuæ. Sed qđ ipsã, nec ipſius partẽ aut particulã aliquã vllo vnquã tempore vendere nec alienare poſſit, Immo nec cũ aliquo diuidere; quoniam vult, & intendit dictus teſtator, quod adueniẽte caſu prædicto vlt. Quod prędictus eius filius, & hæres decederet ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus, Ad quemcunque ſeu ad quoſcunque deuenerit, ſeu deuenire contigerit dicta hęreditas, ſemper ſit, & eſſe debeat vnita. Et nõ poſſit nec debeat diuidi aut ſeparari, Nec aliquo modo vel caſu vnquam diminui. Filiabus autem ſuis reliquit ducatos duo mille, qui eis ſolui debeant ex fructibus Hæreditatis. Et pariter legatã, & debita etiam per prędictum eius filium contracta ex fructibus ſolui debeant. Item prohibuit per aliquẽ ſeu per aliquos, qui in ſua hęreditate ſuccederent, Trebellianicam detrahi: Et caſu quo de iure detrahenda foret, fructus in ea computari debeant.

¶ Si vero prædictus Cornelius frater tunc iã deceſſiſſet, teſtator ipſi eo caſu ſubſtituit Caium alterũ eius fratrem eodem modo, & forma, de quibus ſupra. Quod ſi, & ipſe mortuus reperiatur, tunc dat facultatem antedicto eius filio inſtituto, & ſine filijs (vt ſupra) decedenti de dictis bonis teſtandi: Ita tamen, vt inſtituat vnum ex filijs maſculis legitimis & naturalibus antedicti Cornelij, aut antedicti Caij, Prout ſibi magis placuerit. Et ſi dictus eius filius moreretur, & abſque teſtamento, & ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus, tunc ipſe teſtator ſubſtituit maiorem natu, qui tunc erit ex filijs maſculis legitimis & naturalibus prædictorũ Cornelij, & Caij ſecũdum ordinem ſupradictum.

Et

Et ſi filię fęminæ ſupererint dicti eius filij, eas dotari iuſſit ducatis duobus mille, & non vltra ex fructibus dictę hęreditatis,& pariter debita ex fructibus ſoluantur.

¶ Deinde facta ſubſtitutione dictorũ ſuorũ fratrũ, & de illorũ filijs, poſtea teſtator hæc verba ſubiungit. Et ſic voluit dictus teſtator & vult, dictam eius hęreditatẽ ſemper ſtare in lineam maſculinã legitimã, & naturalem prædictorum Cornelij,& Caij, Donec durabit eorum linea modo & forma quibus ſupra. Item mandauit dictus teſtator tam dictũ Cornelium, quam quemlibet alium, ad quem dicta eius hęreditas deueni re contigerit, teneri eam ſemper & in perpetuũ ſingulo anno augere pro ducatis centũ ex fructibus. Et ille qui in hoc negligẽs fuerit, priuetur hęreditate, quę ad alium perueniat modo forma & ordine vt ſupra. Deficiente etiam omnino linea maſculina ſuorũ fratrũ, ſubſtituit duas alias lineas ſuorum agnatorum ſucceſſiue vnam poſt aliam eod. modo, & forma vt ſupra.

¶ Defitiente autem linea maſculina legitima & naturali omniũ ſubſtitutorum de ſua familia, & extantibus filiabus fęminis vouit dictam ſuã hęreditatẽ ad fœminam maiorem natu deuenire, quæ non ſit nupta, Dotatis alijs vt ſupra, cum hoc tamen quod illa alicui nobili viro nubat, qui ſe vocari faciat de Domo, & familia ipſius teſtatoris. Quod ſi non extaret tũc aliqua fęmina legitima, & naturalis de lineã, & ſtirpe ſupradictorum, tunc liceat vltimo ſubſtituto de ipſa hęreditate teſtari,& unum, quem malluerit, inſtituere, qui ſe vocari faciat de Domo & familia teſtatoris: Quo ętiã defitiẽte ab inteſtato,& abſq. filijs maſculis legitimis,& naturalibus, & abſq. fęminis, ſubſtituit Monaſterium quodam. Item addidit quod omnes, ad quos prædicta hęreditas deuenire contigerit(excepta ipſius teſtatoris lineã)ſoluere teneantur vni de Domo ſua, qui artibus liberalibus, aut Militiæ vacare voluerit ſingulo anno per annos octo quandam pecuniarum quantitatem.

¶ Modo ex facto euenit, quod ille filius teſtatoris primo loco inſtitutus deceſſit relicto poſt ſe filio maſculo legitimo & naturali, qui poſtmodum deceſſit nullis relictis filijs, Sed ſuperſtite tunc adhuc Caio uno ex fratribus primi teſtatoris, Item ſuperſtitibus pluribus eius filijs ac cũ pluribus alijs conſanguineis prædicti primi teſtatoris in illo ſuo teſtamento vocatis. Fecit teſtamẽtum ille filius primi hęredis, in quo matrẽ mulierem omnino extraneam reſpectu agnationis primi teſtatoris hęredem inſtituit.

Con-

¶ Contingit nũc dubitari,quis
admitti ad hanc hęreditatẽ de iu-
re debeat, An Caius frater primi
teſtatoris, & ſucceſſiue eius filij,
An verò Mater inſtituta à filio fi-
lij primi teſtatoris ſine filijs de-
functo.

2 ¶ Quoniam verò in hac mate-
ria Doctores viſi ſunt aliquibus
uariaſſe: & Curt. Iun. inter alios
dixit quod Doct. modo hanc, mo
do illam opinionem ſecuti ſunt,
prout pęcunię eos impulerunt.
Ita ipſe dixit in Conſil. 121. in 4.
Col. Ego autẽ minime puto hoc
eſſe dicendum, neq. notam hanc
eſſe Doctoribus noſtris inurẽdá.
Quin immo ſi recte ad terminos
in quibus loquuntur, recte aduer
tatur, non dicemus eos variaſſe
sed prout in diuerſis terminis lo-
cuti fuerunt, Ita diuerſas firma-
runt Concluſiones.

3 ¶ Quoniã igitur difficultas ma
xima eſt, Iccirco, ut ueritas ma-
gis apparere poſſit, Arguã ad par-
tes. Videretur autẽ prima facie di
cendum fratrem iſtum teſtatoris
Gaiũ, neq. eius filios, aut alios a-
gnatos illius teſtatoris ad hãc hę-
reditatem admitti poſſe; virtute il
lius fideicõmiſſi, de quo in ſupra
relato teſtamento, ut pote, Quia
caſus illius fideicommiſſi minime
euenerit; Nanq. ſubſtitutiones il-
læ oẽs factę in illo teſtamento de
Cornelio, & Gaio fratribus ipſius
teſtatoris, & ſucceſſiue de alijs il-
lic uocatis factæ fuerunt ſub illa
conditione, videlicet ſi filius ille
teſtatoris hæres inſtitutus ſine fi-
lijs maſculis legitimis & natura-
libus Decederet, vt in narratio-
ne facti apparet. Qui caſus non
extitit: Quoniam ille non deceſ-
ſit ſine filijs, Immo reliquit ipſe
eius filium legitimum & natu-
ralem. Ideoq. euanuerunt om-
nes ſubſtitutiones tanquam ab
illa conditione dependentes.

4 ¶ Licet enim matri inſtitutę dice
re ad ſubſtitutorum excluſionẽ.
Fideicomm. aut ſubſtitutio hoc
caſu non loquitur: Bona enim li-
bera pręſumuntur, prout ſic ſũt,
niſi de onere expreſſim iniuncto
appareat Arg. eorum quæ haben
tur in l. Altius C. de ſeruit, & aqua,
ſed in terminis tradit Soc. in cõſ.
5 62. col. 2. ver. & in primis, & in
Conſ. ſeq. col. 7. nu. 14. Vol. 3. plu
res ad hoc allegat Crau. Cõſ. 161.
col. pen. & vlt.

6 ¶ Fideicommiſſum enim dici-
tur diſpoſitio oneroſa, ſolet ad
hoc allegari text. in l. cohęredi §.
cũ filio ff. de vulg. & pupill. Ego
preter illũ allego text. in l. ſi Ar-
rogator ff. de Adopt. vbi patri
Arrogatori permittitur pupillari
ter ſubſtituere pupillo arrogato,
Non tamen poteſt ei ſubſtituere
per fideicomm. reſpectu quartę.
7 Quia illam non habet ex iuditio
teſtatoris, ſed ex diſpoſitione le-
gis: Et quem non honoro graua-
re

re nõ poſſum, l. ab eo C. de fidei-
8 cõ. Et in dubio fit interpretatio in fauorẽ hęredis contra fideicõmiſſarium, vt idem Soc. tradit in Cõſ. 113. Col. vlt. ver. vnde ex præmiſſis vol. 1. Et ideo lex dicit fidei com. illi iniungi non poſſe, qui non ſit ab eo prius honoratus, d. l. ab eo C. de fideicom. & l. ſed, & ſi ſic §. 1. ff. de leg. 3. & ſic apparet quod fideicom. eſt onus:
9 ❡ Et ratio eſt quia adimit liberam rerum ſuarum adminiſtrationem cõtra l. in re mandata C. mand. & l. Dudum C. de contrahen. empt. l. Non vſque adeo. ff. ſi quis à parente fuer. manũ. Et iſta facultas de bonis ſuis libere diſponendi fuit ab antiquiſſima lege 12. tabul. vnicuiq. conceſſa. l. 1. in prin. ff. Ad leg. falcid. l. verbis legis ff. de verb. ſignificat. l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Cui libertati refragatur hæc diſpoſitio fidei commiſſaria, merito eſt reſtringenda, quantum fieri poteſt. Nec vltra caſum expreſſum eſt trahen-
10 da C. odia de Reg. iur. lib. 6. Et cũ ſit caſus iſte à teſtator omiſſus, remanere debet ſub diſpoſitione iuris cõmunis, & pro omiſſo haberi l. Commodiſſime. ff. de liber. & poſthum. l. ſi cum dotem. ff. ſolur. matrimonio, & l. ſi extraneus. ff. de condict. ab cauſam.
11 ❡ Secundo principaliter iſtud probatur, Nam ſubſtitutio illa facta ſub illa cõditione, ſi filius ſine filijs deceſſerit, expirat ſtatim cũ ille filiũ ſuſcepit, & cũ illo mortuꝰ eſt. l. filius familias §. cũ quis ff. de leg. 1. l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trabell. Oldr. in Cõſ. in iſta materia vulgato. 21. Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de teſtamento §. 1. in fi. ver. Quinta quęſtio talis eſt, vbi cõcludit ur, quod grauato mortuo cum filijs fideicom. expirat, quicquid poſtea euenerit de illis filijs, & ſic ẽt quod deceſſerint, ſequitur Bal. in l. ij. ff. de petit. hæred. Paul. Caſt in cõſ. 93. col. 2. verſ. Prima fuit vol. 2. & in d. l. ex facto §. pe. ff. ad Trabell. Allex. Conſ. 139. vol. 6. Ruin. Conſ. 153. vol. 2. Paris. Conſ. 34. col. 1. & Conſ. 31. & Conſ. 86. col. 1. vol. 2. Dec. Conſ. 218. ver. ſupereſt ergo, & cõſ. 287. col. 3. ver. ſecundo pro pius ad caſum, & conſ. 291. col. 3. ver. venio igitur, dominus Iaſ. in conſ. 228. col. 2. ver. ſecũdo pro eadem parte vol. 2. vbi dicit, quod teſtator hoc caſu nullam fecit ſubſtitutionem filijs filij ſui, ſed tantũ modo ipſi ſuo filio, caſu quo ille ſine filijs decederet: ſi autem decedat cum filijs, nullã tunc fecit ſubſtitionem aut fideicõmiſſum; Merito Caſus iſte, vt omiſſus à teſtatore pro omiſſo haberi debet iuribus vulgari, vt per eũ ibidem, & etiam in Conſ. 66. vol. 3. Soc. conſ. 116. vol. 3. Soc. Iun. cõſ. 118. vol. 1. & conſ. 4. vol. 3. Ruin. conſ. 152. vol. ij.

Tertio

12 ¶ Tertiò principaliter probatur, Nam hęc conditio, ſi filius meus ſine filijs deceſſerit, dicitur conditio merè voluntaria, Ideo eſt in forma ſpecifica implenda, Non autem poteſt per ęquipollens impleri. l. Qui hæredi l. Meuius. ff. de condition. & Demonſtration. plenè per Bar. & alios in l. Gallus ʃ. Et quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.

13 ¶ Et eo maxime cum iſti caſus non ſint ęquipollentes aut ſimiles ad inuicem, ſed diſſimiles, Immo Cõtrarij: Nã quod filius teſtatoris decedat ſine filijs, Qui eſt caſus per teſtatorem expreſſus, & quod decedat cum filijs, Qui eſt caſus qui euenit, nõ ſolũ nõ ſunt ęquipollentes aut ſimiles, ſed contrarij, vt ex ſe patet Merito, &c. Ex Diuerſis.n. non infertur l. Papinianus exuli. ff. de minor l. naturaliter ʃ. nihil communi. ff. d. acq. poſſ. l. vl. ff. de calumniatoribus.

14 ¶ Quarto confirmatur, quia ſi volumus ad iſtum caſum, qui extitit, extendere fideicom. erit velle facere extenſionem de perſona ad perſonam: Quod minime licet, Quicquid in hoc ſit circa extenſionem de caſu ad caſum. Nam teſtator fecit fideicom. ſi filius eius ſine filijs deceſſerit, illi ſubſtituendo Cornelium eius fratrem, & Deinceps plures alios gradatim vt dictum eſt: Et volumus extendere has ſubſtitutiones filio factas ad aliam perſonam, nempe ad illius filium: hoc aut in iure nõ eſt permiſſum, vt tradit Are. in d. l. Gallus ʃ. Et quid ſi tantum ff. de liber. & poſthũ. Ias. plene cõſ. 66. col. 7. ver. 3. principaliter vol. 3. & in conſ. 22. col. 4. ver. In primis ergo vol. 2. Dec. conſ. 394. & conſ. 288. & 291. 314. & alibi ſæpe.

15 ¶ Quinimmo, & ſi expreſſe teſtator iſte voluiſſet hunc filium filij ſui fideicom. onere grauare, vt ille non poſſit ad libitũ de his bonis diſponere, vtiq. nõ potuiſſet: quia eũ non vocauit, Ideo nec grauare illum poſſet præaleg. l. Ab eo. C. de fideicom. cnm concor. Iſte enim fuit tantùmmodo in cõditione poſitus, Ideo non poteſt dici vocatus gl. quam comuniter approbant Doct. in l. lucius. ff. de hæredibus Inſtit.

16 ¶ Item confirmatur, quia non militat eadem ratio in deſcendentibus prout in trãſuerſalibus. Et ideo licet grauauerit expreſſe fratres, & alios ſuos agnatos fideicom. Et eis facultatem diſponendi de his bonis ademerit; Nõ tamen idem eſt iuferendum, quòd itidẽ hoc voluerit etiã inter ſuos deſcendẽtes, cũ hoc non dixerit.

17 Nam iſta bona dicuntur quodamodo propriũ patrimonium filiorum, ac aliorum deſcendentium l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. l. cum ratio de bon. damnat. l. ſcripto. ff. vnde liberi. Ideo non

B debet

debet eſſe mirum, ſi iſtis ſuis deſcendentibus hoc onus fideicommiſſi iniungere noluit, licet alijs tranſuerſalibus iniunxerit: Præſumptione enim iuris quis plus
18 diligit ſuos deſcendentes, quàm trauſuerſales, vt in ſpetie tradit Alex. conſ. 17. col. j. vol. 7. Soc. conſ. 94. col. 3. ver. Sed ad prędicta. vol. 4. Iſtudq́; teſtator ipſe expreſsè demonſtrauit: Quia magis grauauit tranſuerſales, quàm deſcendentes, vt patet in legato relicto filiab⁹ ſuis, quod auxit eo caſu, quo eius filius decederet ſine filijs, ita quod hæreditas ſua ad alios vocatos tranſiret. Item & in legato facto vni ex familia ſua, q̄ literis aut militiæ operam daret. Vnde ex diuerſis non fit illatio Iuribus ſupra allegatis: Præſertim in materia fideicom. quæ dicitur onerosa, & in qua oportet teſtatorem expreſsè dicere, vt per Soc. Conſ. 62. & 63. vol. 3. Crau. cõſ. 161. col. pen. vel ſaltem neceſſe eſt coniecturis neceſſarijs & concludentibus, quæ ex his, quę per teſtatorem expreſſa fuerunt, colligãtur, appareat de mente ipſius.
19 Nõ ãt ſufficit, ꝙ quis ex ſuo capite cõiecturas ſibi cõfingat, vt tradit Bal. & Ioã. de Im. in l. Cũ quidã. ff. de hæred. inſtit. Idem Bal. in l. j. C. de his, qui ante apert. tab.

¶ Deniq; iſtud tantò magis in
20 caſu noſtro procedit, quoniã teſtator fecit illas oẽs ſubſtitutiones in diuerſis gradibus, quæ tamen omnes à prima illa pendent, quæ fuit ſub illa conditione concepta vl't. Si filius primo inſtitutus ſine filijs deceſſerit: Et cum illa conditio defecerit, quia ille cum filijs deceſſit, procul dubio & omnes aliæ ab illa dependentes defeciſſe videntur, vt dicunt doct. ſupra in ſecundo principali fundamento huius partis allegati.

¶ Et præſertim quia teſtator ſępe in illis ſubſtitutionibus ſequẽtibus expreſſe ſe refert ad illum caſum vl't. Si filius ſine filijs deceſſerit, quia dicitur tunc & eo caſu; Item adueniente caſu prædicto; Itẽ eo modo & forma. Quæ verba ſunt reſtrictiua & qualificatiua, & excludunt omnes alios caſus, qui aliàs potuiſſent compræhendi, vt tradit Anch. in cõſ. 356. col. 2. ad fi. Soc. conſ. 5. col. 2. ver. Præterea vol. 3. Romã. conſ. 98. Dec. conſ. 314. col. 2. ver. Quod autem ſubſtitutio. Idem Dec. dicit hoc in conſ. 63. col. 1. & conſ. 287. col. 4. Ruin. conſ. 31. col. 3. verſ. Quarto & vltimo. vol. 3. Gozad. conſ. 21. col. pen. Ex quib⁹ videbatur dicendũ ſubſtões oẽs euanuiſſe, cõſequẽter mrẽm admittendã ex teſtam. filij.

¶ His tamen non obſtantibus, licet vere prima facie non parum vrgere videbantur, contrariam ſententiam procul dubio de iure vtriorem in terminis iſtis eſſe puto;

to; Et ſecundum mētem teſtatoris non ſolum coniecturatam & veriſimilem, ex probabilibus, neceſſarijs & concludentiſſimis coniecturis, verum etiam ſecundum expreſſam ipſius volūtatem in ipſo teſtamento: Et profectò nunquam memini me legiſſe teſtamētum aliquod, neq; etiam ex verbis Doctorum collegiſſe, in quo tot coniecturæ ſimul cōcurrant, ad oſtendendam voluntatem teſtatoris, quòd velit bona ſua perpetuò in ſua familia conſeruari: Immo etiam voluit, quod ſi contingeret illam extingui, vt denuò ſuſcitaretur fictè ſi nō verè poſſet; prout in teſtamento continetur. Et ſi vllo vnquam caſu ex coniecturis licet inducere fideicōmiſſum, prout licere iura multa dicunt, & Doctores ferè oēs fatentur, iſte eſt caſus cæteris omnibus clarior: Et ſi econtra hoc caſu nō licet inducere fideicom. ex coniecturata mente teſtatoris, nunquā profectò licebit.

21 ¶ Pro cuius quidē veritatis maiori & pleniori declaratione iſtud vnum præmitto, quod ab omnibus legumlatoribus traditū fuit, & apud noſtros Doct. receptiſſimum eſt, vlt. In fideicommiſſis (cuiuſcunq; tandem naturæ illa eſſe dicantur) hoc eſt, ſiue onerosa ſiue fauorabilia, potiſſimū & principaliter conſiderandū, quænam fuerit voluntas teſtatoris, illamq; indagandam, amplectendam & ſequendam eſſe, ſicut venator leporem. vt hoc adagio vtitur Bal. in l. Cum quidam c. de neceſſar. ſer. hæred. inſtit. Potius quàm inhærere cortici verborū, aut diſputare de ſignificatione iſtius vel illius verbi, & illi velle ptinaciter inhærere: Quæ vt plurimum varias habēt ſignificationes: Et ideo ad iſtum vel ad illum ſenſum flectuntur, prout fuerit
22 proferentis intētio; cui verba ipſa inſeruiunt, non autem intentio pediſſequa eſt verborum. c. Secundo requiris extra de appellat. C. intelligētia de verb. ſignificat. C.
23 humanæ aures. 22. q. 5. Et quemadmodum anima præfertur corpori, ita intentio verbis. c. ſedulo. 38. diſtincto. c. Marchion. & Baſilides prima queſtione, j. cum multis alijs ſimil.

24 ¶ Soliciti igitur in primis eſſe debemus in inueſtigando, & indagando, quænam fuerit intētio teſtatoris in ſua diſpoſitione, & ſecundum illam iudicare. Ita nos docet & fieri mandat Iuriſconſultus in l. in conditionibus primū locum. ff. de condit. & demonſt. in l. Pater ſeuerinam §. conditionum verba eo. tit. vbi tex. expreſsè vult, quod verba ſecundum intētionem teſtatoris declarentur, & eorum ſignificatio imutetur & alteretur. Et not. quòd ibi ſumus in conditione voluntaria, quæ ſecū

dũ Doctores impleri debet in forma ſpecifica, vt ſupra tactum eſt; Ad idem eſt tex. in l. Hęredes mei §. Cũ ita. ff. ad Trebell. qui loquitur in fideicõmiſſo & dicit, quod licet verba repugnare videbãtur, vt Neptis, de qua illic admitteretur, tamen attenta potius voluntate, quæ in fideicom. ſeruari debet, illam admittendam eſſe dicit ad illud fideicom: Et tamen non tot aderant coniecturæ illius voluntatis, prout adſunt in caſu noſtro, & infra videbimus.

25 ¶ Ad idem eſt tex. expreſſus in l. 3. ſ. conditio. ff. de adimen. leg. in l. pen. ff. de leg. 1. Pulcher tex. ad hoc in l. Quiſquis. ff. de verb. ſignificat. vbi etiã quando mens & verba inuicẽ pugnant, menti potius ſtandum eſt, in l. 3. c. de liber. pręteritis in l. Quoniam indignum. c. de teſtam. in l. cum virum. c. de fideicom. In quibus oĩbus iuribus dicitur hoc expreſsè, voluntatem ſ. teſtatoris etiam coniecturatam ſeu pręſumptam attendẽdam eſſe potius quàm verba. Ad quod etiã eſt tex. in l. Publius. ſ. vlt. ff. de condit. & demonſt. vbi expreſsè pręfert voluntatem teſtatoris non expreſsã, ſed veriſimilẽ verbis quidem expreſſis.

26 ¶ Itẽ iſtud procedit, vt mens ẽt coniecturata inducat fideicom. non ſolum quãdo fuerunt aliqua verba expreſſa, quæ illud quoquo modo ſaltem impropriè ſignificare poſſunt, aut innuere, ſed etiam ſi omiſſa omnino fuerint: Coniecturæ tamen, quæ aliunde ex alijs verbis ſumi poſſunt, ſufficiunt ad inducẽdum fideicom. vt eſt caſus in l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. & in l. unũ ex familia. ſ. ſi omiſſa. eo. tit. vbi ſi illud, quod omiſsũ fuerat, cõgruat cæteris, quæ legũtur, rectè datum, & minus ſcriptũ cenſetur: Et ſic loquitur ibi de eo, quod omiſſum penitus fuerat, Et idem quoque probatur in ſ. vlt. eiuſdem legis. Ad quod etiam facit quod dicit Bald. in l. præcibus; col. 2. in 6. oppoſi. c. de impub. & alijs ſubſt.

27 ¶ Verbis autem in diſpoſitione expreſſis tunc ſtandũ eſt, (ne quis fortè putaret nos velle ſignificationem verborũ prorſus abijcere, ac explodere) quando aliud non apparet in contrarium de mente diſponentis expreſsè, nec etiam tacitè veriſimiliter & ex probabilib' coniecturis, ut ex tot iuribus ſupra allegatis apparet manifeſtiſſimè; Et tunc procedit tex. in l. 1. ſ. ſi his qui nauẽ. ff. de exercit. actio. in l. labeo. ff. de ſuppell. leg. in l. ſi alij. ff. de vſufr. leg. & in alijs ſimil. quæ in iſtis terminis loquũtur: Et ita etiam Doctores, qui dicũt verbis ſtandum eſſe, intelligẽdi ſunt, & ita verè loquũtur, prout etiam apparet ex his, quę tradit Soc. in l. In ambiguo. ff. de reb. dub. in j. & in 8. concl. iũctis his, quæ dicit in 2. & 3.

2.& 3.& ſeqq.concl. At quando de
mēte teſtatoris apparet ex his, quę
expreſsè ipſe diſpoſuit in illo met
ſuo teſtamento, quid fieri voluē-
rit de illa ſua hæreditate, abundè
de ea diſponendo per plures gra-
dus ſuorum agnatorum oēs gra-
datim uocando, Et deniq; omni-
bus defitientibus cauendo ut ulti
ma ſuæ agnationis fœmina, quæ
ex alijs oībus maſculis remanēre
28 contigerit, alicui nobili nubat,
qui ſe vocari faciat de familia ſua;
Aut ſi poſt maſculos nulla ēt fœ-
mina ſupereſſet, tunc dat faculta-
tem ultimo ſuperexiſtenti de ſua
agnatione, ut poſſit de illis bonis
teſtari in perſonam unius, qui ſe
vocari faciat de familia ſua: Hoc
enim caſu tot ſimul concurrenti-
bus coniecturis, & ſi verba defi-
ciant, mens tamen coniecturata
teſtatoris ſeruanda eſt: Et ſic ap-
paret qđ DD. in iſta materia lo-
quentes non variarunt ſententiā,
prout dicebat Cur. iun. ſed diuer
ſimodè locuti ſunt, in diuerſis ta-
men terminis loquentes, prout ēt
ſupra in princ. dixi. Cum igitur
in caſu noſtro tāto ſtudio iſte te-
ſtator declarauerit hanc ſuam mē
tem, quòd bona ſua non exeāt de
ſua agnatione, quandiu aliquis
maſculus aut etiā fœmina ſuper-
erit, Et omnibus defitiētibus uo-
luit alios etiam extraneos prorſus
ſibi aſſumendo illud nomen ſuæ
familiæ ſuam conſequi hæredita-
tem: volumus nūc in primo gra-
du ſubſtitutionum ſuarum ēt exi
ſtentibus viuis proprijs fratribus
teſtatoris ac alijs cōpluribus agna
tis maſculis ſuis admittere hanc
ipſam ſuam hæreditatem ad per-
ſonam penitus extraneā, & extra
nomen ſuæ familię prorſus exiſtē
tem tranſire, & quod hoc non ſit
contra manifeſtiſſimam volun-
tatem teſtatoris; certe nedum
contra omnem iuſtitiam, & con
tra omne ius & fas, ſed piaculum
magnū potius dici hoc videtur.
29 Et iſtud ſolūmodo propter unū
verbum uno modo magis quàm
alio appoſitum: Quod etiam ple-
runque ob incuriam & imperitiā
notariorum euenire ſolet, ut tra-
dit Alex. in conſ. 52. col. 6. ver. Nec
obſtat quod notari'. uol. 3. Corn.
conſ. 124. col. ult. uol. 2. Crau. con.
144. col. 2. uer. Quarto conſidero:
Volumus inquam totam hanc di
ſpoſitionem teſtatoris tam lōgo
ordine inter ſuos agnatos conce-
ptam euertere? Hoc neminem ſa
ni iuditij & integri dicturum ex-
iſtimo.
30 ¶ Et cōplures Doctores per iura
ſupra allegata, hoc idem conclu-
dunt. vſt. quòd ex coniecturis &
ex uerſimili mente teſtatoris, ēt
qđ uerba non omnino deſeruiāt,
inducitur fideicom. ut pulchrè Ri
min. in conſ. 112. ubi dicit, quòd
in ultimis uoluntatibus attendi-
tur mens diſponentis etiam con-
tra

tra propriam naturam uerborũ. Et hoc etiã quando mens ex coniecturis colligitur. Et hoc idem dicit in conſ.116. in prin. Et complures Doct. per hoc in ſpetie inferũt ad terminos caſus noſtri. vl't. qđ ſubſtitutio facta ſub iſta cõditione, ſi filius ſine filijs deceſſerit, verificetur etiam, ſi dictus filius cũ filio decedat, & ille poſtmodum abſq; filijs moriatur, prout eſt caſus noſter, ita Soc. in conſ.26. vol. 4. vbi etiam ſi verba non omnino hoc dicant, vult quòd iſta ſubſtitutio, ſi ſine filio moriatur, ex cõiecturata mẽte teſtatoris verificetur, ſi ille cũ filijs decedat, qui demum ſine filijs decedant. Et tamẽ in caſu illo ſuo ſine dubio nõ tot cõcurrebãt coniecturæ, prout in noſtro caſu ad eliciẽdam vero ſimilem mentem teſtatoris; Sed conſiderat ipſe fauorem agnationis, ex quo teſtator digreſſus erat ad plures ſubſtitutionum grad', ut illic per eum in prin. Et per totum. Corn. cõſ.275. col.j. ver. licet autem. vol.3. & cõſ.124. col.j. ver. Pro cuius rei prouidentia. vol. 2. vbi ſingulariter dicit, quòd ſubſtituti multotiens admittũtur ex veroſimili mente defuncti, etiã vbi cõditio ſubſtitutionis attento rigore verborum eſt defecta, (vt illius verbis vtar) quia veriſimilis mens defuncti præponderat verbis. Nec verba cõditionis ita pertinaciter Hębreorũ more debent aſſumi, vt ſic deficiat ſubſtitutio vt illic p eũ. & in conſ.146. col. 3. eo. uol. Iaſ. Notabiliter in cõſ.140 collo.3. ver. In primis ergo. vol.2. vbi in fideicom. per aliqua ex iuribus ſupra allegatis in ſpetie dicit mentem teſtatoris attendendam eſſe potius quàm verborum ſignificationem, & mentem etiam ex cõiecturis ſumptam; Et in ſuo caſu hæ tantum coniecturæ concurrebant, vl't. Quòd per plures gradus teſtator diſpoſuerat, vt ſua hęreditas in agnatione perpetuò cõſeruaretur. Quod an fuerit p iſtũ teſtatorem conſideratum in caſu noſtro, ex his, quę in themate propoſita fuere, perſpici facilè poteſt; Item ibi filias proprias, & ceteros ex fęminis deſcedentes excluſerat; & iuſſerat eas dotari condecẽter. Et ex iſtis tantum concludit mentem coniecturatam teſtãtis dici, ut inducatur fideicom. etiam contra ſignificationẽ uerborũ Quantò ergo magis in caſu noſtro, in quo nedum coniecturæ prædictæ militant, ſed etiam multò plures aliæ, prout inferiùs apparebit. Idẽ Iaſ. latiſſime in cõſ. 108. vol.4. ubi conſiderat nouem gradus ſubſtitutionum per teſtatorem factos, fœminas ſemper excludendo, etiã proprias filias, eaſq; dotando. Itẽ quia prohibuit alienationẽ fauore agnationis ſuæ; Quæ omnia & multò plura etiam in caſu noſtro concurrunt, meritò &c. Pulchrè.

Petr.

Petr.de Anch. in conſ.74. vbi di-
cit corticem uerborũ attendere,
& mentem teſtatoris infringere,
ſatis abſurdũ eſſe, & idem in cõſ.
151. in prin. Rimin. conſ. 36. Et
Alex. in conſ.52.in prin.uol.4. di
cit quod tã de iure diuino, quàm
de iure poſitiuo attenditur uolun
tas teſtatoris; & multa ibi allegat
ad ꝓpoſitũ hui⁹cõcluſionis,vt ibi
per eum nu. 16. & inter cætera al-
29 legat conſ.Bal.inter conſ.Ang.67
in prin. vbi in fortioribus termi-
nis loquitur, nempe ĩ ſtatutis, Et
dicit mentem potius quàm verba
attendi debere. Idem dicit Alex.
in conſ. 54. col.3. ver. Accedit ad
hæc.Eo.vol.4.Quod etiã ſi verba
eſſent contraria, tamen attẽditur
mens ſtatuentium &condentium
30 legem. Paulus Caſtren. conciuis
meus in lege. Nulla ad fi.ff.de leg.
Et hoc etiã in ſententia procedit,
vt mens potius quàm verba atten
datur. Bal.in Margar.Ad Inoc. in
ver. ſentẽtia excommunicationis
in fi. Aret.in l.j.§. Si quis ita.col.
3.in prio.ff. de uerb. obligat. Vbi
31 aliquãdo dixi. Quæ tamen eſt ſtri
cti iuris, Nec ex ea inferri ſolet,ni
ſi quatenus reperitur expreſſum.l.
j.& ij.c.Si plures vna ſent.Bart.in
l.Iulianus verũ debitorẽ.in 3.col.
ff.de cond.indeb.ſequitur Dec.in
conſ. 43. col. ult. Item hoc tradit
Cra.conſ.274.col.3.ver. Non ob-
ſtat modò,vbi dicit, quòd in mã
32 dato in ſtatuto in Reſcriptis,quæ
omnia ſunt ſtricti iuris, attẽditur
potius mens quàm verba: Et mul
ta ibi allegat,ut per eũ,Tiraquell.
latiſſimè in l.ſi vnq̃.in ver.libertis
nu.446.c.de reuocan.Donat. Ri-
min.in conſ.285.col.2.in fi.& ſeq.
Multò ergo magis & ſine aliqua
dubitatione hoc procedere debet
in ultimis uoluntatibus, in quib⁹
latior ſit interpretatio. l. ĩ teſtam.
ff.de reg.iur. Et in quibus ſine du
bio attẽditur mens potius quàm
verba,ut ex iurib.& DD. cõpluriũ
33 auctorit. ſup. alleg.manifeſtè ap-
paret. Quib⁹ addo Curt.Sen.pul-
chrè in conſ.51.col.j.vbi dicit hãc
eſſe concluſionem marmoreã, &
ut in firma petra fundatã, Ruin.
conſ.140.col.5.in fi.ſub nu.2.uol.
3.Pariſ.conſ.32.col.4.nu.17.uſque
ad nu.31.vol.j.& cõſ.73.col.2.ver.
Iſtis tamen non obſtãtibus.uol.2.
vbi dicit qđ ut uoluntati ſeu men
ti inſeruiamus, licet offendere uer
ba.Et in conſ.66.col.3.nu.22.& ſe
qq.uol.3.Soc.iun.conſ.114. col.3.
uer.Sed et clarius. &col. antepen.
uer.Nec obſtat quod in caſu. uol.
j. Vbi multũ ad propoſitum con
cludit ſubſtitutionem factam in
uno caſu ex ueriſimili & coniectu
rata mẽte teſtatoris trahi ad aliũ,
quicquid uerba dicãt.Crau. ĩ cõſ.
305.nu.2.& ſeq.ubi effectus magis
quàm uerba attendendus eſt. Et
ad hoc multa alleg.& inter cętera
Oldr. in conſ. 45. Infinita ad hoc
congerit.Tiraq.in d.l.Si unquam
in uer.

in verb. libertis.nu. 39. & ſeqq. c. de reuoc.donat. Et inter cętera adducit authoritates M.Tulij Quintiliani, Lucij Craſſi, qui ita in iuditio contra Mutium Sceuolã obtinuit, mentem ac ſenſum eſſe verbis ac ſcripto anteponendum, vt ibidem per eum.nu.40. Ex quib' oĩbus plus quàm manifeſtè colligitur, fideicom. induci etiam ex coniecturis, & ex veriſimili mẽte teſtatoris, etiam ſi uerba peſpicua deeſſent: Quibus omnibus addo, quæ pulchrè ĩ propoſito dicit Caſan.in conſ. 67. nu. 20. cum ſeqq.

34 ¶ Iſtud verò eo caſu præſertim procedit, ut omnis omnino ceſſet difficultas, quando coniecturę probabiles & iuridicæ militãt, Et quæ ex his, quæ expreſſa in teſtamento fuerunt, deſumuntur; Et quæ expreſſis cohęreant, Prout in caſu legis cũ proponebatur. ff. de leg.2. ubi iureconſ. ſumendo coniecturas ex eo, quod fecerat teſtator in ſecundis tabulis, dicit idem quoq; teſtatorem voluiſſe in alia ſubſtitutione: Item ut id, quod omiſſum fuerat, congruat cum expreſſis, ut dicitur in l. vnum ex familia. ¶.ſi omiſſa. ff. de l.2. Aliàs verò ſi quis ex ſuo capite confingere ſibi coniecturas vellet, tũc verum eſt, quod non eſſent attendẽdæ, neq; tũc à verbis eſſet recedendũ;

35 Et ita procedit id, ꝙ dicũt Bal. & Ioan.de Imola in l.Cum quidã. ff.de hæred.inſtit.vbi dicunt non ſufficere teſtatorẽ aliquid voluiſſe, niſi diſponat tacitè ſaltem & iuris pręſumptione. Et idẽ Bal. hoc idem declarat in l. j. c. de his, qui ante apert.tab. in ult. col. & in c. Mandatũ.col.j.ver. Itẽ not.extra de reſcript. Et ita egregiè hãc materiam declarat Soc.in l.Hæredes mei. ¶ Cum ita. col.5.ver. Ex qua concl. infertur. ff. ad Trebell. Inferens ibi ad multa, quæ in propoſito noſtro deſeruiũt, & in l. In ambiguo.ff.de reb.dub. ꝑ octo concluſiones, quas ibi ponit. Et quod ipſe dicit in cõſ.6.col.3.nu.2. ver.

36 Reſtat nunc.vol.3. ubi licet regulariter fideicom.conditionale nõ trãſmittatur, tamen ſecus eſt quãdo apparet de coniecturata mente teſtatoris in contrarium, ſi modò coniecturę ſumãtur ex his, quę in teſtamẽto expreſſa fuere: Aliàs verò ſecus; quia tunc procederet doctrina Bal. in l. Cum quidã. ff. de hęred.inſtit. vt ibi per eũ, Et dicit idem Curt.iun.in conſ.16. col. 3.ver Secundam principalem concluſionem.Rimin.conſ.117.col.2. Et facit etiam, quod ad propoſitũ tradit Pariſ.in conſ.66. col.3. ver. Et ſuadetur nu.22. vol.3. Idẽ Soc. loquens in terminis noſtris, quando ſ. fuerat facta ſubſtitutio filio ſub iſta conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, aut cũ filijs; Et illi poſtmodum ſine filijs moriantur, an trahatur ad nepotes, aut pronepotes ſine filijs decedentes? Et concludit

cludit quod trahatur ex coniectū rata menre teſtatoris,ſumẽdo cõiecturas ex alijs diſpoſitionibus p ipſum teſtatorẽ in teſtam. factis, iuxta id, ꝙ tradit Bal. in ſupra al. leg.l.precib. in 6.oppoſit.c. de im pub.& alijs ſubſt.Idẽ Soc.concludit in conſ.270.col. 3.ver. Secũdò venit diſcutienda, vol. 2. & ibidẽ etiam in 5. col.ver.Infertur ſecun
37 dò notabiliter:Et limitat deciſionẽ Oldr.in conſ.21. & Ioan. And. in addit.ad ſpec. in tit.de teſtam. procedere, quando ſumus in ſim plici ſubſtitutiõne: Sec⁹ verò ubi ex coniecturis apparet de mente teſtatoris in contrarium; Et com plures alios eandem deciſionẽ ita declarantes inferius adducam.Ita etiam iſtam materiam voluntatis tacitę & cõiecturatę, ut habeatur pro expreſſa, quando colligitur ex his, quæ expreſſa ſunt, declarat Dec. in cõſ. 369.& 477.vbi etiã in ſpetie limitat & declarat conſ.Oldradi 21. ut non procedat, quando de mente teſtatoris in contrarium apparet ex coniecturis, & declarat etiam doctrinam Baldi & Imolæ in d. l. Cum quidam. ff. de hæred. inſtit. Et concludit in effectu neptes teſtoris excludi fauore maſculorum vocatorum ex coniecturata mente teſtatoris ex expreſſis deſumpta: Ergo multò magis in caſu noſtro excludi debet fœmina prorſus extranea, & de alia agnatione, exiſtentibus ſu perſtitibus tot ex vocatis expreſſe per teſtatorem ipſum. Item ad prædicta faciunt pulchra verba Fulg. in conſ. 13. col. 3.ver. Quid namque refert; vbi magis aperta & perſpicua voluntas teſtatoris dicitur, quando ex verbis ad illud ſpecialiter exprimẽdum prolatis, quàm ſi alijs demonſtrationibus, quæ tantundem ſignificent, aperietur & demonſtretur.

38 ¶ Nec Oldradus ipſe, qui in con trariũ pro potiſſimo fundamẽto adducitur, negat coniecturatam mentem teſtatoris eſſe conſiderãdam, ut apparet ex his, quę ipſe di cit in conſ. 141 col.2.ver. Nec obſtat ſi obijciatur, nu.3.vbi allegat ad hoc l.licet Imperator. ff. de leg. ij. Et dicit voluntatem etiam taci tam & coniecturatã verbis præua lere, & caſum expreſſum trahi ẽt ad non expreſſum ſibi ſimilem, & in quo eadem ratio viget. Non autẽ habetur caſus ille pro omiſſo, etiã in materia ſtricta & odioſa: Ita ipſe dicit in conſ. 224.col. 7.ver. Nec obſtat quod dicebatur nu. 33. Et idem reperitur in fideicõmiſſis dictum per alium auctorem: Vltra ipſum & alios ſupra allegatos inter ſua conſilia 249. ſequẽdo mentem coniecturatam
39 ad exemplum legis Cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. & l. cũ acutiſſimi.c. de fideicõ.& l. generaliter.§.cũ ãt.c.de inſtit. & ſubſtit.ſubcõdit.fact.& l. Iã hoc iure,

ff. de vulg. & pup. cũ alijs ſimil. ſu

40 pra per me allegatis. ¶ Sed vlterius in ſpetie, q̃d ſubſtitutio hoc modo facta, Si filius ſine filijs deceſſerit, verificetur, & trahatur ad caſum, Sj filius moriatur relicto filio ſuperſtite, qui poſtea ſine filijs decedat, ex coniecturata mente diſponẽtis, eſt deciſio expreſſa Pauli Caſtren. in conſ. 343. vol. j. vbi loquitur in fortioribus terminis, nempe in actu inter viuos: Fuerat enim facta ibi donatio, Si ille decederet ſine liberis; Euenit quòd ille cum liberis deceſſerat, & illi liberi poſtea ſine liberis deceſſerunt, dicitur ſubſtitutionem factam, Si ſine liberis deceſſerit, verificari perinde, ac ſi adiecta illa clauſula fuiſſet, vlt. Et ſi illi liberi ſine liberis deceſſerint: Quę clauſula, dicit ipſe, pro adiecta habetur ex veriſimili & coniecturata mente diſponentis: Ne illa bona ſua ad extraneos peruenirent: Hoc autem ibi ſumitur, qr. prohibita fuerat detractio cuiuſcunq; quartæ, & etiam prohibita fuerat alienatio: Quia cupiebat hęreditatem ſuam inter ſuos cõſeruari:

41 Quæ omnia & longè plura etiam concurrũt in caſu noſtro, in quo facilius hoc erit admittẽdum, cũ verſemur in ultimis volũtatibus, in quibus latior ſit interpretatio l. in teſtamentis. ff. de Reg. Iur. Et in quibus latius coniecturata mens attenditur, ſupra allegata l. In conditionibus primum locum ff. de condit. & demonſtrat. l. Licet imperator, l. Cum proponebatur, l. Vnum ex familia. §. Si omiſſa, & §. ſeq. ff. de leg. ij. in l. pe. de leg. j cũ multis ſimil. ſup. alleg.

42 ¶ Secundò caſus iſte formaliter deciditur, & per ſententiam ſic fuit terminatus, prout refert Guido Papæ deciſ. 431. vbi ex coniecturata mente teſtatoris ſubſtitutio facta ſub iſta conditione, Si ſine liberis deceſſerit, verificatur etiam, Si cum liberis moriatur ille, & illi poſt ſine liberis decedãt, vt ibi ipſe decidit in ver. Tertia ratio, (qui ad vnguẽ eſt caſus noſter) Et ſumuntur illic cõiecturæ ex eo, ꝙ teſtator in illa ſua diſpoſitione fœminas ſemp excluſerat; Et Trebell. detrahi ꝓhibuerat: q̃ & in caſu noſtro cõcurrũt; Et pręterea alia multa. ut inf. videbim⁹.

43 ¶ Tertiò, caſus iſte in ſpecie deciditur p Soc. in conſ. 250. col. 3. ver. Scdò venit diſcutiẽda difficultas. vol. 2. vbi decidit q̃d illa cõditio, Si ſine filijs deceſſerit, licet deficiat, quãdo filij ſuperſunt, tamẽ ſi aliud apparet ex coniecturis dẽ mẽte teſtatoris, tũc trahitur ẽt ad alios poſteriores ſine filijs decedẽtes, Et in 5. col. in ver. Infertur & ſcdò, in ſpetie ita declarat dictum Ioan. Andr. in addit. ad ſpec. ĩ tit. de teſtam. & Oldr. in d. conſ. 21.

44 ¶ Quãto caſũ hũc decidit Curt. Sen. in cõſ. 51. p totũ, & ĩ ſpecie in 2. col.

2. col. ver. Ne ergo ſequatur iſtud abſurdū: Vbi ex coniecturata mēte teſtatoris, qui filias proprias ex cluſit, illa ſubſtitutio, ſi ſine filijs maſculis deceſſerit, verificatur etiam, ſi illi filij poſtea ſine filijs moriantur: Nec ille dicitur caſus omiſſus, ſed immo prouiſus per teſtatorem ex illius mente coniecturata. Et ibidem dicit, quod p hoc Arg. in ſimili caſu conſuluit aureus Doctor Alex. in conſ. 130. vol.2. Et quod idem Curt. ibidem dicit in 4. col. in ver. Ad idem adduci poteſt, & ſeq. vbi expreſsè vult, quòd cōditio iſta verificetur nedum in primo, ſed etiā in alijs poſt ſine filijs decedentibus; Facit etiam quod ipſe Curt. dicit in cōſ. 75. col. 3. ver. Præmiſſis non obſtantibus. Et conſ. 102. num. 13.

45 ¶ Quartò eſt; Deciſio ī terminis Dec. in conſ. 477. vbi talis ſubſtō facta, ſi ſine filijs deceſſerit, locum habet ex coniecturata mente teſtatoris; ſi decedat cum filijs, qui tandem ſine filijs decedant, Et quòd Deciſio Oldradi & ſequatiū procedit, quando ſubſtitutio fuit ſimpliciter facta; Nec aliūde contrarium apparet. Et quod idem dicit in conſ. 427. col. ſecun. ver. Et reſpondendo particulariter num. 10. Vbi non obſtante Deciſione illa Oldradi in conſ. 21. dicit, quòd ſubſtitutio in vno caſu facta porrigitur ad alium ex veriſimili mente teſtatoris; Et idem Dec. in conſ. 227. vbi ſubſtitutio facta, ſi filij decederent, verificatur etiam in caſu, ſi non naſcantur ex veriſimili mente teſtatoris. Et quia ſi de hoc fuiſſet interrogatus, aut ſi caſum hunc cogitaſſet, ita reſpondiſſet, ut ibi per eum p totum; Et in ſpetie in pen. col. in ver. Tertiò principaliter, facit ēt, quod idem Dec. dicit in conſ. 15. col. 2. ver. Ad cuius rei demonſtrationem.

46 ¶ Sextò caſum hunc formaliter decidit, Pariſ. pleniſſimè argumentis omnibus contrarijs reſpondens in conſ. j. & in conſ. 65. vol. 3.

47 ¶ Septimò Curt. Iun. caſum latiſſimè diſputat, & ita determinat in conſ. 122. vbi ad conſ. Oldr. & ad alia contraria reſpondet, & dicit illam eius Deciſionem eſſe tanquam rigoroſam reſtringēdam.

48 ¶ Idemq́; octauo loco deciditur per Soc. in conſ. 42. vol. 4. ver. Inſuper confirmatur, Et col. 6. ver. Ad ſecuudum verò, Et in cōſilio 114. col. antepenul. vol. j. vbi dicit quòd ſubſtitutio trahitur etiam ad caſum non expreſſum ex veriſimili mente teſtatoris.

49 ¶ Denique materiam hanc ita explicitè declarat Crau. in conſil. vlt. ver. decimo, vbi præmiſſa omnia ceſſarent. Vbi poſt Paulum Caſtren. & alios, quos allegat, declarat Deciſionem Oldradi in ſæpe allegato conſ. 21. nō procedere,

quando teſtator noluit bona ſua ad extraneos peruenire, prout in caſu noſtro manifeſtè apparet ex verbis expreſſis p teſtatorẽ, quod non vult hęreditatem ſuam ad extraneos peruenire exiſtentibus aliquibus de ſua agnatione. ¶ Et idem in effectu ipſe voluit in cõſ. 306.col.2.ver.Sed in contrarium, vbi dicit conſ.Oldr.prędictũ non procedere,quãdo teſtator habuit rationem agnationis ſuæ;licet in caſu ſuo non fuerit habita ratio agnationis conſeruandæ, quia fęminam ſubſtituerat teſtator, per tex.in §.ceterum iſtit.de legit. agnat. ſucceſſ. Nouiſſimè facit ad prædictã concluſionem id, quod tradit Rimin.in conſ.189 col.10. nu.15.& ſeq. Complures alios adducere poſſem;ſed iſtos puto ſufficere. ¶ Ex quibus omnibus ſupradictis manifeſtè apparet, tùm ex legibus hoc expreſſim dicentibus, tùm etiam ex Deciſionibus omnium Doctorum, mentem veriſimilem & coniecturatã eſſe attendendam, licet verba aut aliud ſonare viderẽtur, aut etiã omninò deeſſent: Si modò coniecturæ probabiles adſunt, & ex expreſſis colligantur: Quando.n.aliud nõ apparet de mente coniecturata teſtatoris,tunc habet locũ,& procedit conſ.Oldr.21.& aliorum ſic loquentium;& tunc à verbis non receditur: At vbi mens & verba inuicem pugnare videntur, Mens ſine dubio præualet,Iuribus & authoritatibus ſupra allegatis: Et in ſpetie noſtra ſubſtitutio facta, Si ſine filijs ille deceſſerit,verificatur etiam ſi ille cum filijs decedat, & illi poſtea ſine filijs moriantur. Quando talem fuiſſe mentem teſtatoris apparet & colligi poteſt, ex his, quæ in teſtamento expreſſa reperiũtur, vt ſatis abundè fuit ex pluribus demonſtratum.

50 ¶ Supereſt modò ut ſigillatim videamus, an in iſto teſtamento coniecturę probabiles & iuridicę concurrunt, ita ut ſumi exinde poſſit mens teſtatoris, quod & ipſe voluerit bona ſua inter illos de ſua familia & agnatione conſeruare;Et an ex his,quę expreſſa fuerunt in teſtamento, eliciantur illæ coniecturæ, eisq́; cohęreant & cõiunctę ſint, iuxta l.vnum ex familia.§.pen.&vlt.ff.de leg.ij.Licet autem ex narratione facti, & melius ex lectura teſtamenti cuilibet manifeſtiſſimè hoc apparere poſſit; Attamen placet nonnullas coniecturas nominatim recenſere, multis etiam omiſſis: Quoniam tot in eo concurrunt coniecturæ neceſſariæ, vt perſpicua ex illis appareat ipſi' teſtatoris volũtas. Nec vllus ex caſibus p Doctores ſupra per me allegatos propoſitis tot haber magna ex parte coniecturas, quot iſte noſter caſus habet.

51 ¶ Prima igitur & principalis cõiectura eſt,quia teſtator iſte nedũ

tres

treſ aut quatuor fecit gradus ſubſtitutionũ, ſed multò plures: Primò enim inſtituit filium, Deinde ei ſubſtituit Cornelium vnum ex ſuis fratribus: Secundò ſi ille mortuus reperiretur, ſubſtituit alterũ fratrẽ: Tertiò ſi nec ipſe alius frater ſupereſſet, iuſſit filium ſuũ inſtitutum vocare vnũ ex filijs ſuorum fratrum prędictorum, quem malluerit: Deinde quartò, illo defuncto ab ĩteſtato, ſubſtituit maiorem natu ex illis filijs: Quinto loco vocauit quoſdam alios ſuos conſanguineos, & eorum lineam maſculinam; Sextò linea illa deficiente ſubſtituit pariter lineã maſculinam nonnullorum aliorum agnatorum ſuorum: Septimò deficiente omnino linea maſculina vniuerſæ ſuæ agnationis, ſubſtituit fœminã natu maiorem, quæ tunc ſupereſſe reperietur; cũ hoc tamen, quòd alicui viro nobili nubat, & aſſumat ſibi nomen ſuæ familiæ: Octauò ſi nulla fœmina extiterit ſuperſtes, tunc dat facultatem vltimo maſculo ſuperextãti, ut poſſit ad ſui libitum de his bonis teſtari aliquẽ inſtituendo, qui nomẽ familię ſuæ ſuſcipiat, Adeò cupidus iſte teſtator fuit, ut bona ſua in eius familia conſeruarẽtur. Nouiſſimè pium locum vocauit: Et ſic ad octo vel nouem ſubſtitutionum gradus digreſſus eſt iſte teſtator. Et hanc coniecturam expreſsè conſiderant Doctores in iſta materia loquentes, Et in ſpetie Iaſ. in allegato conſ. 140. col. 5. ver. Mens autem teſtatoris. vol. 2. vbi multum ad propoſitum caſus noſtri dicit quod non conuenit, ut uno verbo ſubuertatur tota voluntas teſtatoris per tot gradus ſubſtitutionum ſuæ agnationis diſcurrentis. Et idem Iaſ. hoc conſiderat in d. conſilio 108. ver. Sed præmiſſis non obſtantibus, vol. 4. Crau. cõſ. 98. prope finẽ, cũ

52 alijs ſup. alleg. ¶ Secũda principalis cõiectura eſt, qa fœminas ſemper in quacunq; linea excluſit, & etiã proprias filias, illis congruã dotem relinquendo, & maſculos ſemper in ſingulis lineis tantum vocando, vt ſuæ agnationi faueret, & ut hæreditas ſua in ea conſeruaretur: vt hoc conſiderat ad iſtud propoſitum Soc. in d. conſ. 26. vol. 4. Curt. ſen. d. conſ. 51. col. 3. ver. fortificantur præmiſſa, Et in conſ. 75. per totum Crau. conſ. 135. col. pen. ver. quinto, Guido Papæ Deciſ. 531. Cum alijs ſupra

53 in Diſcurſu allegatis. ¶ Tertia eſt coniectura, quia teſtator, quo magis ſua hæreditas vnita, prout reperiebatur tunc, conſeruaretur, iuſſit dotes ipſas fœminis tradendas detrahi ex fructibus, expreſſa hac ratione, ne quid ex nomine maſculorum diminuatur: Et hoc idem ẽt de ſolutione legatorũ &

54 debitorum diſpoſuit: ¶ Quarta eſt coniectura, quia prohibuit teſtator

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

tator omnem alienationem, im-
mo & diuiſionem: Quia vult &
intendit ipſe teſtator, vt ipſa ſua
hęreditas ad quoſcũq; ſuos agna-
tos vnita & non diminuta perue-
niat. Et hanc coniecturam ita in
ſpetie conſiderat Soc. in conſ. 43.
col. j. vol. 3. Et in conſ. 250. vol. 2.
Et alij etiam ſupra allegati. Et i-
ſtas omnes qualitates, vſ. quòd
maſculi ſolum admittantur; fœ-
minæ verò dotentur ex fructibus,
Item quòd non alienentur bona,
nec diuidãtur, ſemper teſtaror re
petit in ſingulis gradibus ſubſti-
55 tutionum. ¶ Quinta coniectu-
ra eſt, quia prohibuit Trebelliani
cam detrahi, & in caſu quo detra
henda foret, ex fructibus detrahi
iuſſit; quam coniecturam pariter
conſiderãt Doctores prællegati.
56 ¶ Sexta cõiectura eſt, quia, poſt
quàm teſtator ad complures gra-
dus ſubſtitutionum digreſſus eſt,
ſuorum agnatorum tantum ma-
ſculos uocando, fœminas ſemper
à ſucceſſione excludeudo, demũ
vocar extraneum, ita tamen vt no
men familiæ ſuæ ſuſcipiat; Prout
hanc coniecturam in ſpetie per-
pendit Crau. poſt alios, quos alle
gat in conſ. 62. col. 2. ver. Et iſta
coniectura Ripa in l. Cẽturio nu.
164. ver. Qua ratione. ff. de vulg.
& pupill. Rimin. pulchrè in conſ.
184. col. 3. ſub nu. 18. vbi multa ad
57 propoſitũ caſus noſtri. ¶ Septi-
ma dicitur coniectura, quia teſta

ror nõ ſolum prohibuit omnem
diminutionem bonorum ſuorũ,
ad hoc vt perpetuò in familia ſua
conſeruarentur, ac etiam diuiſio-
nem; Sed ut euidentius ſuam in
hoc oſtenderet voluntatem iuſſit
& grauauit ſingulos, ad quos erit
ſua hæreditas peruentum, ut ſin-
gulis annis illam in certa quanti-
tate augeret. ¶ Complures etiã
aliæ coniecturæ elici poſſent; ſed
eas omitto, cum cuilibet ſeriem
facti aut teſtamẽti inſpicienti ma
nifeſtę omnino eſſe poſſunt: Quę
omnes ex expreſſis per teſtatorem
ſumuntur; Ideoq; ex illis colligi-
tur voluntas teſtatoris, & ſic vis
in eis fieri debet: Vt ſicut voluit
quòd obęunte eius filio ſine filijs,
ſuam hęreditatem in ſua agnatio
ne conſeruari, idq; tam longo ap
paratu ordinauit: Sic etiam idem
voluit, ſi contingeret, quòd filij
ſui filij ſine filijs decederent. Cũ
iſte caſus ita cohæreat caſui expſ-
ſo, vt ratio diuerſitatis reddi non
poſſit; Et ideo ſumus in caſu legis
vnum ex familia. §. ſi omiſſa. & §.
ſeq. ff. de leg. ij. Et l. pen. de leg. j.
Et doctrinæ Bal. in alleg. in l. præ
cibus. c. de impub. & alijs ſubſtit.
in ſexta opp. cum alijs ſupra alle-
gatis. Et in iſtis terminis, vſ. tot
ſimul concurrẽtibus coniecturis,
nulla ſubeſſe dubitatio poteſt de
voluntate teſtatoris: Et nullus ex
Doct. q in iſta materia ſcripſerũt
in terminis iſtis contradicerent;

Et

58 Et Oldr. ipſe ita ſine dubio reſpõderet, vt patet ex his, quæ ipſe dicit in ſupradicto conſ. 141. col. 2. ver. Nec obſtat, nu. 3. & in cõſ. 224. col. 7. ver. Nec obſtat qđ dicitur, 59 & in conſ. 269. Quinimo ſi recte aduertimus ad verba etiã expreſſa teſtatoris, non ſolum coniectu raliter (vt ita dicam) ſed etiam ex preſſè & diſpoſitiuè quidem repe riemus ſic ipſum diſpoſuiſſe, vſt. quod ſua bona perpetuò ſimpliciter, abſolutè, & abſq; aliqua cõ ditione, nec reſtringendo ſe ad vnũ magis quàm ad aliũ caſum, conſeruẽtur inter ſuos agnatos ex linea maſculina: Namq; poſt factas tot ſubſtitutiones fratrũ ſuorum ac filiorum eorum, & aliorũ plurium, ita dicit diſpoſitiuè, & ſimpliciter loquẽdo: Et ſic voluit & vult ipſe teſtator, dictã eius hæreditatem ſemper remanere in linea maſculina legitima & naturali prædictorũ fratrum, donec durabit modo & forma, quibus ſupra. Quibus verbis ſic ſtantibus mihi videtur quòd non ſit ualdè laborandum in coniecturis: Quoniam & ſi omnes omnino deficerent: Quæ tamen utique militãt, ut ex ſupradictis apparet, ſatis in iſtis verbis expreſſit mẽtem ſuam ipſe teſtator ſimpliciter & abſolutè; Nec reſtringendo ſe ad iſtum 60 vel ad alium caſum. ¶ Et verbis diſpoſitiuis uſus fuit hic teſtator: Quo caſu abſolutum & generale inducitur fideicom. vt per Bart. in l. Pater filium. ff. fundum in fi. ff. de leg. 3. quem paſſim ſequuntur Doctores: Ad quod eſt etiam deciſio Soc. in conſ. 43. col. j. ver. Sed prędictis non obſtantibus, vol. 3. Et in 4. col. ver. Præterea, vbi per huiuſmodi verba à teſtatore prolata prohibitio alienationis, quæ erat filijs tantum facta, extẽditur ad omnes alios de familia dicti teſtatoris, ut eius uolũtas ſeruetur, licet aliàs regulariter prohibitio talis facta filijs non traheretur ad alios: Item ibi vult quod extenſio fiat de perſona ad perſonam: Et deniq; concludit illam inſtitutionem de matre ibi per grauatũ factam (prout etiam in caſu noſtro mater filij, filij inſtituti, & ſic ne potis teſtatoris fuerat facta) nullius eſſe momenti propter illã diſpoſitionem teſtatoris, licet de filijs tantum loqueretur, ut ibi plenè per eum: Facit etiam quod in ſimili caſu p ſimilia verba tradit Rimin. in conſ. 121. col. 2. Ruin. conſ. 149. col. 2. ver. Sed iſtis non obſtantibus, vol. 2. Facit etiam ad prædicta quod tradit Iaſ. in conſ. 108. col. 4. ver. Confirmatur optimè, & ver. ſeq. vol. 4. Optimè Dec. in conſ. 182. col. pen. ver. Secundò dicitur: Et eo maxime, quia teſta- 61 tor ſeipſum hic declarauit dicens: quod vult dictam ſuam hęreditatẽ ſemper inter illos de ſua agnatione &c. quaſi dicat in omni ca-

ſu

ſu ſeu in omnem euétum, vt hoc
conſiderat idem Dec. in conſ. 23.
col. 2. & per totum, & in conſ. 481.
& in conſ. 38. col. 2. ver. Sed tamen
prædictis non obſtantibus: Facit
etiam optimè quod dicit Soc. in
conſ. 40. inter conſ. Curt. ſen. col.
pen. in fi. nu. 18. vbi p huiuſmodi
verba ampliatur fideicom. inter
omnes indiſtinctè, ut ibi per eú.
Et per Pariſ. conſ. 53. vol. 3. Rub.
conſ. j. vbi per iſta verba vult qđ
inducatur ſimplex & abſolutum
fideicom. quotieſcunque aliquis
de familia moriatur ſine liberis.
¶ Iſtis ergo verbis ita ſtátibus, ſa
tis poſſem' calamo parcere: Quo-
niam cum teſtator hic ſimplex &
abſolutum fecerit fideicom. bo-
norum ſuorum, nec ſe reſtrinxe-
rit magis ad caſum, quando eius
filius deceſſerit ſine filijs, quàm
ad alium, ceſſat omnis difficultas:
Quomodo enim ſeruabitur hæc
diſpoſitio teſtatoris, ut ſua bona
ſemper ſtent in linea maſculina
ſuorum fratrum donec durabit,
ſi vna fœmina alienæ prorſus fa-
miliæ, exiſtētibus adhuc filijs ma
ſculis dictorum fratrum, immo
exiſtēte vno ex ipſis fratribus ad-
huc ſuperſtite, nedum alijs agna-
tis expreſsè & nominatim vocatis
admitteretur: Certè nihil magis
alienum à mēte teſtatoris; immo
etiā ab eius verbis expreſſis, adeò
quòd, etſi nulla ex ſupradictis cō-
iecturis adeſſet, iſta diſpoſitio ſo-
la ſufficeret: At quantò magis ſi-
mul cōcurrentibus tot & tam per
ſpicuis coniecturis, quæ ex verbis
expreſſis teſtatoris ſumuntur.
62 ¶ Nec obſtat (ne quid intactú
dimittatur) ſi quis cauiloſè poti'
quàm veritatis ſtudio diceret, qđ
& in illa diſpoſitōe teſtatoris ſub-
intelligenda eſſet illa met cōditio,
vſ. Si ſine filijs deceſſerit, & non
aliter propter illa verba ī fine illic
poſita, modo & forma, quibus ſu
pra: ¶ Nā reſpondetur, qđ iſtiuſ-
modi argumenta tendunt potius
ad ſubuertendam veritatem & ve
ram mentem teſtatoris, quàm qđ
ſint iuridica aut rationabilia quo
quo modo; volumus .n. hic ſub-
telligere ſeu violenter potius tra-
here abſq; vlla ratione vel conie-
ctura vnam conditionem, p quā
tota ſeries, & tota diſpoſitio teſta
toris tam longo apparatu ordina
ta euertatur & corruat, & præter-
mittere intellectum illum, p quē
conſeruatur & ſubſtinetur volun
tas teſtatoris nedum veriſimilis
& rationabilis, ac nedum tot vr-
gentibus & neceſſarijs coniectu-
ris fundata; ſed etiā expreſſis ver-
bis facta: Iſta enim nimium repu
gnant rationi, immo & ſenſui cō,
& ſimul expreſſis iuris diſpoſitio-
63 nibus: Quæ mandant etiam in ca
ſibus dubijs illam capiēdam eſſe
interpretationem, per quam act'
ſuſtineatur; Abijciendam autem
illam, per quam actus corruit, l.

Quoties

Quoties in ſtipulationibus. ff. de
reb. dub. in l. Quoties idẽ ſermo
de reg. iur. & l. Quoties in ſtipula-
tionib. ff. de verb. obligat. quæ lex
loquitur in ſtipulatione, quæ eſt
ſtricti iuris, & in qua, quicquid
non eſt expſsũ, pro omiſſo haberi
ſolet. l. Quicquid aſtringendæ il-
lomet tit. Multò ergo magis hoc
procedit in vltimis uoluntatibus,
in quibus attenditur mens & uo
lũtas teſtatoris ẽt veriſimilis & cõ
iectũrata, ut latiſſimè ſupra dedu
ctũ eſt: Pręter quæ addo, qđ lex di
cit præſumi velle teſtatorẽ id, per
ꝙ ſua diſpoſitio ſuſtineatur, non
ãt quod pereat. l. miles. qui deſtina
64 uerat. ff. de milit. teſtam. Senſus igi
tur verus, & ſcđum mentẽ teſtato
ris dictorũ verborũ, non ãt adul-
terin' eſt iſte: Modo & forma qui
bus ſupra, vł. vt primò Cornelius
frater primo loco vocatus ſucce-
dat, deĩde Gaius alter frater, & po
ſtea illorũ filij, & demũ alij vocati
modo & forma ut ipſe mãdauit:
Itẽ vt maſculi tantũ ex qualibet li
nea admittantur, & fœminę à ſuc
ceſſione excludãtur, congruè. ta-
men dotẽtur, ſed ex fructib' hære-
ditatis: Itẽ quòd nihil oĩno ex illis
bonis alienetur: Itẽ nec diuidan-
tur: Item quòd Trebellianica nõ
detrahatur, &c. Et ita hũc ordinẽ
& formã denotant illa verba, ꝓut
65 ipſemet teſtator declarat hæc ver-
ba in ſubſtõne, in qua uocat Cor
neliũ primũ fratrẽ ſuum; Nõ aũt
ſub iſtis verbis debem' nos ſubau
dire aut intelligere repetitã vnã
conditionẽ, quã non repetijt ipſe
teſtator, Iſtud .n. eſt contra plura
iura, q̃ dicunt, conditionẽ in una
diſpoſitione poſitã non cẽſeri in
alia repetitã, niſi hoc expreſsũ re-
periatur, vt dicit tex. in l. ſub con-
dõne. ff. de hęred. inſt. & in l. ſi qs
hęres ita ff. de acqu hęred. & alibi
ſępè: Ideo multò minus ĩ caſu no-
ſtro debemus dicere, repetitam eſ
ſe illam conditionem, per quam
ſubuerteretur tota diſpoſitio te-
ſtatoris tanto ſtudio ordinata &
compoſita: Hoc .n. fieri non de-
bet, ſed potius totum contrariũ
faciendum, vł. Si opus eſt, debe
mus ſubaudire illud, ꝓpter ꝙ
ſuſtineatur & effectum habeat di
ſpoſitio ꝑ teſtatorem facta, per ſu
pra allegata, & iſte eſt ver' ſenſus
66 illorũ verborũ. ¶ Quomodo .n.
verificarentur illa verba per teſta-
torem prolata, ut illa bona ſemp
ſtẽt in linea maſculina dictorum
ſuorum fratrum: Quæ verba ſim
plex & abſolutum inducunt fidei
com. vt per Soc. in pręalleg. conſ.
43. in j. & in 4. col. vol. 3. & inter
conſ. Curt. ſen. 40. col. vlt. Dec. cõſ.
182. col. pen. ver. Secundò dicitur:
vbi multa ad propoſitum noſtrũ
habentur, Rub. conſ. j. Curt. iun.
pulchrè in conſ. 145. vbi quatuor
caſus conſiderat, quos breuiter
reaſſumit in 5. col. Et primus eſt
caſus iſte, in quo dicit neminem

ex Doctoribus diſcrepare, & nullam eſſe in eo difficultatem, Crau. conſ. 130. col. pen. ver. Sextò dico. ¶ Si enim in illis verbis, modo & forma, de quibus ſupra, quæ in multis alijs verificari poſſunt, quę cohęrent diſpoſitionibus expreſſis per teſtatorem, ut ſupra dictũ eſt, vellemus etiam ſubintelligere repetitã illam conditionem, vſt. Si filius ſuus ſine filijs decederet, & taxatiuè quidem, ita quod non poſſit verificari etiam in caſu, in quo ille cum filijs decederet, & illi poſtea ſine filijs decedãt, prout euenit: Vltra quod iſtud eſt contra deciſiones infinitas ſupra allegatas: Hoc eſſet velle inducere tacitè vnum, quod nedum fuit omiſſum per teſtatorem, ſed quod non cohæret quouis modo his, quæ in teſtamento expreſſa fuere: Immo verò omnino repugnat & tendit ad illorum euerſionem: Et inter cætera euertet illam expreſſam diſpoſitionem teſtatoris, Quod bona ſua ſemper in linea maſculina ſuorum conſeruentur: Et ideo non eſt admittenda talis interpretatio: Et ſumus ĩ Doctrina Bal. in c. mandatum de reſcript. & in l. Cum quidam. ff. de hęred. inſtit. Quod autem intelligamus mentem teſtatoris verificari etiã in caſu iſto, vſt. Quando filius deceſſit cum filio, & ille poſtra moriatur ſine filijs, maximoperè congruit & cohęret cæteris in teſtamento expreſſis; Ideo attendendum l. vnum ex familia. §. ſi omiſſa de leg. ij. cum concor. Bal. in d. l. precibus. in ſexta oppoſit. c. de impub. & alis ſubſtitutionib'. ¶ Item quia ſecundum iſtam interpretationem reſultaret abſurdum, ne etiam impium dicam, vſt. Quòd fœmina alienæ prorſus familiæ, quas omnes etiam illas, quæ erant ſuæ ipſius familiæ & agnationis à ſua ſucceſſione excluſit; Immo & proprias filias, ad bona iſta admitteretur, Et excluderet nedum fœminas ſuæ agnationis, ſed ẽt cõplures ex maſculis expreſsè & noĩatim vocatis: Qđ quantũ abſurdum ſit & alienũ à volũtate teſtatoris, qlibet ſani capitis intelligere poteſt. Diſpoſitio ãt teſtatoris ita ĩtelligẽda eſt, vt abſurditas euitetur, ita formaliter dicit Alex. in cõſ. 17. col. 2. nu. 6. vol. 7. vbi dicit, qđ diſpoſitio teſtatoris ita interpretari debet, nè quid abſurdũ, durum, impiũ, aut iniquũ contineat, ẽt ſi à propria vborũ ſignificatione recedere oporteat: Idẽ Alex. cõſ. 93. col. 3. ver. Et ſi aliter diceremus. vol. 3. poſt Bart. in l. Gallus. §. ẽt ſi parente. ff. de lib. & poſthum. Crau. pulchrè ad ꝓpoſitũ in cõſ. 130. col. vlt. ver. Quintò voluntas teſtatoris, vbi multa ad hoc allegat. ¶ Cũ itaq; in hoc teſtam. tot ſimul cõcurrãt rationes totq; cõiecturę vrgentes & neceſſariæ ex expreſſis ſumptæ,

quòd

quòd fideicom. inductum cenſea
tur, nedum ſi filius teſtatoris ſine
filijs deceſſerit, ſed etiā ſi decedat
cū filio, qui poſtea ſine filijs dece-
dat, prout ſic euenit; certè poteſt
dici qđ ſit iſte caſus ꝑ teſtatorē ex
68 preſſus. Quia expreſſum etiā illud
dicitur, ꝙ ex expreſſis colligitur.
Corn. conſ. 347. col. j. vol. j. Dec.
conſ. 48. col. pen. ver. Nā expreſsū.
Quinimo dicit Bal. in conſ. 3. vol.
5. Quod expreſſum dicitur nedū
illud, ꝙ ex verbis colligitur, ſed
ēt quod ex coniecturis per tex. in
l. Licet Imperator. ff. de leg. ij. & in
l. Si quis locuplex. ff. de manum.
teſt. Alex conſ. 201. col. 3. ver. Con
firmatur præterea vol. 6. Qui mul
ta allegat, & inter cætera Glo. in
l. Prætor. ff. de noui operis nūciat.
Et ibi Bal. Iaſ. & alij, Afflict. deciſ.
44. num. 14. & ſeq. Crau. conſil.
69 157. col. pen. ad fi. ¶ Et eò maxi-
mè, quia non ſumus hic in mate-
ria omninò odioſa, & ſic reſtrin-
gibili; licet enim fideicommiſsū
ex hoc capite dici poſſit afferre o-
nus, quia impedit alienationem,
70 tamen ex alio capite dici etiā po-
teſt fauorabile & vtile, quia bo-
na conſeruantur in familia, vt in
terminis cōſiderat Soc. in conſ.
43. col. 3. ver. Tamen ſi teſtator
dixit vol. 3. Pariſ. conſil. 64. col.
3. ver. Non obſtat quintum vol.
ij. Immo verò hoc reſpicit publi-
cam vtilitatem, tum ex illo capi-
te, quod voluntas teſtatoris ſer-
uatur l. j. c. de ſac. ſanct. Eccleſijs.
§. diſponat. in Aut. de nup. l. vel
negate. ff. Quemad. teſta. aperir.
Tum ex eo in ſpecie, quòd bona
in familia conſeruantur, quæ ſi-
ne diuitijs ſordeſcunt, l. j. §. Sed &
ſi ſeruus. ff. de de vent. inſp. §. cætē
rū inſtit. de leg. agna. ſucc. cū alijs
addu. ꝑ Ioā. And. in Addit. ad ſpe-
cul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. col.
j. in fi. Expreſſe & notabiliter tra-
dit Ang. in conſ. 68. col. 2. in prin.
Alex. conſ. 52. col. j. & col. pen. vol.
4. Soc. conſ. 30. col. 2. in fi. ver. Nec
obſtat. vol. j. & cōſ. 26. col. vlt. vol.
4. Pariſ. conſ. j. col. 2. ver. Quod
quidem nu. 25. vol. 3. Dec. in l. ve-
nia. c. de in ius uocando. Et conſ.
572. col. 2. & 3. Pett. de Anch. in
conſ. 27. col. pen. vbi in duobus lo
cis dicit hanc eſſe diſpoſitionem
fauorabilem. Rimin. in conſ. 38.
& conſilio 40. col. ſecun. Quam
rationem conſeruandæ hęredita-
tis in agnatione expreſſit teſta-
tor: Et non ſolum ſemel, ſed ſæ-
pius diligenter vocando ſingulos
gradus & lineas ſuæ agnationis
72 maſculinæ: Quæ geminatio &
repetitio plurimū operatur oſten
dendo voluntatem teſtatoris eni-
xam & deliberatam. l. Si mulier.
c. ad Velleian. not. in l. Balliſta. ff.
ad Trebell. vbi Clau. Aquen. l. cū
ſcimus. c. de agric. & cenſ. lib. 11.
Complura alleg. Corn. in conſil.
140. col. 2. in prin. uol. 2. Ideo nō
poteſt dici ꝙ ſit diſpoſitio odioſa

& ſic reſtringibilis, ſed immo fauorabilis,& ſic extendenda; quia
73 non eſt facta ea intentione, vt ſit in odiú alienationis, ſed ea principaliter in fauorem agnationis, vt expreſsè dicitur in teſtamento: Ideo fauorabilis dici debet,l. Qui exceptionem in prin.ff.de cōdict. in deb. vbi Bart.& alij: Et iuriſconſultus ibi ponit exempla & fauorabilis & odioſæ diſpoſitionis. Roman.cōſ.36. Aret.conſ.29.col. 7.ver. Quarto præmitto. Anch.in conſ.112.col.vlt.& conſ.153. col.j. & conſ.304.Dec.Plenè in l.venia. c. de in ius vocan. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, qđ huiuſmodi diſpoſitiones tendentes ad conſeruationem bonorum in familia ſeu in agnatione fauorabiles eſſe dicantur: Et quòd fideicom.materia nō dicatur odioſa, ſed immo fauorabilis, probatur in §. j. Inſtit.de fideicōmiſſar. hæredit. Ideoq; eò facilius indu-
74 citur: Et eò maxime, quia in caſu noſtro caſus, qui fuit per teſtatorem expreſſus,& caſus,qui extitit, non ſunt ad inuicem inter ſe diſſimiles, aut diuerſam habentes rationē, immo ſunt omnino ſimi-
75 les & pares prorſus, vſt. Quòd filius teſtatoris ſine filijs decedat, vel illius filius, ut euenit: Nec vlla probabilis differentiæ ratio inter hos caſus excogitari poterit, cur vno caſu tantū & non alio voluerit bona ſua in ſua agnatione & familia conſeruari: Cū præſertim ex diſpoſitionibus ſuperinde factis maniſeſtiſſimè ſuam declarauerit uoluntatem: Ita quòd ſi ullo vnquam caſu habere locū poteſt illa diſpoſitio, quòd ſi teſtator de hoc fuiſſet interrogatus, ita veriſimiliter reſpondiſſet, vt in l. tale pactum.§.ult. ff.de pact. Et ubiq; Doct. in iſta materia loquentes,
76 profectò in iſto magis, quàm in quouis alio locum habebit: Et ſi quidem voluntates morientium ſunt in dubio iudicandæ, prout viuentes dicerent, certè nemo ex viuentibus contrarium diceret. l. Quoniam.c.de natur.lib. & tradit Crau. in conſ.98. prope.fi.& conſ.55.in fi. Anch. cōſ.262.circa medium. ¶ Sed iſta omnia ex abundanti dicta ſunt, quoniam, cum in caſu noſtro adſit expreſſa formalis diſpoſitio teſtatoris inducens fideicom. ſimplex & abſolutum indiſtinctè inter omnes illos ſuos agnatos,& non ſe reſtringens ad vnum magis,quàm ad alium caſum, ut ſupra dictum eſt,
77 non eſt dubitandum: Et Oldr. & alij, qui aliud dixerūt,ſunt locuti i terminis valdè à noſtris remotis,nempe in quibus non tot coniecturæ concurrebant: Ex quibus perſpicua & manifeſta deprenditur voluntas teſtatoris, prout ſic loquuntur iura & Doctores ſupra
78 allegati: Quibus omnibus nunc addo deciſionem in terminis Petri de

tri de Anch. in conſ. 152. col. 3. ver. Secundò deceſſit Hermolaus. vbi illa ſubſtitutio facta, Si aliquis di ctorum filiorum & hæredum de ceſſerit ſine filijs, verificatur etiã, Si cum filijs illi decedant, & iſti poſtmodum ſine filijs moriãtur: Et hoc ea ratione dicit ipſe, quia teſtator voluit bona ſua ſemper in ſuos poſteros maſculos peruenire: Quæ perpetuitas locum habere non poſſet, ſi diceremus expirare fideicom. Mortuo primo cum filijs, ſi illi poſtea ſine filijs
79 moriantur. Et not. quòd ibi teſtator locutus fuerat de dictis hæredibus: Cuius verbi natura eſt reſtringere diſpoſitionem ad nominatos not. in l. Qui liberis. §. Hæc verb. ff. de vulg. & pupill. & in l. vlt. c. de hæred. inſtit. Crau. conſ. 98. col. 3. ver. Tertio reſtrictio. Pariſ. conſ. 20. nu. 55. vol. 3. Facit qđ tradit Fulg. in conſ. 70. circa primum. ¶ Ex quibus omnibus licet perſpicuò appareat reſponſio ad omnia contraria, tamen quo dilucidius veritas huius conſultationis vndiq; emergat, Placet adhuc ſingulis argum. in contrariũ adductis ſigillatim reſpõdere.
80 ¶ Non obſtat igitur illud, quod primo loco dicebatur, conditionem ſubſtitutionũ defeciſſe, quoniam omnes fuerãt conceptæ ſub illa cõditione primo loco poſita, vſt. Si filius ſine filijs deceſſerit, & ab illa vnã omnes ſubſequẽtes dependebant &c. Nam reſpondeo primò illud procedere & eſſe poſſe verum, vbi aliud nõ apparet de mente teſtatoris ſaltem ex coniecturis, ex quibus etiam inducitur
81 fideicom. l. Licet Imperator. ff. de leg. ij. et ſi verba deeſſent. l. vnum ex familia. §. ſi omiſſa. & l. cum proponeretur eo. tit. cum alijs ſupra alleg. At cùm in caſu noſtro tot & tantę ſimul concurrant cõiecturæ, dico quòd illa ſubſtõ, Si filius ſine filijs deceſſerit, verificatur etiam, Si cum filijs decedat, & illi poſtea ſine filijs moriãtur: vt per Caſtrenſ. in ſupra alleg. conſ. 343. vol. j. cũ alijs ſupra ad hoc allegatis. Et quòd ex iſtis coniecturis ſatis inducitur fideicom. etiã ſi verba omnino deficerent. l. vnũ
82 ex familia. §. ſi omiſſa. ff. de leg. ij. Soc. in conſ. 26. vol. 4. Corn. conſ. 275. col. j. vol. 4. & conſ. 124. col. j. ver. Pro cuius rei euidentia, vol. 2. & conſ. 46. col. 3. eo. vol. Iaſ. conſ. 140. col. 4. ver. in primis ergo. vol. 2. & cõſ. 108. vol. 4. Petr. de Anch. conſ. 74. & conſ. 152. col. 3. ver. Secũdò deceſſit. Bal. inter conſ. Ang. 68. in prin. Alex. conſ. 52. in prin. uol. 4. & conſ. 54. & conſ. 100. eo. uol. Curt. Sen. conſ. 51. col. j. Ruin. conſ. 140. col. 5. in fi. uol. 3. Pariſ. conſ. 32. nu. 57. cum multis ſeqq. uol. j. & conſ. 73. col. 2. uol. 2. & conſ. 66. nu. 22. & ſeqq. uol. 3. Soc. Iun. conſ. 114. col. antepen. uol. j. Crau. conſ. 105. nu. 2. Rub. conſ. j.

cum multis alijs, quos ſupra allegaui, quòd fideicom. inducitur ex mente coiecturata teſtatoris, dũmodo coniecturę probabiles ſint & neceſſariæ, ut ſupra declaratum
83 eſt. ¶ Secundò reſpondeo quòd teſtator in hoc teſtam. ſimplex & abſolutum induxit fideicom. nõ reſtringens illud ad aliquẽ caſum, ſed ſimpliciter dicens ſe velle, qđ bona ſua ſemper remaneant in linea maſculina fratrum ſuorum, donec durabit: Ex quibus verbis ſimplex & abſolutum inducitur fideicom. vt per Soc. conſ. 43. vol. 3. Et idẽ Soc. inter conſ. Curt. ſen. conſ. 40. Ruin. conſ. 169. vol. 2. Dec. conſ. 182. col. pen. ver. Scdò dicitur & conſ. 38. col. 2. Pariſ. cõſ.
84 53. vol. 3. Rub. d. conſ. j. ¶ Item nõ obſtat quòd dicitur fideicom. eſt onus, & ideo iniungi alicui non debet, niſi aliquid ſit ei relictum. l. cohæred. §. cum filio. ff. de vulg. & pupill. l. ſi arrogator. ff. de adopt. l. ab eo. c. de fideicom. Nã primò reſpondeo non eſſe verum quòd fideicom. ſit abſolutè onus, vt ſupra dictum eſt, vel poſitò qđ eſſet onus, non propterea dici debet odioſum, & ſic reſtringendum: Quia non fit principaliter in odium grauati reſtituere, aut prohibiti alienare, ſed fit in fauorem familiæ aut agnationis, ut dictum eſt ſupra: Quod etiam publicam continet vtilitatem l. j. ff.
85 Sed & ſi ſeruus. ff. de ventr. inſpic. & §. cæterũ Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Ang. in conſ. 68. col. 2. in prin. Alex. conſ. 52. col. j. circa medium, & col. pen. ver. Prӕterea ego prӕtermitto vol. 4. Soc. conſ. 35. vol. & conſ. 26. vol. 4. Pariſ. conſ. j. col. 2. ver. Et certiſſimum eſt, uol. 3. Dec. in palleg. l. venia. c. de in ius uocando, & in conſ. 171. col. 2. &
86 3. Anch. conſ. 27. col pen. ¶ Nec etiam obſtat, quòd ex hoc ſaltem poteſt dici grauamen, quia aufert liberam bonorum ſuorum ſuorũ adminiſtrationem, contra diſpoſitionem legis in re mandata. c. mand. l. dudum. c. de contrahen. empt. l. Non vſq; adeò. ff. Si quis à par. fuer. mand. Quoniam nõ eſt verum quòd ex hoc auferatur bonorũ ſuorũ adminiſtratio, immo verò conſeruatur: Cum per hoc teſtator de bonis proprijs ad libi
87 tum diſponit: Quod congruit illi facultati, quam lex vnicuiq; de bonis ſuis diſponendi tribuit. Diſponat teſtator, & erit lex. §. diſponat in Aut. de nup. & uti legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto. l. j. c. de ſacroſanct. Eccleſ. l. j. ff. ad l. falcid. l. ver-
88 bis legis. ff. de verb. ſignificat. Reſpectu autem hæredis grauati nõ dicitur etiam ex hoc afferri grauamen in bonis ſuis, quia iſta non ſunt bona ſua antequàm ſibi ſint quæſita: Et eſt in eius arbitrio illa acquirere cum illa qualitate, vel repudiare: Et per hoc etiam nõn
89 obſtat regula. l. ab eo. c. de fideicõ.

vt per illã fideicom. dicatur onus:
Quoniam verum eſt, qđ qui non
honoratur, grauari etiam nõ po-
teſt, ſ. in rebus proprijs: Sed quã-
do alicui bona aliqna relinquun-
tur, cum iſta qualitate reſtituendi
per ſuos hæredes in aliquo euẽtu,
aut ne alienari poſſint, nõ dicitur
propterea grauari: Primò quia eſt
in eius facultate illa bona repudia
re, vt in terminis tradit Bal. in d.
l. Ab eo. in j. oppo. Et latius infra
dicemus. Prçterea non dicitur nõ
honorari, quia ſaltẽ Trebellianica
90 remanet penes grauatum. ¶ Et
ex ſupradictis etiam apparet, qđ
iſte nõ poteſt dici caſus omiſſus:
Quoniam cum ex his, quæ expreſ
ſa fuerunt in teſtamento, colligi
ſatis poſſit caſus iſte, ideo dicitur
potius expreſſus, quàm omiſſus,
vt not. Glo. in l prætor. ff. de noui
operis nunciat. vbi Bal. & Iaſ. idẽ
Bal. ĩ conſ. 2. vol. 5. Alex. conſ. 201.
col. 3. ver. Confirmãtur prædicta,
vol. 6. Corn. conſ. 357. nu. 5. vol. j.
Afflict. Deciſ. 44. nu. 14. & ſeq.
Præterea non poteſt dici caſus o-
miſſus, quia expreſſe fecit fideicõ.
ſimpliciter & abſolutè, ut ſupra
dixi: Et in ſpecie, quòd non poſ-
ſit dici caſus omiſſus, tradit Crau.
in conſ. 130. vol. 3. ver. Et ſi dica-
tur, vbi multa ad hoc allegat ex
Oldr. & alijs multis, vt ibidẽ ꝑ eũ.
91 ¶ Secundò principaliter nõ ob-
ſtat quod dicebatur, ſubſtitutio-
nem factam ſub conditione, Si fi-
lius ſine filijs deceſſerit, expirare
ſtatim, cùm ille filiũm ſuſcepit, &
poſt ſe reliquit, quicquid poſtea
de illo euenit, l. filius familias. §.
cum quis. ff. de leg. j. l. ex facto. §.
pen. ff. ad Trebell. Oldr. cõſ. 21. thẽ
ma tale eſt, Ioã Andr. in addit. ad
ſpec. de teſtam. Paul. Caſtren. in
conſ. 92. vol. 2. Bal. in l. 2. ff. de pe-
tit. hæredit. Alex. conſ. 139. vol. 6.
Dec. conſ. 218. 287. & 291. Iaſ. conſ.
228. Ruin. conſ. 153. vol. 2. Pariſ. cõ
ſil. 44. & conſ. 31. & 86. vol. 2 vbi
prædicti omnes tenent ſubſtitu-
tionem talem intelligi factam tan
tummodo filio ſine filijs decedẽ-
ti, non ãt etiam filijs eius: Ideoq;
eueniente caſu illo, nullum intel-
ligi adeſſe fideicom. Quia non eſt
92 eo caſu factum: Reſpondetur .n.
deciſiones illorum iurium veriſſi
mas eſſe, & pariter auctoritates ſu
pradictorum Doctorum in termi
nis, in quibus loquuntur, Nempe
vbi aliud non apparet ſaltem ex
probabiliqus coniecturis, ex his,
quæ teſtator expreſſit ſumptis:
Quia tunc reſultat fideicom. etſi
verba hoc expreſsè non dicerent,
l. cum proponereiur. l. Licet Impe
rator. ff. de leg. 2. l. vnũ ex familia.
§. ſi omiſſa, & §. ſeq. eo. tit. l. pen.
de leg. j. l. Publicũ. §. vlt. ff. de cõ-
dit. & demonſtrat. l: hæredes mei.
§. cũ ita. ff. ad Trebell. l. Quiſquis
vbi tex. notabilis ad hoc. ff. de ver.
ſignificat. Cum multis alijs ſupra
93 allegatis, per quæ iura declatan-
tur &

tur & limitātur iura, quæ in Arg. contrario adducuntur, quæ aliàs inuicē pugnare viderentur, quoniam illa iura ſimpliciter loquentia declarātur per iſta qualificatè loquentia: Neq; iſtud in iure nouum eſt, l. non eſt nouum. ff. de leg. cum ſeqq. l. in traditionibus iuncta. l. contra iuris regulam. ff. de pact.
94 ¶ Similiter etiam conſ. Oldr. 21. & Ioan. Andr. in addit. ad ſpec. & alij vera loquuntur: Neq; enim illorum ſententiam improbo, immo veriſſimam illam eſſe dico, ſed in caſibus, in quibus illi loquuntur, & iura ſupradicta, & alia per eos allegata: At quando in contrarium militant coniecturæ efficaces, & ſumptæ ex alijs diſpoſitis in eodem teſtamēto, ſine dubio tunc inducitur fideicom. Et Doctores ſupra proxime in argum. allegati non loquuntur ſic: Sed illo caſu loquūtur alia iura p me allegata, & Doctores omnes hoc fatentur: Bal. inter cōſ. Ang. 68. Alex. conſ. 52. in prin. vol. 4. & in conſ. 100. eo. vol. Anch. cōſ. 74. & conſ. 152. in prin. Corn. conſ. 275. col. j. vol. 4. & conſ. 124. vol. 2. Iaſ. conſ. 140. uol. 2. & conſ. 108. vol. 4. Curt. ſen. conſ. 51. col. j. vbi dicit hāc concluſionem eſſe marmoream, & in firma petra fundatam, Ruin. conſ. 140. col. 5. in fi. vol. 3. Pariſ. conſ. 32. col. 4. uol. j. & conſ. 73. col. 2. vol. 2. & cōſ. 66. col. 2. vol. 4. Soc. iun. conſ. 114. col. antepen. vol. j. Crau. conſ. 305. vbi allegat eundem Oldr. idem dicentē in terminis iſtis in conſ. 45. Idem Crau. in conſ. 113. col. j. vbi ex coniecturis dicit induci reciprocam ſubſtitutionem, etſi aliàs ſecundum aliā opinionem non induceretur, ſi coniecturæ ceſſarent: Quæ alia opinio ſic limitatur per omnes, Tiraq. infinitos ita tenentes congerit more ſuo in l. ſi vnq̄. in ver. libertis. nu. 39. cum multis ſeqq. c. de reuoc. donat. ¶ Adeò ſanè, vt ſi ſinguols illos Doctores in contrarium allegatos conſideramus, reperiemus illos quoq; in terminis iſtis idem tenere, quod cæteri per me ad hoc allegati: Nā
95 primò adeſt Oldr. auctoritas hoc fatentis in conſ. 141. col. 2. ver. Nec obſtat ſi obijciatur, & ī conſ. 224. vbi etiam in materia ſtricta & odioſa non reijcit extenſionem de caſu ad caſum ſimilem eſſe faciendam, prout in caſu noſtro caſus iſti ſimiles ſunt omnino ad inuicem, ut ſupra dixi, & infra etiam oſtendam: Et in materia idem habetur in conſ. 269. Itē Ioan. Andr. in addit ad ſpec. qui in contrariū allegatur in tit. de teſtam. § j. ver. Quinta quæſtio. fātetur in rubr. illius tit. ad fi. qđ attenditur mens coniecturata & ſenſus, ſepoſitis verbis, alleg. l. cū quęſtio. c. de leg. in fine & l. 4. c. de lib. præter Bal. qui in contrarium allegatur in l. 2. ff. de petit. hæredit. hoc idem tenet,

net,

net,quod ſupra concluſimus,quã do adeſt mens coniecturara in al leg.conſ. 68. inter conſ. Ang. & in Margarita ſua ad Innocent. in ver. Sententia excommunicationis: Item Paulus Caſtrenſis, qui ſimiliter in contrarium allegatur, in conſil. 97. col. 2. volum. 2. Et ĩ l.ex facto. ff. ad Trebell.loquitur & ipſe, quãdo aliud non apparet de mẽte teſtatoris, ſecus ipſe vult quando contrarium de mente diſponenris apparet ex coniecturis in terminis ſubſtõnis hoc modo factis, Si ſine filijs deceſſerit, ut verificetur etiam, Si cum filijs ille moriatur, qui ooſtea ſine filijs decedant. vt in d. conſil. 343. vol. j. Et quòd ipſe in materia ſtrictæ interpretationis dicit in l. Nulla, ad finem. ff. de legib. Item ſi Alex. contrarium dicit in conſilio 139. vol.6. Tamen in conſ. 52. & in cõſ. 100. vol. 4. Aliud voluit & etiam in conſ. 54. eo. vol. Præterquàm quòd in d. conſ. 139. illud dicit in caſu, in quo verba omnino repugnabant; quòd ſi verba patiantur fatetur mentem coniecturatam admittendam: Item in caſu illo non tot concurrebãt coniecturę, prout in caſu noſtro: Similiter in caſu Dec. conſ. 218. non aderant tot coniecturæ: Item fatetur ibi Dec. inductum eſſe fideicommiſſum etiam in caſu illo, quando bona fuiſſent in extraneam pſonam alienata, & ſic extra familiam, prout in caſu noſtro euenerat: In caſu autem ſuo ſecus erat, Et idem Dec. in conſ. 287. in effectu vult, quòd licet non contrafiat volunrati teſtatoris, quando bona in familia remanerent: Attamen ſecus, quando de eis extra familiam penitus diſponeretur, quia tunc expreſsè fatetur, quòd fieret contra voluntatem teſtatoris, ut ibi per eum in quinta col. ver. Nec obſtar, vbi expreſsè dicitur quòd per illa verba teſtatoris, videlicet. Quòd voluir bona ſua in familia conſeruari, benè infertur fideicommiſſum, Et quòd leditur uoluntas teſtatoris in caſu conrrauentionis, vl'. Si bona extra familiam transferuntur, prout erat in caſu noſtro: Quia mulier extraneę familiæ fuerat inſtiruta reſpectu agnationis teſtatoris: Et ſic in effectu Dec. ibi ĩ ter miuis caſus noſtri decidit fideicõ. ſubeſſe nõ obſtante quòd ſubſtõ ibi fuiſſet facta ſub illa conditione, Si ſine filijs deceſſerit, & ille cum filijs mortuus ſit, qui poſtea abſq; filijs defuncti fuerũt: Quicquid ſit quãdo bona in familia re manẽt; ita qđ Dec. ibidẽ idem cõcludit, quod ẽt dixit in d. conſil. 476. & in conſ. 227. & in conſ. 15. Facit etiam quod ipſe dicit in cõſ. 369. & in conſil. 397. col. 2. ver. Sed ſupradictis non obſtantibus, vbi licet fideicom. cõditionale regulariter nõ tranſmittatur, tamẽ

E fallit

fallit, quando aliud apparet ex cõ iecturis de mente teſtatoris: Sic etiam Iaſ. qui pro contraria parte fuit allegatus in conſ. 228. vol. 2. & in conſ. 66. in 3. col. Secus & ipſe voluit in conſ. 140. & cõſ. 108. vol. 4. Et pariter Ruin. allegatus ĩ conſ. 153. vol. 2. Aliud dixit in cõſ. 140. col. 5. ver. Confirmantur prę dicta. vol. 3. vbi vult quòd mens teſtatoris ſeruetur, nedum ſecundũ largam & impropriam verborũ ſignificationem, ſed etiam cõtrariam. Immo verò & in d. cõſ. 153. col. 5. in prin. fatetur, quòd, quando facti ſunt plures gradus ſubſtitutionum, procedat iſta opinio, & allegat Curr. ſen. in d. conſ. 51. Præterq̃ qd in illo caſu fuerat data facultas alienãdi, ut ibi per eũ. Et quòd ipſe dicit ĩ conſ. 119. nu. 14. vol. 2. Soc. in contrariũ allegat⁹ in conſ. 116. vol. 3. Idem, quòd nos voluit in conſ. 10. col. vlt. inter conſ. Curt. ſen. & declarauit in l. In ambiguo. ff. de reb. dub. in l. hęredes mei. ſ. Cũ ita. ff. ad. Trebell. & in terminis in conſ. 26. vol. 4. Et facit etiam quòd ipſe dicit in conſ. 6. col. 4. in ver. Reſtat nunc reſpondere. vol. 3. Pariſ. etiã in contrarium allegatus in conſ. 31. & conſ. 44. & 86. vol. 2. Secus & ipſemet voluit in conſ. 32. & nu. 57. cum multis ſeqq. vol. 1. & conſ. 57. 73. 63. & 79. vol. 2. & 75. col. 2. eo. vol. & conſ. 66. num. 22. vol. 3. Denique Soc. iun. in contrariũ allegatus in conſil. 118. vol. j. loquitur, quando nihil apparebat teſtatorem habuiſſe rationem agnationis, ut ibi in 5. col. ver. ad ſecundam rationem. & in his terminis allegat conſ. Oldr. 21. Et in caſu, in quo ipſe conſuluit in cõſ. 4. vol. 3. non apparet quod concurrerent ea, quæ in caſu noſtro concurrũt, in quibus terminis cõtrarium ipſemet conſuluit in cõſ. 114. col. 7. ver. Nec obſtat qd in caſu noſtro, vol. j. Et idem ẽt ipſe dixit in d. conſ. j. nu. 70. & in conſ. 42. col. 6. ver. Ad ſcdm. eo. vol. j.

96 ¶ Sed prӕterea oĩs omnino ceſſat in hoc difficultas, cũ in ſpecie habeamus compluriũ inſigniũ Doctorum deiſiones declarantes expreſſe conſ. Oldr. & ſequaciũ, non procedere, quãdo in contrarium concurrunt coniecturę probabiles ſecundum ea, quæ ſupradicta ſunt: Et conſequenter, quòd con ditio illa, Si ſine filijs deceſſerit, verificatur ẽt, ſi cũ filio decedat, q̧ poſteã ſine filijs ipſe moriatur, vt Guido Papæ, qui dicit, ita fuiſſe iudicatum Deciſ. 531. Caſtren. conſ. 343. volum. j. Soc. conſil. 250. vol. 2. & conſ. 26. vol. 4. Curt. ſen. conſ. 51. Dec. conſ. 477. & 427. Pariſ. conſ. j. & conſ. 66. vol. 3. Curt. iun. latiſſimè. conſ. 121. Soc. iun. conſilio. 42. col. 6. ver. Ad ſecundum verò. vol. j. Crau. conſil. vlt. ver. 10. vbi p̃miſſa. & ẽt in conſ. 306. col. 2. ver. Sed ĩ con trarium:

trarium: Et licet ipſe videatur contrarium dicere in conſ.98. tamen ſatis dubitatiuè loqui videtur: Quinimo in fine videtur tandem concludere, Quòd vbi facti ſunt plures gradus ſubſtitutionum, & aliæ concurrunt coniecturæ, cenſetur inductum fideicõmiſſum: vnde ex prædictis apparet doctrinam illam Oldradi non procedere in terminis noſtris; Et illimet, qui eum in ſuis terminis ſequuntur, ab ea recedunt in terminis, in quibus verſamur: Et iſta eſt communis opinio, ut ex ſupradictis apparet: Sed nos extra omnem difficultatem ſumus, quia facta eſt ſimplex & abſoluta diſpoſitio, per quam inducitur fideicõmiſſum abſolutum in iſtis bonis, vt ſupra dictum eſt.

97 ¶ Tertiò principaliter nõ obſtat ꝙ dicebatur conditionem iſtam, Si ſine filijs deceſſerit, eſſe merè voluntariã: Ideo in forma ſpecifica impleri eam oportere. l. Qui Hæredi, & l. Menius. ff. de condit. & demonſtrat. traditur per Bart. & alios in l. Gallus. §. Et qd ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. Ideo non poteſt verificari in alio caſu, videlicet. Si ipſe filius cum filijs decedat, & illi poſtmodum ſine filijs moriantur, & ſic in caſu æquipollenti. Nam reſpondeo primò, quòd immo poſſumus dicere, quòd teſtator apponendo hãc conditionem videtur potius conſideraſſe effectũ ipſum, quàm qđ formam aliquam verborum attẽdere voluerit: Teſtator enim hoc in mente habuit, vt hæreditas ſua ad ſuos filios & deſcendentes perueniret, & poſtea illis deficientibus ad alios de ſua familia & agnatione vocatos eo ordine, vt ipſe diſpoſuit, ſingulos gradus ſuorum agnatorum ſucceſſiuè vocando: Nunquam autem extraneos vocauit, quos quodammodo abhorruit, quandiu aliquis de ſua familia ſupereſſet: Ideoque dixit, quòd ſi filius hæres inſtitutus ſine filijs decederet, volebat dicta ſua bona ſemper conſeruãri in linea maſculina ſuorum fratrum, quouſq; illa durabit: Non .n. probabili aliqua ratione dicere poſſumus teſtatorẽ voluiſſe bona in ſua familia conſeruari eo caſu tantũ, quo eius filius ſine filijs deceſſerit: Non ſit autem eo caſu, quo filius filij ſine filijs decedat, & quòd tunc tota ſua diſpoſitio corruat, & bona ſua ad extraneã fœminam perueniant: Quas oẽs fœminas etiam ſuæ agnationis, Immo etiam proprias filias à ſua ſucceſſione nominatim excluſit, quandiu aliquis maſculus ex ſua agnatione ſuperſtes eſſet: Ideoq; apparet conditionem illam, Si ſine filijs filius teſtatoris hęres inſtitutus decederet, appoſitam fuiſſe gratia horũ effectuũ, & ut illi ſeqrentur, vlr. ut ipſi filij & ſucceſſiuè

corũ deſcendentes ſuccederent,ſ. ,ex diſpoſiõe legis,& ut ab inteſta to,ſi non aliter, iuxta not.in l.Lu cius.ff. de hæredit.inſtit. quia pri ma cauſa in ſucceſſione eſt libero rum.§.j.in Auct. de hæredib. ab inteſt. venien. Si autem filij non ſupereſſent, tunc vt alius ſequeretur effectus, vſt. vt fratres teſtatoris & eorum filij ſucceſſiuè, ac demum cæteri agnati ſuccederent excluſis ſemper fœminis, prohibendo Trebellianicã detrahi, ac ſimul prohibendo alienationem ac etiam diminutionem ſuorum bonorum: Ideo iuſſit ex fructib. dotari: Ex quibus apparet, quòd iſta non eſt conditio merè voluntaria etiam ſecundum terminos iuris loquendo, prout eſt illa: Puta, ſi nauis ex Aſia venerit, Aut ſi Titius conſul factus fuerit: Sed dicitur conditio neceſſaria ad iſtos effectus per teſtatorem conſiderатos vſt. vt filij ſuccedãt in hac hęreditate, & ſi filij non extarent, alij agnati tunc admittãtur, vt in teſtamento: Ideoq; non ſumus in caſu Doctr. Bart. in d.§. Et qd ſi tantũ. dum de condõe volũtaria loquitur, ſed ſumus in caſu dũ de condõe neceſſaria ad effectũ actus loquitur, ut ibidem per eum: Et ita illam Doctrinam Bart. egregiè declarat Soc.in d.§. Et quid ſi tantum in ult.not.& Lancel.Galiaula in 7. col. ver. Secundò limita. Ad quod facit ꝙ in fortioribus termi

nis conſuluit Alex.in conſ.100.in
98 j.col.ver.Ex hoc præmiſſo, & per totum in 4.col. vbi illa conditio, Si filius efficiatur preſbyter, verificatur in caſu, Si ille ſine filijs deceſſerit, Et tamen eſt caſus longè magis diſſimilis, & talis, qui nullo modo ſub verbis comprendebatur etiam improprijſſimè: Sed illud fit inhærẽdo tacitæ & coniecturatæ menti teſtatoris, & effectui per ipſum veriſimiliter conſiderato: Facit etiam qđ dicit Iaſ. in conſ.148.col.5.ver.Non obſtat quintum.vol.2.Pariſ.conſ.97.col. pen.ver.Tollitur etiam.vol.j.Soc. iun.in terminis expreſsè in conſ. 42.col.7. ver. Ad ſecundum verò, & in conſ.90.in fi.& cõſ.106. col. 6.ver. Secundò reſpondeo. vol. j.
99 & in conſ.181.col.5. ver. Et enim. uol.2.vbi dicit, quòd iſta eſt veriſſima & communis concluſio Doctorum, quòd conditio etiam voluntaria ex coniecturata mente teſtatoris impleatur per ęquipollẽs: Et idem dixit Dec.in conſ.227. in fi. Quòd conditio etiam uoluntaria ex identitate rationis, & ex veriſimili mente teſtatoris trahitur ad alium caſum: Et in conſ. 427. col.2.in fi. Crauetta allegato conſ. vlt.col.4. ver. Sextò nos videmus: Idem dicit in terminis noſtris, videlicet, quòd conditio voluntaria trahitur ad alium caſum ſimilem etiam contra naturam & ſignifi-
100 cationem verborũ: Et in ver. ſeq. dicit

dicit eos eſſe caſus ſimiles, in quibus eadem ratio militat, ut ibi p eum. Et alij omnes, quos ſupra recenſui, idem dicūt, non eſt opus iterum repetere: Quibus addo doctiſſimum Alciat. in tractat. ſuo de verb. ſignificat. lib. 3. fol. mihi 251. ver. Non procedit tādem, vbi in ſpecie illa limitat regulam illam non procedere, quando ex coniectura aliqua deprēdi poteſt teſtatorem effectum ſeu finem cōſideraſſe, quia tunc idem in illa dicitur, quod in conditione neceſſaria, Et iſtud tàm in fideicō. quàm etiam in directis ſubſtitutionib' procedere dicit: Item de hoc eſt
101 caſus legis expreſſus, in conditionibus adimplendis mentem teſtatoris, non autem formam verborum inſpiciendam eſſe. l. in conditionibus primum locum ff. de cōdit. & demonſtrat. vbi ponit exēplum Iuriſconſultus in conditione huiuſmodi: Et hoc idem probatur in l. Pater ſeuerinam. §. conditionum verba eo. tit. Ex quibus omnibus apparet, quòd etiam ſi ſumus in conditione voluntaria, non ideo minus extenſio fieri debet, quando conſtare poteſt de mente diſponentis, quando autē nihil aliud apparet, tunc procedere poteſt illud, quod dicitur per legem, qui hæredi, & legem Menius illo tit. de condit. & demon
102 ſtrat. ¶ Verum cū ratio illa fuit expreſſa per teſtatorem, vſt. vt bona illa conſeruarentur in familia & agnatione ſua, quod tanto ſtudio & diligentia per ipſum ordinatum fuit; poſſumus etiam rectè ac iuridicè dicere, quòd hic non ſit extenſio aliqua, ſed dicitur cōprenſio potius, ut egregiè ita declarat Caſtren. in conſ. 83. pręſens caſus nullā habet dubitationem, vol. 2. vbi loquitur in fortioribus terminis, nempe in ſtatutis, immo etiam in correctorijs: Multò ergo magis in ultimis uoluntatibus hoc procedet, in quibus latiſſima fit interpretatio iuribus vulgaribus. Alex. in conſ. 5. in fi. vol. 5. Corn. conſ. 176. col. 2. nu. 4. vol. 4. Dec. in conſ. 301. col. 2. ver. Tertiò. Hoc idem pulchrè idem Dec.
103 conſ. 372. col. 3. vbi loquitur etiā quādo illa ratio non eſt expreſſa: Sed unica tantum poteſt aſſignari, vſt. agnationis conſeruandæ, & loquitur in ſtatuto excludente fœminas propter maſculos: Et ꝙ idem Dec. dicit multum ad propoſitum noſtrū in conſ. 227. col. 3. ver. Tertiò principaliter. & in præcedenti col. nu. 8. Facit etiā ꝙ dicit Alex. conſ. 52. col. 3. in fi. uol. 4. Soc. in conſ. 5v. col. 5. uer. Præterea. uol. j. Curt. ſen. conſ. 75. col. pen. in prin. Faciunt etiā ad hoc pulchra uerba Oldradi in conſ. 185. in fi. ubi dicit, quòd lex non dicitur extendi ad caſus, in quib' militat eadem ratio, ſed enucleari: Et aderant in caſu ſuo uerba re

ſtricti-

ſtrictiua. Et auctoritatem huius Doctoris libenter allego, quoniã in illo potiſſimum fundatur intẽtio contrariæ opinionis, ideo illum etiã adduco in conſ.268. col. 2. ad fi. ver. Quartò pro eadem parte, vbi quando ſubeſt eadẽ ratio, licet verba deficiant, non tamen lex deficit, Et licet verbis omiſsũ eſt, non tamen eſt omiſſum religioni iudicantis: vnde nulla ſubeſſe poteſt difficultas, quin extenſio fieri poſſit, dato quòd eſſemus in conditione voluntaria, ſi extẽſio eſt neceſſaria: Quæ in caſu noſtro minus neceſſaria eſt, tùm ex ſupra proxime dictis, tùm etiam quia expreſſa reperitur ſimplex diſpoſitio teſtatoris inducẽtis fideicom. ſimpliciter & abſolutè, ut ſupra dictum eſt.

104 ¶ Nec ſupradictis obſtat qđ dicitur caſus iſtos non eſſe æquipollentes aut inter ſe ſimiles, Et immo potius videntur diſſimiles & ferè contrarij inter ſe: Quia quòd filius teſtatoris decedat ſine filijs (vt dixit teſtator) Et quòd deceſſerit cũ filio, qui caſus eſt ille, qui euenit, ſunt ad inuicem cõtraria: Nam reſpondeo quòd verum eſt, caſus prędictos eſſe ad inuicẽ diſſimiles & contrarios, ſed res non remanent in illis terminis: Si.n. tempore, quo dicimus eueniſſe caſum fideicom. ſuperſtes fuiſſet ille filius filij teſtatoris hæredis inſtituti, verùm eſſet quòd eſſemus in caſu diſſimili & cõtrario caſui per teſtatorem expreſſo: Sed iſte non eſt caſus noſter, in quo uerſamur, & qui reperitur tẽpore, quo dicimus eueniſſe caſum fideicõ. Quoniam illo tempore nec ſupererat filius inſtitutus, nec etiã eius filius; vterque enim deceſſerat, & ſic etiam iſte ſecundus ſine filijs: Iſti autem duo caſus, vl'. quòd filius teſtatoris decedat ſine filijs, qui eſt caſus per teſtatorem expſſus; Et quòd illius filius ab eo relictus ſine filijs decedat, qui eſt caſus qui euenit; nedum non ſunt cõtrarij aut diſſimiles, ſed immo ſimiles & ęquipollentes, quoad effectum per teſtatorem conſideratum: Et adeò ſanè, ut nulla prorſus ratio aſſignari poſſit, cur teſtator ipſe dici poſſit quòd voluerit bona ſua ad omnes ſuos agnatos ſemper peruenire, quando filius ſuus ſine filijs decederet, non aũt quando nepos, & ſic filius filij ſine filijs decederet: Et quòd bona ſua tunc ad fœminam extraneam perueniant, cùm proprias ſuas & filias excluſerit, & tot ſuis agnatis exiſtentibus, quos omnes tanto apparatu vocauit, & tam acuratè, tam amplis verbis ſuæ agnationi prouidendo, de qua re ſic ſe ſolicitum præbuit, expreſsè cauẽdo ut ſua bona ĩ familia ſua, vſquequo aliqui ex illis etiam remotiſſimis in gradu extiterint ſuperſtites, pmanerent: Et demũ poſtq̃ oẽs deficerent,

ficerent, prouidit, ut ſubſingantur aliqui ad perpetuandum & cōſeruandum nomen adhuc ſuæ fa
105 miliæ. ¶ Quinimo ſi vllo vnquã caſu habere poteſt locum illud, ꝙ dicitur in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact. & in l. Titius. ſ. Lucius. de liber. & poſthum. Et quod Doctores vbiq; in materia iſta loquẽtes dicunt, vl't. Quòd ſi teſtator talẽ caſum cogitaſſet; aut ſi ita euenturum fore exiſtimaſſet, ita veriſimiliter diſpoſuiſſet; Hoc ſanè caſu noſtro magis, quàm vllo alio, locum habere debet.

106 ¶ Nec obſtat, ſi quis fortè imaginando ex ſuo capite dicat, quòd ideo teſtator noluit inducere fideicom. in caſu illo, vl't. Quando eius filius cũ filijs decederet (quicquid poſtea de illis eueniret) Ad hoc ut filij magis obſequioſi parentibus ſuis redderentur, ſcientes illos poſſe liberè de illis bonis diſponere. Nam dico quòd iſta ratio hic nullo modo allegari poteſt; Certum eſt enim quod non reperitur in hoc teſtamẽto expreſſa, vt ex illius lectura colligi facilè poteſt: Sed nec etiam aliquid tale in eo expreſſum reperitur, quod ad hanc rationem tendat, aut ad illam inferri vllo modo poſſit; vnde nunc eſſet velle confingere & imaginari vnam rationem, ſeu
107 pòtius chimeram ex capite proprio deſumptam, & ſic quæ nec fuit expreſſa, nec ex expreſſis colligi poteſt, nec illis quouis modo cohęret: Ideoque nunc ſumus in caſu Doctrinæ Bal. & Ioan. de Im. in l. Quidam cum filium. ff. de hę red. inſtit. in tertio not. & in l. j. col. vlt. c. de his, qui ante aper. tab. Et in c. Mandatum. col. j. extra de reſcript. Sed benè teſtator expreſſit illam rationem, quia vult qđ bona ſua ſemper in familia & agnatione ſua conſeruẽtur; Et iſta ratio, pręterquam quòd eſt expreſſa, cohęret alijs per teſtatorem expreſſis: Non igitur poſſumus recedere, ab his, quæ ex teſtamento colliguntur, & velle inhærere his, quæ longè abſunt, quia hoc erit contra iura, & contra deciſiones omniũ Doctorum: Et ultra alios Bal. in l. Cum quidam. c. de neceſſar. ſer. hæredib. inſtit. qui ait, qđ debemus indagari voluntatem teſtatoris, & illam ſequi ſicut vena-
108 tor leporem. ¶ Præterea etſi rationem hanc imaginariam, & ex capite confictã attendere vellimꝰ, quæ tamen nec eſt expreſſa, nec ex expreſſis colligi poteſt, tamen hæc ratio eatenus locum habere poterit, quatenus ipſa militabit; illa uerò ceſſante utiq; & diſpoſitio ceſſabit. l. adigere. ſ. q̃uis. ff. de iure patr. c. cum ceſſante extra de appellat. Si ergò tu dicis, noluit grauare filios ſeu lineam ſuorum deſcendentium, ut ſint parentibꝰ magis obſequioſi: Quandiu ergò adſunt filij aut deſcendentes, hoc conſide-

conſiderari poterit; Illis autem deficientibus, utique ratio iſta ceſſabit: Ergo tunc locum habebit fideicom. Immo tunc teſtator expreſsè fecit fideicom. cùm dixit, Si filius ſuus inſtitutus ſine filijs deceſſerit, ad fratres & ad alios ſucceſſiuè bona ſua deueniant: Et ex hoc etiam ceſſat aliud, quod diceba-
109 batur, vl't. quòd noluit grauare lineã ſuorum deſcendentium; Immo uerò contrarium expreſsè apparet, quia illam grauat, ſcilicet filium ipſum ſine filijs decedentem, cùm illi per fideicom. fratres & alios ſucceſſiuè ſubſtituit; Immo plus, quia ei ademit poteſtatem de illis bonis inter extraneos teſtandi, ſed uoluit ut proximiores ſuos inſtituat: Si igitur teſtator in hoc proprio filio non pepercit ſine filijs decedenti, quomodo aut qua ratione dicere poſſumus hoc nepoti ſine filijs decedenti fuiſſe permiſſum in perniciem totalis diſpoſitionis teſtatoris tanto ſtudio ordinatæ, cùm caſus iſti ſimiles omnino ſint & æquipollentes, & eadem ratio militet: Quia ſi filio iam nato, & ſibi noto ſine filijs decedenti ita ſub-
110 ſtituit per fideicom. Multò magis in nepote nondum nato hoc procedere debet, maiori enim affectione proſequimus iam natos, q̃ naſcituros, ut tradit Bal. in l. Lucius. ff. de hæredib. inſtit. Quem refert & ſequitur Alex. in conſ. 12. col. j. vol. 4. Oldr. conſ. 141. col. 2. In prin. ver. Itẽ ex alio Corn. cõſ. 124. col. antepen. & cõſ. 146. col. 2. vol. 2. Roman. conſ. 231. Crot. inter conſ. Rub. 39. Grat. in terminis Reſpõſ. v. col. 4. ỽ. Decimò comprobatur vol. 2. facit quod tradit Ruin. in conſ. 140. col. v. ver. confirmantur prædicta vol. 3. optimè cõfert quod tradit Crau. conſ. 113. col. j. ver. itaque in caſu noſtro & Soc. Iun. conſ. j. nu. 70. vol. j. cum alijs multis, quæ adduci poſſent.

111 ¶ Non etiam obſtat quod diceba-tur, hic agi de extẽſione faciẽda de perſona ad perſonam; Non autẽ de caſu ad caſum: quod non licet vt per Aret. in l. Gallus §. & quid ſi tantum, vt ſupra in quarto argumento pro iſta parte. Nã reſpondetur primo, quod hic nõ agitur de extenſione aliqua. Quoniam teſtator iſte in hoc ſuo teſtamento ſimplicem & abſolutam fecit diſpoſitionem, in qua voluit hæreditatem ſuã ſemper in agnatione ſua conſeruari. Ideoq; & ſi verum eſſet extenſionẽ iſtam minime fieri poſſe, tamẽ ſufficit nobis diſpoſitio illa, per quam ſimplex & abſolutum inducitur fidei-
112 com. & ſi non alio caſu ſaltẽ abſq; Dubio in caſu alienationis ſubſecutę. Prout hoc caſu ſubſequta fuit alienatio per vltimam voluntatem, cũ hęc bona ſint in extraneam perſonam tranſlata, Nempè

pè in fęminam alienę familiæ, vt ſupra dixi allegando Soc. conſil. 43. col.j.& col. 4. vol. 3. & in cõſ. 40.inter conſil. Curt. ſen. colum. penul. in fi. Et quod dicit Iaſ. in conſil. 108. colum. 4. verſic. confirmatur & ver. ſeq.vol.4.Dec cõſ. 181.col.pen.Ruin.in cõſ. 169. col. 2.vol. 2.Paris conſ. 53.vol 3. Rub. conſ.j.cum alijs ſupra allegatis:& animaduetti Dec. in conſilijs in contrarium allegatis vlt. in conſ. 218. expreſſius in conſ. 260. in v. col. in ver. nec obſtat, tenere, qđ per huiuſmodi verba ſimplex & abſolutum fideicom. inducitur, ſaltem quando bona extra familiam transferuntur tunc dicitur cõtrauenire voluntati teſtatoris.

¶ Secundo reſpondeo ex alio ẽt non eſſe neceſſarium de extenſione tractari: quia cum eadem ratio militet, immo maior: Pręſertim quæ reperitur expreſſa: nõ eſt extenſio: ſed dicitur comprenſio: cum omnes caſus, in quibus illa ratio militat, cenſeantur ſub illa diſpoſitione comprendi, & decidi, prout fuſius dixi ſupra reſpondendo ad præcedens argumentũ vbi allegaui Caſtren. in conſil.83. vol.2.Oldr. Alex. Corn. Dec. alios ibi videri põt, non repeto. Tertiò

113 reſpondeo qđ illa concluſio Aret. in d.§. Et quid ſi tantum eſt falſa, & quod immo vbi militat eadem ratio, ita fieri extenſio poteſt de perſona ad perſonam; ſicuti de caſu ad caſum; Primo. n. contrarium tenuit ipſemet Aret. vt ab eo incipiam, in l. diuortio. §. interdum in vlt.not.ff. de ſoluto matrimonio. Quando non ſumus in materia correctoria. Hoc idem tenet Ang. expreſse in alleg. §. & quid ſi tantum in 3. col. vbi vult quod immo extenſio etiam fieri poſſit de perſona expreſſa ad omiſſam ex idẽtitate rationis: itẽ quãdo ſumus in caſu, in quo ſi teſtator dehoc fuiſſet interrogatus, ita fuiſſet veriſimiliter reſponſurus per ea, quæ habentut in l. tale pactum §.vlt.ff.de pact. cum ſimil. & hoc idem ibi tenet ſubtilis Fort.Gartia nu. 86.& Crot nu.27. item hanc concluſionem Ang. tenuit expreſſe Iaſ. contra Aret.in l. Titius §.Lucius nu.3. & 7.ff.de liber. & poſthum. & quod ipſe dicit in l.Filius familias §.diui in ſecũda lect. nu.140.ff.de leg. j. vbi limitat concluſionem, quæ vult, quod prohibitio alienationis facta filijs non trahatur ad nepotes, vt non procedat, quando ratio prohibitionis ita nepotes quẽadmodum & filios comprendit. Itẽ quod idem Iaſ. ibidem dicit nu. 152. quod prohibitio ẽt reſtricta ad certas perſonas trahitur tamen generaliter ad oẽs ex idẽtitate rationis per teſtatorem expreſſę, qđ vult talem rem in familia remanere, ſeu non exire de nomine aut agnatione ſua, vel de ſuo genere,

vt ibi per eum: Quæ eiùs dicta val deconferunt ad caſum noſtrum: Idem Iaſ. hoc tenet in conſ. 148. col.3.ver. Quartò facit.vol.2.& in conſ.154.ver.Cōfirmatur optimè. vol.4.Caſſan.cōſ.67.nu.46. Ruin. in terminis noſtris in conſ. 119. col.antepen.num. 14. vol.2.Pariſ. conſ.50.col.pen. nu.55. & cōſ.66. col.7.ver. Nec obſtabit illa. vol.3. Soc.iun. conſ.129. col.antepen.in fi.vol.3.ver. Sed ex abūdāti.Crau. conſ.115.col.3.ver.Tertiò conſide ro, ubi etiam in materia correcto ria illud procedere vult, etiam ꝙ ratio non ſit expreſſa, vnica tamē aſſignari poſſit; Ergo multò ma gis in terminis noſtris: Facit ēt quod tradit Rimin. in cōſ.18.col. 3.& ſeq. ver. & intelligo verū poſt Bal. in l. de quibus. col.11. ver. Et nota quòd ſimilitndo.ff.de legib. & in conſ. 135. col. pen. ver. Præterea, vbi indiſcriminatim dicit, ex identitate rationis extēſionem fieri tàm de perſona ad perſonā, quàm de caſu ad caſum; & loquitur ī ſtatuto, quod eſt ſtricti iuris: Sed p̄terea eſt expreſſa deciſio Pa. Caſtrēſis in cōſ. 83. col.2. in prin. vol. 2. vbi in fortioribus terminis loquitur, vl't. in ſtatuto iuris cōis correctiori; & tamē concludit extenſionē fieri de perſona ad perſonā, & in ſpecie de filio ad nepotē, quādoeadē ratio militat, vl't.agnationis conſeruandæ; & non ſolū hoc ꝓcedere vult, ubi ratio eſt expreſſa, ſed etiā ubi nō eſt expreſſa, vnica tamen aſſignari tātum poteſt: Quantò ergo magis hoc in caſu noſtro procedet, cúm ſimus in teſtamento, in quo plenior & latior ſit interpretatio. l. in teſtamentis.ff.de reg.iur. Et ratio quidem eſt ſæpè expreſſa, vl't.ut bona in familia cōſeruentur; Quod eſt fauorabile, & publicā reſpicit vtilitatem, ut ſupra dictum eſt.

114 ¶ Quartò reſpondetur ex his, ꝙ idem Aret. dicit in d. §. Et quid ſi tantum: Nā primò ponit illā ſuā regulam, qd extenſio de perſona ad perſonam non fiat; Poſtea eā limitat non procedere, quando il la perſona eſſet talis, quæ poſſet comprendi aliquo modo ſub ver bis vel mente teſtatoris: Tunc .n. ad eā fieret extenſio, licet indiuidualiter (vt eius verbo vtar) Non fuerit de ea cogitatū p not.in l. ta le pactū.§. vlt.ff.de pact. Et ita refert & declarat Pariſ. in allegato conſ.50.col.pen.ver.Poſtremò nō obſtat ubi dicit, qđ illa glo in l.Titius in prin. ff. de liber.& poſthu. p quam mouetur Aret. Communiter reprobatur: Et quòd opinio Ang. & ſequatium contra Aret. eſt humanior, æquior, & magis communis & verior: Et in conſ. 66.col.7. uer.Nec obſtabit. uol.3. Soc.iun.in conſ.119. col.pen. uer. Tertiò etiā uol.3. Sed ī caſu noſto ſine dubio in mēte teſtatoris fuit de eius nepote cogitatum ſaltem in

in genere, & etiam in verbis fuit de illo in genere facta métio. Ná cum teſtator mentem hanc habuerit, ut bona ſua conſeruentur ſemper in familia & agnatione, quod ſæpius in teſtamento expreſſit; Non poteſt negari,quin in genere ſaltem, ſi non in indiuiduo de iſto cogitauerit, quia aliàs bona ſua non ſemper in ſua agnatione conſeruarentur, ſi de perſona filij ſui tantum cogitaſſet,& non de alijs quoq; ab eo naſcituris, ut conſiderat Soc. in conſil. 43. col. prima, vol. 3. Et iſtud Aretino ſufficit, vt extenſio de perſona ad perſonam fieri poſſit, ut
115 illic per eun. ¶ Quo etiam ad verba non dicitur caſus omiſſus: Immo de eo fuit facta mentio in genere, & eo modo, quo mentio fieri potuit de eo, qui nondú natus erat; Quia teſtator dixit, Si filius ſine filijs deceſſerit, vnde ſaltem eſt poſitus in conditione, ſi nolumus quòd dicatur vocatus iuxta Glo. in l. Lucius. ff. de hæredibus inſtit. contra quam multi tenent, ut infra videbimus. Sed & Doctores, qui illam gloſſam ſequuntur, illam non procedere fatentur, quando plures concurrũt coniecturæ, vt quia ſuas filias & omnes alias fœminas ab vniuerſali ſucceſſione excluſit: Item quádo ad plures ſucceſſionũ gradus digreſſus eſt, prout eſt in caſu noſtro,& inferius dicemus. Sed quicquid de hoc ſit, etiam qđ dicatur tantummodo in conditione poſiti, tamen de eis ẽt verbis expreſſis
116 eſt facta mentio,etſi non diſpoſitiuè, ſaltem conditionaliter, ut eſt expreſſa deciſio Corn.in cõſ. 146. col. 3. vet. Quia licet liberi. vol. 2. nu. 13. Ergo etiam ex ſententia Aretini extenſio hoc caſu fieri poterit de perſona filij ad perſoná nepotis: Et ſic apparet multifariam, multiſq; modis arg. nihil obſtare Et ideo illud, ꝙ dicit Iaſ. in conſ. 220. vol. 2. & conſ. 66. vol. 3. Nõ debet eſſe in aliqua conſideratione: Quia alij communiter contrariũ tenent,& ipſemet ſæpius legendo & cõſulendo contrariũ tenuit; Et ipſemet Aret. ẽt contrariũ voluit, ut ſuprà oſtendi: Neq; mirũ, quia
117 illa concluſio caret oĩ prorſus ratione: Non .n. video probabilem aut iuridicá rationem diuerſitatis cur extenſioné de caſu ad caſũ ex veriſimili méte teſtatoris fieri admittát, non aũt de perſona ad ꝑſoná; Nullam .n. reperio legé facienté talé differentiá: Sed immò potius contrarium apparet ex traditis p Anch. in conſ. 11. ver. Quin tò arguitur ſic col. 2. Præſertim in caſu, in quo militat eadem ratio; prout in terminis caſus noſtri: Ad quæ facit, ꝙ tradit Rimin. in conſ. 109. in fi. Cùm .n eadé eſt ra-
118 tio, diuerſum ius ſtatui nõ poteſt, vt dicit tex. in l. 3. §. poſthu. in fi. ff. de iniuſt. rupto, irrito teſt. Et tex. ĩ

quo fundant Doctores hanc con-
cluſionem, quòd extenſio nō fiat
119 de perſona ad perſoná in l.Si quis
ita.§.Si quis cùm ignoraret.ff. de
teſtament. tut. nihil penitus pro-
bat: Nam ibi pater dederat tuto-
rem filijs ſuis in teſtamento, Di-
citur, quòd ſi aderat vnus filius,
quem teſtator habere ſe ignora-
bat, uel quem mortuū credebat,
illi non cenſetur datus tutor: Cer
tè non illa ratione illud ibi dici-
tur,quia ſcilicet extenſio non fiat
de perſona ad perſonam; Immo
verò nullo pacto poteſt habere lo
cum ibi illa ratio: Quoniam teſta
tor ille non fuerat locutus parti-
culariter de una perſona, ſed de-
derat tutorem filijs ſuis abſolutè;
Et ſic non exprimendo iſtum aut
illum, vnde iſta ratio, quòd non
fiat extenſio de perſona ad perſo-
ná, nō eſt ad propoſitū in illo tex.
omnes enim filij poterāt ſub ver-
bis teſtatoris aptè comprehendi
abſq; ulla extenſione de perſona
ad perſonam, ut textus ille hoc ex
preſsè dicit, ibi licet nomen filio-
rum ipſum admittat: Ratio ergò
illius tex. fuit illa, quam ipſe ex-
primit, vlt. defectus uoluntatis te
ſtatoris; quia cum ignoraret ſe il
lum filium habere, aut putauit iā
obijſſe, non ſenſit de illo: Deficit
ergò uoluntas teſtatoris ibi; Nam
uoluntas ad ignorata nō trahitur
120 l.mater decedens.ff.de inoff. teſta.
l.cum aquiliana.ff. de tranſact. cū
ſimil. Eſt ergo abuſio manifeſta
allegare illum textum ad hoc pro
poſitum. ¶ Et ſi quis diceret,
cur illa datio tutoris nō compre-
hendit etiam illum filium ſaltem
ex coniecturata ſeu pręſumpta ve
riſimili mente teſtatoris: Et vel
ex eo, quia ſi de hoc fuiſſet inter-
rogatus &c. l.tale pactum.§. vlt.
ff.de pact. cū concordantibus. Re
ſpondeo, quia ibi deficiunt con-
iecturæ, quæ ex alijs expreſſis per
teſtatorem colligi poſſent, ex qui
bus elici hoc poſſit; Ibi enim erat
ſimplex datio tutoris nec aliud ex
preſſerat teſtator, vnde aliquid ſu
mi poſſit: Nam & in caſu noſtro
ſi una tantum ſubſtitutio fuiſſet
ſimpliciter facta & abſolute vni
perſonæ, nec aliud fuiſſet in teſtá
mento expreſſum, unde elici alia
uoluntas teſtatoris poſſet; fateret
& ego extenſionem minimè fieri
poſſe: Et iſta ratione procedit &
loquitur ille tex. & etiam tex.in l.
filius familias.§. cū quis.ff. de leg.
j.& in l. ex facto.§.pen.ff.Ad Tre-
bell. cum alijs,quæ alligantur per
Oldr.in d.ſuo cōſ.21.& per ſequa-
ces: At nos verſamur in longè di
uerſis terminis, vt ex ſupradictis
apparet.
121 ¶ Non obſtat quod dicebatur,
ſi teſtator iſte voluiſſet etiam ex-
preſsè grauare onere fideicommiſ
ſi filium hūc filij ſui, non potuiſ-
ſet; quia non fuit ab eo vocatus,
ſed tātum in conditione poſitus,
Glo.

Glo.in l. Lucius.ff.de hæredib.inſtit. Quia quem non honoro grauare non poſſum.l.ab eo. c. de fideicom.l. ſed etſi ſic. ff. de leg. iij.

122 ¶ Nam ad iſtud reſpõdeo primò, quòd illa opinio Glo.in d.l.Luci' non ſine aliqua difficultate procedit: Et multos habet contradicẽtes, tenentes quòd immo liberi in conditione poſiti cenſeantur vocati: Et complures refert Corn.in conſ.146.col.5.vol.2.Et mihi videtur non poſſe negari iſtos in conditione poſitos cenſeri ſaltem tacitè ex iudicio & mente teſtatoris vocatos, ut probat tex.in d. l. Lucius: Quod latiſſimè diſputat & ita firmat Caſſan.in conſ.14.& cõſil.67.ver. Item hic conditio,cum multis ſeqq. Et hoc idem ante eũ tenuit Anch.in conſ.74.ver.Secũdò hoc optimè Curt.ſen.latiſſimè in conſ.61.col.7 & ſeq. Sed quicquid in hoc ſit, Quia nõ intendo nũc fuſius articulum hunc diſputare, cùm non ſit principalis dubitatio noſtra; Et loquendo ſecũdum opinionem illius Glo. Citra

123 tamen pręiuditium veritatis circa illum articulum: Certum eſt qđ Doctores omnes, etiam illimet, qui glo: illam ſequuntur, fatẽtur eam non procedere, quando concurrunt aliquæ vel leues coniecturæ, ut tradit Corn. conſ.20. col.7. & ſeq. & conſ.126.vol.4.conſ.96. vol. j. & ſupra allegato conſ. 146. vol. 2. Petr.de Anch. in prædicto conſ.74. vbi ſi vllo caſu opinio illius glo. tenenda eſt, erit quando nullum alium gradũ ſubſtitutionis fecit teſtator, ſed quando vlterius ad alios gradus progreſſus eſt ſine dubio opinio illius glo. non procedit: Et maximè ſi vocat maſculos ſuæ agnationis,vt per Dec. in conſ.578. col.vlt.ver. Et hoc.& conſ.370. col.2.ver.Secunda concluſio. & conſ. 318. col. 1. Et alibi ſæpè. Soc.in l. cum auus. col. vlt. ff. de condit. & demonſtrat. Hoc idem dixit Curt. iun. in conſ. 43. col.3.ver.Quod autem nepotes.& in conſ.113. col.3. ver. Secundam facio concluſionẽ. Ripa in l. Centurio. nu.162.ff.de vulg. & pupill. vbi plures ponit coniecturas, per quas ab opinione illius glo. receditur: vt quia fœminas in re particulari honorauit, & ab vniuerſali ſucceſſione excluſit: Item quãdo ad plures ſubſtitutionum gradus digreſſus eſt teſtator: Item quando poſt oẽs ſubſtituit extraneum iubendo,vt nomen & inſignia familiæ ſubeat: Quæ omnes coniecturæ, & longè plures etiam concurrunt in caſu noſtro: Idem ſequitur Crau.conſ.62.col.2.ver.ſed videamus. & in ver. Et iſta coniectura. & col.vlt.ver. Quinta coniectura. & in conſ. 114.col.j. circa prin. Faciunt etiam ad confirmationem prædictorum,quæ tradit Ruin. in conſ.140.vol.3. Pręterea reſpondeo, dato etiam quòd illa glo.

124 glo. ſit vera: Item quòd eſſemus
in ſuo caſu,& ſic quòd nullæ ſub-
eſſent coniecturæ, ita quòd verè
in conditione tantum poſitus il-
le diceretur, Et ſic, quòd ab inte-
ſto tantum ille ſuccederet, prout
vult illa glo. in d. l. Lutius. & alij
eam ſequentes: Tamen adhuc ni-
hil obſtat regula l.ab eo.c.de fidei
com. Quoniam illa locum habet,
ut non poſſim grauare illum, qui
nec expreſſa mea diſpoſitione,ne-
que etiam ex tacita, vt ab inteſto
poteſt quicq̃ de bonis meis conſe
qui, Sed ille,qui mihi ſucceſſurus
eſt ab inteſto,eſt habiturus bona
mea ſaltē ex tacito meo iuditio,
ideo illum poſſum grauare; vt eſt
de hoc tex. formalis in l.Conficiū
tur in prin. ff. de iure codicill. Et
ita in ſpecie declarat glo.in d.l.ab
eo, quod ſufficit, etſi tacite quid
ab inteſto conſequatur: Quid igi
tur repugnat,etſi verum eſſet ī ca-
ſu noſtro,quòd ille nepos teſtato
ris filius ſcilicet filij. hæredis pri-
mo loco inſtituti, ſit tantummo-
do in conditione poſitus, & ab
inteſto ſuccedat, quin poſſit ei o-
nus hoc iniungi (ſi tamen onus
hoc dici poteſt) vt bona iſta non
alienet,ſed ea pro ſeipſo retineat:
Hoc enim eſt potius proficuum
& vtile; Et quòd ea agnationi &
familiæ ſuæ conſeruet,quod fauo
rabile eſt,etiam publicæ vtilitatis
nomine.l.j.§.Sed etſi ſeruus.ff.de
ventr.inſpic.§.Cæterum inſtit.de
legit. agnat. ſucceſſ.Cum alijs ſu-
125 pra allegatis. ¶ Non omitto etiā
pro maiori confirmatione prædi
ctorum illud, quod egregiè dixit
Bal.in conſ.57.col.2.ver. Secundò
conſiderandum eſt, vol. 2. Quòd
licet poſiti in conditione per illa
verba, Si ſine filijs deceſſerit,non
dicantur honorati tanquam lega
tarij, tamen dicuntur honorati
tanquam mortis cauſa capientes,
& vti occaſionem capiendi habē-
tes à teſtatore: Et ideo in ſpecie
infert, quòd iſtis ſic in cōditione
poſitis poterit à teſtatore ſubſti-
tui, non obſtante regula legis.ab
eo. c. de fideicom. cum ſuis con-
cordantijs.
126 ¶. Tertiò principaliter reſponde
tur ex alio, regulam illam legis ab
eo nihil omnino obſtare caſui no
ſtro: Quoniam illa locum habet
& procedit, quandò onus ſeu gra
uamen imponeretur rei propriæ
ipſius grauati, ſeu eius perſonæ,
aut eius hæredis, Tunc verum eſt
quòd nō valet tale grauamen, ni-
ſi ſit honoratus: Ita procedit l.ab
eo.c.de fideicō.l.& ſi ſic.ff.de leg.
3. Et quatenus illum honorauit,
& non vltra l. cohæredi. §. cum
filio in ſi ff.de vulg. & pupill. Sed
nos non verſamur in iſtis termi-
nis, quia iſte teſtator non impo-
ſuit onus aliquod in perſona ne-
potis poſiti in conditione, aut in
eius bonis: Sed iſtud onus (Si bo-
nus dici poteſt quòd bona in ſua

familia

familia & agnatione conſeruentur) impoſuit teſtator proprijs ſuis bonis, quod ei facere licuit;
127 cùm lex dicat, diſponat teſtator, & erit lex ſua uoluntas. §. diſponat in auct.de nupt. Et vult quod teſtatoris arbitrium, quod amplius non reddit, ſeruetur, l. pri. c.de Sacroſanct.Eccl. Et latiſſima cuique data fuit facultas de rebus ſuis diſponendi, l. j. §. j. ff. ad legem falcid. Quod publicam etiá reſpicit utilitatem l. vel negare. ff. Quemadmodum teſt. Apert.contra quam voluntatem teſtatoris, & conſequenter contra quæ omnia iura ſine dubio fieret, ſi bona iſta ad fœminam familiæ prorſus alienæ peruenirent, reiectis omnibus agnatis teſtatoris, quos ipſe gradatim expreſsè vocauit; Et ſic ſpreta ſua expreſſa diſpoſitione, eo prætextu, quòd poſitus in conditione grauatur: Quoniam (vt dixi) nec ipſe, nec eius hæres grauatur, neque etiam ſua bona grauantur, ſed propria teſtatosis, ſi grauari appellari iſtud poſſit; Quod alia etiam ratione grauari non poteſt dici, opulentam conſequendo hæreditatem cum illa conditione, ne alienari poſſit, & quam ille repudiare poteſt, ſi illa conditio, ne illam alienet, ſed ut inter agnatos ſuos illam conſeruet, ſibi diſplicet: Et ita in terminis materiam iſtam declarat Bal. in allegata l.ab eo in ſcđa opp. c. de fideicom. vbi dicit quòd eſt in facultate honorati ſub cõditione aliqua, quę ſibi videatur oneroſa, eã non implere, & ſic cõmodo carere non impleta conditione; nec ẽt onus ſubibit, ſed ſubſeq̃ntibus in gradu vocatis dimittet: Iſtud
128 igitur eſt onus reale, ſeu rectius loquẽdo eſt qualitas realis, ſeu in rẽ ſcripta, hoc eſt iſtis bonis, quę ad quemcunq; pueniant, ſemper perueniũt cũ illa qualitate: Doctrina eſt in terminis Bal. ĩ l. pcibus.col. vlt.ver.extra quęritur. c. de impu. & alijs ſubſt. Et ſequitur .ſ. ibi col. pen.ver. Quęro ſextò. Corn.in eadẽ l.ab eo. c.de fideicom. ĩ vlt.col. ver. Quarta quęſtio princ. Facit ꝙ dicit Caſtren. in conſ. 302. col. 3. ver. ſuper eo.vol.j. Anch.in conſ. 217.ver. Eſt.n. Soc.in cõſ.250.col. 4.ver.Præterea poſt filios. Et ẽt in fi.illius conſ.vol.2.Curt.ſen.conſ. 51.col.antepen.ver.accedat ad pręmiſſa, optimè declarat Pariſ.ĩ cõſ. j.col.4.in prin.nu. 42. vol.3. Et ꝙ tradit Ripa in l. filius familias. §. diui.nu. 108.ff. de leg.j. Et qđ ibi tradit Iaſ. in ſecũda lect. col.pen. ver. Iſtam limitationem, Et maximè cũ in caſu noſtro prohibitio nõ fuit facta vni pſonę, ſed immo realiſſima (vt ita dicã) fiat: Quoniam teſtator dixit, Ad quęcunq; deuenerit dicta eius hæreditas, ſemper ſit vnita, nec aliquo modo vel caſu poſſit diuidi aut diminui: Item paulo inferius ſubiũxit

teſtator, & ſic voluit ſuam hæreditatem ſemper ſtare in linea maſculina &c. Ideoq; nihil obſtat, quod dicit Dec. in conſ. 95. in fi. quia loquitur in caſu à noſtro longè diuerſo, cùm porhibitio ibi erat p̄ſonalis, & ſic ad vnam tantū perſonam reſtricta. Et ex ſupradictis etiam cōfirmatur illud, quod ſupradixi, vl't. Quòd iſte nepos nō poteſt dici non honoratus: Nam

129 (vt dixi) integrum ei erat aut repudiare hanc hæreditatem, aut illam velle agnoſcere, iuxta l. Quia poterat, & l. qui accuſare. ff. ad Trebell. Si eā repudiaſſet, nihil eſſet ſecum de fideicom. tractandum. Si verò eam adiuit, prout fecit, nō poteſt negari, quin adeptus fuerit hanc hæreditatem, quam pri⁹ non habebat; Ergo verum eſt qđ fuit honoratus: Et ſi diceretur: at non ex diſpoſitione expreſſa teſtatoris, ſed ex diſpoſitione legis, ſcilicet ab inteſtato? Reſpondeo qđ. quo ad effectū noſtrū nihil refert, q̄m & talis grauati poteſt. l. conficiūtur ī ptin. ff. de iure codicill. & cū voluerit illam hereditatē, oportet quòd eam habeat cū ſuo onere; ſi quod ei iniūctum eſt. l. j. ſ. Pro ſecundò. c. de cad. tollen.

130 ¶ Denique non obſtat quod dicebatur omnes ſubſtitutiones p̄ teſtatorem factas pendere ab illa conditione, Si filius eius hæres inſtitutus ſine filijs deceſſerit: Qui caſus non extitit; quia relicto filio deceſſit ille, & teſtator reſtrinxit ſe ad illum caſum tantum: Nam plurib⁹ verbis reſtrictiuis vſus eſt; quia dixit, tunc & eo caſu, item caſu prædicto, item modo & forma quibus ſupra, item & ſic: Quæ omnia verba excludunt alios caſus p̄ter expreſſum, ita quòd neceſſe ſit illum omnino verificari, vt per Anch. Roman. Soc. Dec. Ruin. Gozad. & alios in contrarium in argum. allegatos. Nanq; reſpondetur primò ſic ex ſupradictis: Quòd lex dicit, Nunquā verborum interpretatio tantum poteſt, vt potior ſit voluntate & mēte teſtatoris. l. 3. c. de liber. præter l. quiſquis. de verborū ſignificat. l. Publius. §. vlt. & l. pater ſeuerinā §. conditionum verba. ff. de condit. & demonſtrat. cum alijs multis iuribus & auctoritatib. ſuperi⁹ in diſcurſu ad hoc allegatis: Modò dico verum eſſe teſtatorem feciſſe illas ſubſtitutiones de fratribus ſuis & ſucceſſiuè de alijs agnatis in caſu, in quo eius filius ſine filijs deceſſerit, adeò quòd ſuperexiſtētibus filijs dicti ſui filij ceſſent prędictæ omnes aliæ ſubſtitutiones; Et ſic verificatur, quòd ſubſtitutiones prædictæ omnes ab illa dependeant: Et verificatur natura harum dictionum reſtrictiuarum, vt non habeant locum hę ſubſtitutiones exiſtētibus filijs dicti ſui filij, ſed eo caſu tantum locum habeant, quo dicti filij deficiant;

ciant, qui caſus extitit; quoniam non ſuperſunt amplius filij dicti ſui filij: Ideoq; in caſu iſto, i quo teſtator effectum hunc conſidera uit, vſt. quòd bona ſua ſemper in familia conſeruentur, ꝙ tàm dili genter & acuratè ordinauit, idem eſt, qđ eius filius ſine filijs moriatur, uel cū filio, qui poſtmodū ſine filijs decedat, ut ſupra latè fuit cōprobatum: Et vtroq; caſu eadē ratio militat, ut ſequatur effectus, quē conſiderauit teſtator, & ſua volūtas & diſpoſitio ſeruetur, qđ bona in ſua agnatione cōſeruentur: Ideoq; non eſt inhęrendū q̄buſdam verbulis captioſè potius, & ad euertendā voluntatem teſtatoris clarā & perſpicuā rendentes,
431 Et non eſt vtendum quibuſdam ſubtilitatibus cauiloſis.l. ſi ſeruū. §.ſequitur.ff.de verb.obligat.& in l.ſi qnis hæredem.in fi.c.de inſtit. & ſubſtir. ſub condit.fact. & pulchrè Caſtren. in conſ.83. in prin. vol.2. Dec.conſ.227. col.pen. poſt mediū.Corn. conſ.224. col.2.ver. pro cuius rei euidētia. vol.2. Lud. Bolog.in conſ.9.col 3.ver. Quintò qr.conſeruamus: Concluditur ergò iſta verba reſtrictiua in hoc teſtamento appoſita fuiſſe ad hūc finem, & ut hunc operentur effectum, vt excludant ſubſequētes ſubſtitutiones ſuperexiſtente filio ſuo, aut ſuperexiſtentibus filijs filij ſui, vtrouis aūt ex iſtis caſibus deficiente, ſubſeq̄ntes ſubſtōnes locū habeāt: Si .n. filij filij ſui durarenr, ſine dubio deficerēt ſubſtōnes: Verū licēt filius hęres filiū reliquerit, cùm tamē poſt defecerit, nō ceſſant, ſed habent locū ſequentes ſubſtōnes. Et hęc eſt volūtas teſtatoris vera & perſpicua; voluit .n. teſtator cōſtituere differētiā inter hos duos caſus, .ſ. exiſtētiū filiorū ſui filij hęredis inſtituti, & non exiſtentiū, ut priori caſu ſubſtitutiones ſubſequentes de fratribus & alijs ceſſent, & locum non habeāt, quia vult ſuos deſcendentes illis pręferri: Poſteriori āt caſu ſcilicet & illis deficientibus, voluit illas locū habere; quia uult ſua bona i ſua agnatione ſemper conſeruari, non autem ad alienas perſonas deuenire, & præſertim ad fœminas extraneas, cùm ſuas proprias filias excluſerit ab iſta ſucceſſione agnatis extantibus, Et ita expreſſè cauit ipſe teſtator; Nō autem voluit teſtator conſtituere differentiam, an eius filius ſine filijs moriatur, vel moriatur cū filio, qui poſtea ſine filijs decedat: Quoniā iſti duo caſus in iſtis terminis ſimiles oīno ſunt, & ꝓ vno & eodem habentur: Et ita in terminis iſtis interpretātur Doct. & declarant voluntatem & mentem teſtatoris, vt p Guid.Papæ, immò verò per totū illud collegiūm, ꝙ ita iudicauit, ut in eius deciſion 531. per Caſtren. conſil. 343. vol. j. per Soc. conſ. 250. col. 3. vol. 2.

 & conſ.

& conſ.42. vol.4. & conſ.114.col.
antepen.vol.j.pCurt.ſen.in conſ.
51.per totum Curt. jun. conſ.121.
Dec.conſ. 477.Pariſ.in conſ.j. &
conſ.66.uol.3. Crau.conſ.vlt. & p
alios p me in diſcurſu ſupra alleg.
132 ¶ Cùm igitur iſti duo caſus ſimi
les oĩno ſint in terminis noſtris,
& eandem prorſus rationem in-
ter ſe habeant, quòd ſcilicet filius
teſtatoris decedat ſine filijs, vel
qđ decedat cũ filio, qui poſtea ſi-
ne filijs moriatur, prout in caſu
iſto euenit: Sequitur ex hoc ſecũ
da reſponſio, ſi ẽt vellemus verbis
iſtis, & corũ rigori penitus inhæ-
rere, vſt. Quia huiuſmodi dictio-
nes taxatiuæ non excludunt caſus
ſimiles, & eandem rationem ha-
bentes, ut probatur in l.ob æs. c.
de præd, minor.& ibi not.& ĩ ter
minis declarat Curt. ſen.in conſ.
65. col. antepen. in fi.& ſeq. Dec.
conſ.220. in pen.col.Pariſ.conſil.
30.col.3.ver.Nõ obſtat illa dictio,
& conſ.50.col.pen.nu.32.& conſ.
66.col.7.ver.Nõ obſtat quartò lo-
co uol.3. in quibus locis concludi
tur, huiuſmodi dictiones taxati-
uas excludere caſus diſſimiles, nõ
autem ſimiles, & eandem rationẽ
habẽtes: Et eſt ẽt deciſio Oldr. in
conſ.185. in fine: Et ubi apparet
de uoluntate teſtatoris, non at-
tenduntur iſtæ dictiones, ut tra-
133 dit Soc.iun. in conſ.114. col.pen.
ver. Et ex iſtis tollitur. & in conſ.
106.col.antepenl.ver. Præterea, &
ſecundò, vol.j. prout in caſu no-
ſtro hæc omnia concurrũt: Opti
mè etiam facit quod tradit Crot.
in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum,
nu.49.ff.de liber. & poſthum. ubi
etiam in materia penali fit extẽſio
ad caſum ſimilem, hoc eſt, ean-
dem rationem habentem nõ ob-
ſtante dictione taxatiua: Et iſtud
procedit nedum quando ratio eſt
expreſſa, ſed etiam ſi non ſit ex-
preſſa, vnica tamen poteſt tantũ
134 aſſignari. ¶ Quòd autem caſus
iſti ſimiles inter ſe ſint, videlicet.
Quòd filius teſtatoris ſine filijs
moriatur, aut filius filij, iam ſu-
pradixi, & ex ſe manifeſtè appa-
ret, nec poſſet eſſe maior ſimilitu
do: Immo verò certo modo poſ
ſet dici idem caſus, quia pater &
135 filius vna & eadem perſona repu-
tantur. ſ. Ei verò, qui inſtit. de in-
util.ſtipulat. & l.vlt. c. de impub.
& alijs ſubſtitut. & in terminis
tradit Curt. ſen. in d. conſilio 65.
col. antepen. in fine: Et eadem
omnino ratio militat, immo ve-
rò maior, videlicet. vt bona inter
maſculos conſeruentur, quam ra
tionem expreſſit teſtator: Nã ſi in
hoc proprio filio (vt etiam ſupra
dixi) non pepercit, qui iam erat
natus, & quem præ cęteris dilexit
teſtator, & ei ſine filijs decedenti
abſtulit facultatem inſtituendi
quẽ vellet: Sed iuſſit illum inſti-
uere vnum ex filijs fratrũ ipſius te
ſtatoris: Quomodo ergo rõnabi-
liter

liter dicere poſſumus hęc non ſenſiſſe, quando nepos ſine filijs decederet, qui tunc adhuc natus nõ erat, & conſequenter minus dilectus; quòd ſcilicet poſſit inſtituere matrem fœminam extraneam penitus reſpectu agnationis teſtatoris contra ipſius expreſſam uoluntatem: Quia expreſsè dicit & abſolutè ſe uelle quòd bona ſua ſemper remaneant in ſua familia &c. Certè hi, qui intellectu omnino carent (ut puto ego) hoc non dicerent tanquam ab omni ratione alienum, ac etiam ſenſui communi repugnans: Et nõ ſum
136 ego ſolus, qui hoc dicat, ult. Qđ non cenſetur teſtator plus tribuere poſteriori in gradu minus dilecto, quàm anteriori magis dilecto; Sed eſt lex, quæ hoc expreſsè dicit il l. Si uiua matre.c. de bon. mater. & in l. Publius. §. j. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. in conſ. j. col. 7. uer. Secundò probatur.vol.j. Soc. cõſ.219. col.pen. uer. Circa ſecundam concluſionẽ uolumine 2. Grat. in terminis reſponſo 5. col. 4. in fine, & ſeq. vol.2. Rimin.multum ad propoſitum caſus noſtri in conſ.185. col. 3. & ſeq.

¶ Sed vlterius dico, qđ in hoc teſtamento fuit factum ſimplex & abſolutum fideicom. inter om-
137 nes deſcendentes maſculos fratrũ teſtatoris ſemper & in perpetuũ: Et vſus fuit verbis diſpoſitiuis, q̃a dixit, & ſic voluit & vult, &c. quæ verba inducunt fideicommiſſum nedum in caſu ſecutæ alienationis, ut fuit ſecuta in noſtro caſu, ſed etiã inducit fideicommiſſum ſimpliciter, quod plus eſt, ut in terminis tradit Soc. in conſ. 43. col. 4. ver. Item fortius uol. 3. cũ alijs ad hoc ſupra allegatis, neque in illa parte teſtamenti adſunt verba illa reſtrictiua .ſ. Tunc & eo caſu, &c. Sicut non adeſt illa conditio ibi, Si ſine filijs deceſſerit; neque ſubintelligenda ſunt illa verba, quia nulla ratio hoc ſuadet: Quinimo totum contrarium, cũ tenderet hoc potius ad ſubuertendam totam diſpoſitionem teſtatoris, quàm aliter: Et illa verba modo & forma quibus ſupra, aliud denotant, & ad alium finem appoſita fuerunt, vt ſupra dixi: Nempe ad oſtendendum ordinem ſuccedendi inter eos: Item vt ſint vſufructuarij tantum: vt non alienent: non diuidant: non detrahant Trebellianicam niſi ex fructibus: non ſuccedant fœminæ, ſed congruè dotentur, ſed ex fructibus tantum, &c. Sed etiam ſi velles & ibi ſubaudire illas dictiones reſtrictiuas, & illam conditionem, Si ſine filijs deceſſerit, adhuc nihil obſtat, Quia (vt dixi) caſus ſimiles, & eandem rationem habentes, qualis iſte noſter eſt, non intelliguntur excluſi; ſed ille tantũ caſus p il

la verba excluſus eſt, vſt. Quando extarent deſcendentes teſtatoris; Quia tunc verum eſt, quòd ſubſtitutiones ſequentes ceſſarent & deficerent: Illis verò quoquomodo & quocunque tempore non exiſtentibus, tunc vult bona ſemper inter maſculos ſuæ familiæ & agnationis conſeruari.

138 ¶ Et ex iſtis omnibus (vt tandem concludamus) remanet, cõcluſionem iſtam in iſtis terminis eſſe veriſſimam, vſt. Quòd ſubſtitutio iſta verificetur & locum habeat fideicom. nedum quando filius ſine filijs deceſſerit, verum etiam ſi illius filius ſine filijs decedat, cùm caſus iſti ſimiles ſint, & eandem habeant rationem: Et iſtá apertiſſimè oſtendo eſſe communem opinionem: Nam illá in indiuiduo tenet Caſtren. in conſ. 343. vol. 2. Item ita iudicauit Senatus vniuerſus Regius, vt dicit Guido Papæ deciſ. 531. Soc. conſ. 250. vol. 2. Curt. Sen. conſil. 51. Dec. conſ. 477. & 227. & conſil. 15. Pariſ. conſ. j. & conſ. 66. vol. 3. Curt. iun. conſ. 121. Soc. iun. conſ. 42. & 114. vol. j. Crau. conſ. vlt. & idem in effectu vult in conſil. 306. col. 3. ver. Sed in contrariũ: Et hoc ultra infinitos alios, quos ſupra allegaui, tenentes generaliter mentem veriſimilem & coniecturatam teſtatoris attendendam eſſe, etiam quòd verba deeſſent, dum modò coniecturæ probabiles ſint, & ex expreſſis ſumantur: Et leges complures hoc expreſsè dicunt, vt ſupra dictum eſt: Doctores verò in contrarium allegati loquuntur in alijs terminis, nẽpè vbi non apparet aliud de mente coniecturata teſtatoris, & ſic vbi non concurrunt ea, quæ in caſu noſtro concurrunt; Tunc enim procedit, & in his terminis loquitur Oldr. in allegato conſil. 21. Ioan. Andr. in addit. ad ſpec. de teſtam. cũ ſuis concordantijs.

¶ Tres Doctores ſunt qui videntur contrarium velle etiam in caſu, in quo concurrunt coniecturæ; puta, quòd ſemper maſculos vocauit, & plures fecit gradus ſubſtitutionum, Alex. conſ. 129. vol. 6. Iaſ. conſ. 28. uol. 2. Et Dec. conſ. 118. Sed tamẽ Dec. in ſpecie iſta cõtrarium tenuit in pluribus conſilijs ſupra allegatis. Solum ergo ſupereſt Alex. & Iaſ. quorum vterq; generaliter admittit ex cõiecturis induci fideicom. etiam quòd verba non illud ſignificent, ut ſupra retuli: Et prætertim Alex. in conſ. 52. in prin. & conſil. 100. vol. 4. Præterquàm quòd in caſibus illis ſuis nõn tot concurrebant, quot in caſu noſtro, ad cõliciendam mentem teſtatoris: Sed quicquid ſit, decem Doctores ſupra allegati tenent in indiuiduo contrariam ſententiam, quæ validiſſimis rationibus eſt fundata; vt ex ſupradictis appa-

ret:

ret: Et præſertim Senatus illius Regij auctoritas, qui ita iudicauit, quod eſt magni faciendum: Sed denique in caſu noſtro omnis omnino ceſſat difficultas, cũ adſit fideicom. ſimpliciter & abſolutè factum, nec magis ad vnũ quàm ad alium caſum reſtrictum in illis verbis: Et ſic voluit & vult dictus teſtator. &c.

Laus Deo, & Mariæ Virgini.

SVMMARIVM.

1 *FRatres patrueles, ſeu filij fratrum an diuidant hæreditatem alterius patruelis defuncti in ſtirpes vel in capita. et nu. 6. et nu. 16. et 21.*

2 *Quando plures ſunt in eodem gradu, omnes veniunt ex propria perſona, nec eſt opus repreſentatione, & num. 9.*

3 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habeat.*

4 *L. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & legit. Item §. Hoc etiam addẽdum. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. & nu. 18.*

7 *Gloſſæ auctoritas eſt magna, & ſecundum eam iudicandum eſt.*

8 *Filij plurium fratrum à lege conſiderantur tanquam plures lineæ prouenientes à diuerſis ſtipitibus.*

10 *Ratio tex. in auct. poſt fratres. c. de legit. hæredib.*

11 *In quacunque ſucceſsione lex mandat diuiſionem fieri in ſtirpes, vſq; ad filios fratrum incluſiue, poſt quos incipit diuiſio in capita.*

12 *Tex. in c. j. de natura ſucceſſ. Feudi declaratur. & num. ſeq.*

14 *Lex non eſt intelligenda vt ſit verbalis, & ſine effectu.*

15 *Vt abſurdum ceſſet, licet aliquando à verbis recedere.*

17 *Intellectus tex. in §. Et quamuis Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

19 *Diuiſio inter filios filiorũ fit in ſtirpes, & non in capita, ſiue agatur de hæreditate patrui, ſiue etiam de hæreditate vnius patruelis; Quicquid dixerit Ioan. de Lignano: Et eſt communis opinio. & nu. 21.*

20 *Quando lex non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere.*

21 *Concluſio principalis hic firmata eſt communis.*

¶ Hæreditas patruelis, an veniat inter ſuperſtites patruelis diuidenda in capita, vel in ſtirpes?

¶ CAſus, ſuper quo dubitari contingit, talis eſt, Tres fuerũt fratres carnales, ſeu conſanguinei; Titius, Seius, & Sempronius, qui omnes deceſſerunt relictis filijs: Titius reliquit unicum filiũ Gaium nomine: Seius duos Martinum & Antonium: Sempronius unum, ſcilicet Corneliũ: Modò deceſſit Gaius ab inteſtato relictis patruelibus, ſcil. Martino & Antonio fratribus inuicem cõſanguineis, & Cornelio patrueli: Dubita-

1 Dubitatur quomodo hæreditas Gaij ſit inter iſtos diuidẽda, num in ſtirpes, an verò in capita? ita quòd tres partes æquales fiant, an verò duæ, ita quod dimidium ad Martinum & Antonium perti neat, Aliud verò dimidiũ ad Cor nelium. Caſus non caret dubita tione, Et Doctores varij in hoc fuerunt: Sed omiſſa multitudine verborum paucis id, quod ex mẽ te iuris eſſe arbitror, concludam.

2 ¶ Videretur prima conſideratione dicendum, quòd in capita fieri debeat diuiſio; Quoniam cùm iſti omnes ſint i pari gradu, non eſt opus quòd aliquis eorum ſubintret locum patris, & ex eius perſona ſuccedat, ſed quilibet eorum ex propria perſona, & ex iure proprio admittetur, cùm ſint in eodem gradu, ut eſt tex. in ſ. Et quamuit inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Et in ſ. Si verò neq; fratres in auct. de hæred. ab inteſt. venient. collat. 9. & in §. Si verò cũ aſcendentibus eo. tit. Et hæc fuit opinio Azonis in ſumma. c. de legit. hæred. & ſequitur Iac. Butrig. in auct. poſt fratres eo. tit. vbi licet quando filij fratrum ſuccederent vnà cum patruo, fiat diuiſio in ſtirpes, & non in capita; quia ſi iſti filij fratrum vellent ex eorũ perſonis proprijs ſuccedere, excluderentur ab eorum patruo, qui illos in gradu præcedit, Sed quia ſubintrant locum patris eorum, & ex eius pſona admittũtur, Ideò tantam conſequi debent portio-

3 nem, quantam ipſe habiturus foret, quia nemo plus iuris in aliũ transferre poteſt, quàm ipſe habeat, l. Nemo plus iuris. ff. de regul. iur. Secus tamen eſt quando non concurrit patruus, ſed omnes ſunt patrueles, & inter eos ſolos agitur de hæreditate diuidenda, quia tunc ceſſat ratio ſupradicta, & omnes ſunt in eodem gradu, Ideo quilibet ex eius propria perſona, & ex proprio iure conſideratur, ut ſupra dictum eſt.

4 ¶ Præterea de hoc videtur caſus in l. 2. ſ. hæreditas. ff. de ſuis & legit. vbi ſi defunctus duos fratres relinquat, aut duos patruos, quorum vnus vnum filium reliquerit alter verò duos, hæreditas illius defuncti in tres diuiditur partes, & ſic in capita, non aũt in ſtirpes.

5 ¶ Ad idem eſt tex. expreſſus in §. Hoc etiam addẽdum in fi. inſtit. de leg. agnar. ſucceſſ. & in l. lege duodecim tabularũ in fi. c. de legit. hæred. vbi poſtquam declararunt iura illa, quòd filius ſororis admittatur ad ſucceſſionem auũculi vnà cũ filio fratris ipſius defuncti, qui illi eſt patruus; Dicit demum quòd hæreditas in capita non autem in ſtirpes eſt inter eos diuidenda, & iſtam opinionem Azonis pleriq; ſecuti ſunt.

6 ¶ Contrariam tamen ſententiã non obſtãtibus prædictis, magis proba-

probabilem, & de Iure veriorem
eſſe puto, vſt. Quod immo inter
iſtos veniat hæreditas in ſtirpes,
non autem in capita diuidenda;
7 Quam opinionem tenuit glo. in
auct. ceſſante. c. de leg. hæred. &
glo. in §. Si autem defuncto, in
ver. fratres fuerint in auct. de hæ-
red. ab inteſt. venient. & in l. 3. §.
vlt. ff. Si pars hæred. pet. in ver. vt
puta, & in ver. vendicationem.
Gloſſæ autem auctoritas in iudi-
cando omnes alias antecellit, &
in dubijs cauſis ſecūdum opinio-
nem gloſſæ eſt iudicandū, ut tra
dit Iacob. Butrig. in l. j. c. qui pro
ſua iuriſdict. Bal. in l. cum hære-
ditas in vltimis verbis, c. de poſ. I-
dem Bal. conſ. 169. vol. 5. Soc. cōſ.
116. in prin. vol. 3. Dec. conſ. 412.
afflict. Deciſ. 381. Eandem quoque
opinionem tenuit Cyn. poſt Din.
& alios antiquos in d. auct. ceſſan
te. Bart. idem vult in l. 2. §. hæredi
tas. ff. de ſuis & legit. Et idem etiā
tenuit, conſulendo idem Bart. in
conſ. 173. ſuper hæreditate domi-
ni Noli de Aſiſio, vbi diuiditur
in ſtirpes non ſolum, quando fi-
lij fratrum ſuccedunt vnà cum pa
truo, ſed etiam quando patrui nō
adſunt, ut ibi per eum. Idem te-
net Bal. in addit. ad ſpecul. in tit.
de ſucceſſ. ab inteſt. in ver. fratrū
filij, vbi idem concludit ſecutus
opinionem Acur. Quicquid con-
trarium tenuerit Azo, quia filij
fratrum, etiam quando inter ſe
ſuccedunt, parentum ſuorum vi-
ce funguntur, ut ibi per eum. Et
ſic non fit differentia, an ſuc-
cedant vnà cum patruo, vel inter
ſe ſoli; Quia utroque caſu in pa-
8 rentum locum ſubintrant, ideo
in ſtirpes fit diuiſio. Differentia
autem fit inter filios fratrum, &
alios poſteriores, quia inter hos
verum eſt, diuiſionem fieri in ca-
pita, Inter filios autē fratrum in-
diſtinctè fit in ſtirpes; Quod pro
bat expreſsè tex. in auct. poſt fra-
tres. 2. c. de leg. hæred. vbi hanc di
uiſionem in capita fieri dicit tex.
quando agitur inter eos, qui ſunt
in gradibus remotioribus poſt fra-
tres & fratrum filios, & idem di-
citur in corpore, unde ille tex. ſu-
mitur: Idem indiſtinctè conclu-
dit Bal. vt ſiue cum patruo, ſiue in
ter ſe diuidant, fiat diuiſio in ſtir
pes tàm in feudalibus, quàm in al
lodialibus in c. j. in prin. de ſucceſſ.
feu. Idem ipſe concludit in tit. de
nat. ſucceſſ. feu. in fi. Et hoc præ-
ſertim procedit in caſu, quando
ex vno fratre fortè extabant tres
filij, ex alijs duobus fratribus ſin
guli filij, & vnus ex illis decedat,
prout eſt caſus noſter, licet maior
videretur dubitatio, ſi vnus ex il-
lis tribus filijs vnius ex fratribus
decederet, ut tunc ſui fratres car-
nales tantum admittendi videan-
tur, non autem etiam alij fratres
patrueles, licèt Bal. ibidem etiam
in caſu iſto idem cōcludere videa
tur,

tur, vt ibi per eum: Idem tenet in
c. j. §. Et quia vidimus. in j. col. de
his, qui feud. dare poſſunt: Idem
concludit Bart. & plenius Bal. in-
ſtit. de legit. agnat. ſucceſ. in §. hoc
etiam addendum. & Bal. idem fir
mauit in conſ. 199. vol. 3. vbi loqui
tur non ſolum quando agitur de
hæreditate patrui inter patrueles
diuidenda, ſed etiam quando agi
tur de hæreditate vnius ex patrue
libus defuncti cum cęteris patrue
libus diuidenda, vt per eũ in ter-
tia q̃ſtione, qui eſt caſus noſter;
quicquid diſtinxerit Io. de Ligna
no, ut infra dicam: Hoc idẽ no-
tabiliter concludit poſt longam
diſputationem ſubtilis Fulg. in d.
auct. ceſſante. c. de legit. hæredib.
vbi dicit quòd hanc opinionem
iudicando ſequeretur: Idem etiã
tenet Ang. in §. reliquum in auct.
de hæred. ab inteſt. venient. &
hanc opinionem approbat & di-
cit eſſe communem mateſillan.
in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in ter
tio articulo pęnali in ver. Secun-
dò dubitatur, & in ver. Quandò
autem: Item communem hanc eſ
ſe dicit Ioan. Fabri in §. cęterum
inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. &
ibi Lud. Bolog. idem firmat: De-
niq; hanc opinionẽ egregiè con-
firmat & communem appellat al
legans pleroſque ex ſupradictis &
& alios etiam Dominus Allex. in
conſ. 55. col. 2. ver. Confirmãtur
prędicta vol. 4. Et etiam Andr. ſic
in eodem caſu conſuluit cũ Alex-
andro, & eius conſ. ibidem anne
ctitur ut in 9. col. nu. 22. Quibus
addo Caſſan idem tenẽtem & cõ-
munem appellantem in conſ. 47.
8 col. 6. ver. Sed quicquid ſit. ¶ Ra
tio autem fundamentalis & præ-
cipua huius opinionis, & per quã
tollitur fundamentum opinionis
contrariæ, eſt, quia iſti filij pluriũ
fratrum prædefunctorum à lege
conſiderantur tanq̃ plures lineæ
prouenientes ab eorum patribus
vti ſtipitibus, & capitibus earum,
ideò non conſiderantur capita,
ſed conſiderantur ut tot lineæ,
quot erant patres eorum; Et ſic
ipſi fratres, à quibus iſti deſcen-
dunt: Et hoc dicunt omnes Do-
ctores hanc partem tenentes, &
in ſpecie Bart. in d. conſ. 173. Bal.
in addit. ad ſpecul. de ſucceſſ. ab
inteſt. & alij, quos ſupra retuli:
9 vnde non eſt verum id, quod Azo
& ſequaces dicebant, vſt. Quòd
cùm iſti ſint in pari gradu, nec cũ
aliquo patruo concurrant, non eſt
opus eos ſubintrare ſeu repreſen-
tare perſonam patrum ſuorum:
Immo verò Doctores oẽs dicunt,
quòd etiam iſto caſu, quando nõ
concurrunt cum patruo, conſide
rantur ut quælibet linea, non aũt
ut corpora ſeu vt capita; Et iſta
eſt ratio deciſionis tex. in auctẽ.
poſt fratres l. 2. c. de legit. hæred.
vbi hæc opinio euidentiſſimè pro
batur, dum vult quòd diuiſio fiat
in

in capita,& non in ſtirpes, quando ſucceſſio peruenit in eos, qui ſunt in gradu poſt fratres,& eorũ filios, inter quos vult diuiſionem fieri in ſtirpes. Ratio inquam eſt, quia filij fratrum conſiderantur, vt ipſi fratres, ſi viuerent, cum illis in hoc æquiparentur, ita quod diuiſio ita in ſtirpes inter filios fratrum fit, quemadmodum & inter ipſos fratres.Ideò oportet fateri, quod illorum perſonas referunt prout Doctores pro hac parte allegati dicunt, ſed in cæteris deſcendentibus ab iſtis ſtipibus remotioribus, non ſic vt in illo textu habetur. Quod etiam apertè dicitur in §. ſi vero neque fratres in auct. de hæred.ab inteſt. veniunt. Vbi ſi neque fratres,neque filij fratrum adſint, tunc cæteri deinceps, prout in gradu proximiores ſunt, admittuntur, quaſi dicat non repræſentabunt perſonam ſeu gradum præcedentem, prout de ſuperioribus dictũ erat, ſed vnuſquiſq; repræſentabit gradum illum,in quo reperitur. Item ſi plures ſint in eodem gradu, non pro vno reputabuntur,repræſentando eorum caput, prout in præcedentibus hoc eſt in filijs fratrum erat, ſed ſecundum numerũ perſonarum ſuccedet, & ſic in capita. Quæ diuiſio in capita incipit fieri tantũmodo,quando ſucceſſio eſt deuoluta ad illos,q. ſunt poſt fratres,& poſt filios fratrum.

11 ¶Et eſt animaduertendum,quoniã lex in quacunque ſucceſſione mãdat diuiſionẽ fieri in ſtirpes vſque ad lineam trãſuerſalem poſt filios fratrum. Nam in linea deſcẽtium fit in ſtirpes diuiſio, vt dicitur in.. cum filius inſtit. de hære di.quæ ab inteſt.defer. & in §.j.in auct.eo.tit. pariter in linea aſcendentium, vt ibidem i n. ſi igitur defunctus, Item in linea tranſuerſali hoc idem eſt, vt in §.ſi autem defuncto. Diuiſio autem in capita incipit fieri in d.§. ſi vero neque fratres,videlicet. Poſt filios fratrum, Adeò quod incipiendo à linea deſcendentium,vſque ad filios fratrum incluſiue, Diuiſio indiſtincte fit in ſtirpes, & ſic ſiue filij fratrum concurrãt cum patruis ſiue non.Itẽ ſiue agatur de hæreditate patrui,ſiue de hæreditate vnius ex patruelibus, vt Doctores hanc partem tenentes dicunt; Et apparet hoc eſſe ex mente iuris, nec lex aliqua diſtinxit hos caſus, ſed ſimpliciter & abſolute omnes dixerũt, vt ex præmiſſis apparet.

12 ¶Preterea iſtud apertiſſimè probatur per textum in cap.1.in fine. de natura ſucceſſ.feud. Vbi ſi moritur ille,in cuius perſona erat feudũ, ſine filijs,admittuntur primo illi, qui ex ſui ipſius linea erant, & iſti proximiores dicuntur; Deficiẽtibus autem omnibus ex ſua linea, tunc cæteræ lineæ æquali-

ter admittuntur; Et ſic conſiderantur lineæ inter eas æqualiter fiat diuiſio, non autem conſideratur perſonarum numerus, quæ in lineis reperiuntur. Sic igitur in caſu propoſito, in diuiſione bonorum Gaij, ſine deſcendentibus ab inteſtato defuncti, & ſic omnibus ex ſua linea deficientibus, admittentur duæ aliæ lineæ æqualiter, vt dicit ille textus, videlicet, linea Seij, & linea Sempronij, quia deficit alia linea, videlicet Titij ob mortem Gaij abſque deſcendentibus, vt ad vnguem dicit ille textus. Et Bald. ibi ita in ſpecie concludit, loquendo quando tractatur de bonis vnius ex patruelibus defuncti, Et tam in bonis allodialibus, quàm in feudalibus; Et licet Bald. ibi in diſcurſu diſputationis dicat ad illum textum poſſe de facili reſponderi tenendo opinionem Azo. Quod loquatur de nepote ex linea recta deſcendente, Non autem de nepote ex fratre, tamen iſtud nihil eſt, quia licet habito reſpectu ad primam aquiſitorem poſſit ille dici de linea recta deſcendentium, prout ſemper hoc erit dicendum, Tamen conſiderando perſonam, in qua deficit linea, & de cuius ſucceſſione nunc agitur, & habito reſpectu ad illos, qui ſuccedere illi dicũtur, nõ eſt dubiũ, quod ſunt agnati tranſuerſales, non autem deſcendentes, prout ex ſerie illius literæ, manifeſtò colligitur.

13 ¶Non omitto etiam aliam reſponſionem, quam ad illum tex. tradebant aliqui, qui nõ valentes illũ euadere; dicebant enim, quod ille tex. intelligi debet, vt lineę admittantur æqualiter, vt tex. dicit, & ſic in ſtirpes, verũ diuiſio poſtmodum fiet in capita, Certe (pace ipſorum dictum ſit) iſta videtur ſatis abſona & inepta intelligẽtia, Nam in eo tex. nihil aliud quæritur, niſi ad quos, & quomodo feudum, & bona illa perueniãt, vt ex verbis tex. apertè colligitur. Nec vllo modo conuenit, vt dicat ille tex. lineas æqualiter ſuccedere, & ſic in ſtirpes, & nos poſtea ex noſtro capite dicamus, diuiſionem in capita fieri; Iſtud enim eſſet dicere contrarium eius, quod tex. dicit, vel ſaltem quod illa deciſio ver-
14 balis eſſet omnino, & ſine alio effectu, contra l. 2. in fi. C. cõmunia de leg. l. 1. §. vlt. ff. quod quiſq; iur. l. vlt. § docere ff. ne quis eum. l hęc ſtipulatio. § diuus. ff. vt legat. nomine caueatur Bal. in rub. C. de cõtra. empt. & vend. in 9. q. cũ multis ſimil. Ad quid enim dixiſſet tex. quod aliæ lineæ æqualiter admittũtur, & ſic in ſtirpes, ſi mens eius fuiſſet, quod diuiſio poſtmodum fieret in capita. Iſta. n. repugnãt recto ſenſui cuiuslibet, & abſurda ſunt. Ideò reijcienda l. nam abſurdum. ff. de oper. libet. l. Põponius. ff. de neg. geſt. Bal. cõſi. 29. col. 2. in fin. vol.

ſine vol. j. Immo vt ceſſat abſurditas, licet interdum aliquid contra rationem fateri, vt tradit Caſtrẽ. conſil. 110. ver. Illud autem. vol. j. & à verbis recedere licet, ut abſurdum ceſſet. Allex. conſil. 93. col. 3. ver. Et ſi aliter diceremus, vol. 3. Anch. conſil. 190. in fine multa allegat. Soc. iun. conſil. j. num. 122. vol. j.

16 ¶ Quibus ſic ſtantibus apparet reſponſum ad primũ arg. in quo potiſſimum fundatur opinio Azonis & ſequacium, vſt. Qd cùm iſti patrueles ſint omnes in pari gradu, non eſt opus, ut ſubintrẽt aut repreſentent perſonam, aut locum parentum ſuorum, ſed vnuſquiſq; in gradu, in quo repetitur, admittetur, ut in §. Et quãuis inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. cum alijs ibi allegatis: Nanque dico quòd immo iſti conſiderantur tanquam tot lineæ, quot erãt eorum patres, & ut ſingulæ lineę admittũtur, vt ſupra probatũ eſt:

17 Et illud, quod dicitur in d. ∫. Et quamuis inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. procedit, quando plures ſunt in eodem gradu eiuſdem lineæ, tunc diuiſio æqualiter inter eos fit, prout quiſque in illo gradu reperitur, ſed ſecus, quando in pari gradu ſunt, ſed diuerſaſarum linearum; ut in caſu noſtro: Item etiam illud procedit, vt fiat diuiſio ſecundum numerum perſonarum, licèt ſint etiam in diuerſis lineis, quando ſcilicet ſunt poſt fratrum filios, ut in dicto ∫. Si verò neque fratres in auctent. de hæredib. ab inteſto veniẽt. verum inter filios fratrũ non ſic fit diuiſio, ſed in ſtirpes. vt in prin. illius tex. & in auct. poſt fratres. c. de legit. hæredib. & dictum eſt ſuperius.

18 ¶ Non obſtat tex. in l. 2. ∫. hæreditas. ff. de ſuis & legit. Et textus in ∫. Hoc etiam addendum, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Et in l. duodecim tabularũ. c. de legit. hæred. in quibus expreſsè dicitur, quòd ſit diuiſio in capita; Quoniam iſta iura procedunt, prout loquuntur ſecundum ius Digeſtorum & Codicis: At ſecus poſtmodum diſpoſitũ fuit de iure auctenticorũ: Et iſta fuit reſponſio glo. in l. j. § vlt. in ver. ut puta, & in ver. vendicationem. ff. ſi pars hæredit. pete. ſequitur, Cyn. in d. auct. ceſſante Bart. in l. 2. §. hæred. ff. de ſuis & legit. Allex. in d. conſ. 55. col. 3. circa medium ante nu. 9. vol. 4.

19 ¶ Et licèt Ioan. de Lignano in conſil. 76. inter conſilia Bruni reſtrinxerit hanc concluſionem quando inter patrueles agebatur de Hæreditate vnius ex patruis defuncti: Secus autem vult quando ageretur de hæreditate vnius ex patruelibus defuncti inter cæteros patrueles diuidenda, quia tunc expreſsè concludit, quod in

capita fiat diuiſio, tamen iſta eius reſtrictio eſt parũ probabilis, Et Doctores, quos ſupra retuli, tenẽtes diuiſionem inter patrueles, & ſic inter filios fratrum fieri in ſtirpes, indiſtinctè loquuntur, nec conſiderant de cuius hæreditate agatur, ſed an adſit patruus, nec ne; quia quando adeſt, minor eſt dubitatio diuiſionem in ſtirpes 8
fieri; licèt etiam quando nõ adeſt patruus, ſed ſoli ſunt patrueles, idem concludãt, ut glo. Batt. Bal. Ang. Fulg. Mateſil. Bologn. Allex. & alij, de quibus ſupra. Sed nec Azo & ſequaces hoc conſiderant aut diſtinguunt, an agatur de hæreditate patrui vel patruelis, ſed an patrueles concurrant cum patruo, an ipſi ſoli ſint, quia priori caſu repreſentant neceſſariò perſonam patruelis eorum, poſteriori verò ſecus: Sed in hoc contrariũ dicunt alij Doctores cõmuniter, cùm immo vtroq; caſu locum habeat illa repſentatio, & iura hoc probant, ut ſupra deduxi: Et tex. in d. auct. poſt fratres & in corpore, dum volunt quòd inter fratres & filios eorũ diuidatur in ſtirpes, non faciunt verbum aliquod, an tractetur de hæreditate patrui, vel patruelis, ſed ſimpliciter, & abſolutè loquũtur: Similiter tex. in d. c. j. de natura ſucceſſ. feu. in fi. dũ dicit, qđ aliæ lineæ ęqualiter ſuccedunt, pariter nullam vim facit ſuper hoc, cuiuſnam ſit hęreditas illa, quæ eſt diuidendã: Vnde cũ nec iura in materia loquentia, neque etiam Doctores diſtinguant in hoc, nec nos diſtinguamus, cũ
20 facile eis erat, ſi id uoluiſſent, l. j. ſ. Sin aũt ad deficientis. c. de cad. toll. l. 3. ſ. & generaliter. ff. de leg. præſtan. l. de pretio. ff. de public. in rem act. cum ſimil. Immo verò Bal. in d. conſ. 199. vol. 3. expreſsè & in indiuiduo interminis iſtis, quãdo agitur de hæreditate vnius ex patruelibus defuncti, tenet diuiſionem in ſtirpes fieri: Et ita etiã intelligitur glo. à qua in iudicando dicitur difficilè eſſe recedere: & licèt Bal. videatur in hoc articulo variaſſe ſententiam, quia in auct. ceſſante dicit, quòd aliàs non audens recedere à glo. in conſulendo tenuit, quòd in ſtirpes fieret diuiſio, tamen ſibi videtur qđ opinio Azo. & ſequacium ſit magis conſona litteræ: Sed verè contrarium eſt, quia immo magis conſonũ litteræ eſt, vt inter fratres & filios fratrum fiat diuiſio in ſtirpes, & nõ in capita, ut in d. auct. poſt fratres, & etiã in d. c. j. de natura ſucceſſ. feu. vbi deficiente linea morientis, aliæ lineæ æqualiter uocãtur: Et propterea Bal. ibi per hanc rationem, & per illam literam in d. auct. poſt fratres cogitur hoc fateri, & ita concludit & reſidet in ver. Et no. per iſtã auct. nu. 3 quòd diuiſio fiat in ſtirpes, quia tex. ille dicit, quòd poſt fratres

tres & filios fratrum ſit diuiſio in capita, ergò inter fratres & filios fratrum ſit in ſtirpes, quia in eis conſiderantur ſtirpes, à quo procedunt, hoc eſt eorum pater: Et ita ipſe ibi reſidet, inferens ex iſta concluſione ad quæſtionem, vt per eum: Et ſic etiam ibi cogitur fateri veritatem, quæ eſt, ut in ſtirpes fiat diuiſio.

21 ¶ Et iſta eſt communis, vt dixi, eam enim tenet glo. in auct. ceſſſinte c. de legit. hæred. & in auct. de hæred. ab inteſt. venient. in §. ſi autem defuncto, in ver. fratres fuerint. & in l. j. §. vlt. ff. ſi pars hæredit. pet. à qua in iudicando non receditur, quando eſt à Doctoribus approbata: Eã ſequitur Dyn. Iac. de Beluiſo, & Cyn. in d. auct. ceſſante Bart. & legendo, & conſulendo, ut in l. 2. §. hæreditas ff. de ſuis & legit. in conſ. 173. & inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. in §. hoc ẽt addendũ, vbi Bal. plenius & Ioã. Fabri ibidem dicit hanc eſſe communem: Idem Bal. hanc opinionem ſemper tenuit & legendo & conſulendo, ut in d. c. j. de ſucceſ. feu. & in c. j. de natura ſucceſſ. feu. & in c. j. §. & quia vidimus in j. col. de his, qui feud. dare poſſint, & in addit. ad ſpec. de ſucceſſ. ab inteſt. & in conſ. 199. vol. 3. & ita etiam tandem cogitur fateri in d. auct. ceſſante Ang. in ¶. Reliquũ in auct. de hæredib. ab inteſt. venient. Fulg. in d. auct. ceſſante Mateſill. in ſuo tract. de ſucceſſ. ab inteſt. vbi teſtatur hanc eſſe communem, & ibidem Lud. Bolog. Alex. in conſ. 55. vol. 4. Et ibi etiã Andr. Sic. Caſſan in conſ. 47. col. 6. ver. Quicquid ſit, vbi dicit hãc eſſe communem.

Laus Deo, & Virgini matri.

Paulus Leonius Patauinus, Conſiliarius Ducalis.

SVMMARIVM.

1 QVando per debitorem ſtat, quo minus ſoluat debitũ, cuius dies iam venerat, habetur pro ſoluto, quo ad eius præiudicium.

2 Dos de iure communi mortua vxore ſine liberis non remanet penes maritum in aliqua parte, ſed tota patri reſtituitur.

3 Repetitio oſtendit determinatam mẽtem diſponentis.

4 Aliud eſt dare, & aliud promittere de dando, vide num. 38.

5 Statuta ſunt ſtricti iuris, & in eis non fit extenſio de caſu ad caſum

6 Caſus in quo ſtatutum de lucro dotis non habet locum in dote promiſſa, vide ĩ num. 17. & ſeqq. & nu. 39.

7 In quacunq; diſpoſitione mentem ac rationem inſpicere oportet potius q̃ verba.

8 Quod nedum in vltimis voluntatibus, ſed & in alijs diſpoſitionibus, ũt ſtricti iuris procedit. & nu. ſeq.

9 Licet verba legis offendere, vt eius mens ſeruetur.

10 *Mens legis eſt ipſa lex, non autem verba.*

11 *Sententia eſt ſtricti iuris.*

12 *In ſpecie in ſtatutis mens eſt inſpicienda.*

13 *Quando militat eadem ratio ſtatuti etiam quod non ſit expreſſa, non dicitur extenſio, ſed dicitur expreſſa & num. 18. 19. 28.*

14 *Statutum de lucro dotis loquens in in caſu vero, habet locum etiam in caſu ficto. num. 28. 34.*

15 *Ratio legis & ſtatuti eſt velut anima, verba autem velut corpus, & ab illa regitur & moderatur.*

20 *Supradicta procedunt etiam q̄d in ſtatuto adſint verba reſtrictiua.*

21 *Ratio huius ſtatuti eſt expenſæ, quas faciunt mariti in traducendis et alēdis vxoribus, & in ſuſtinendis oneribus matrimonij.*

22 *Ratio licèt non ſit expreſſa, tamen pro expreſſa habetur, ſi vnica tantum poteſt aſsignari.*

23 *Statutum huiuſmodi ſumma cum ratione & prudentia diſpoſuit, quòd maritus lucratur partē illam dotis.*

24 *Non poteſt dari ratio diuerſitatis in caſu iſto inter dotem datam & promiſſam.*

25 *Ratio huius ſtatuti magis fortè poteſt cōſiderari, vt militet in parte illa non ſoluta, ſed promiſſa, quàm in ea, quæ fuerit ſoluta.*

26 *Sufficit ſi in vna parte amico conſulamus.*

27 *Etiam omnes aliæ rationes, quæ p̄ aliquos ad iſtud ſtatutum conſiderabantur, licèt non approbentur, militant in parte dotis promiſſæ.*

29 *Pars dotis data, & pars promiſſa conſtituit totā dotem, quæ eſt vnū corpus ſeu ius vniuerſale, ideo nō debet diuerſimodè & ad imparia iudicari.*

30 *Jus dotis, ſeu dos ipſa conſiſtit etiā in ſola promiſsione, immo etiam in promiſsione ficta, ex quā vera reſulſultat dos.*

31 *Communis vſus loquendi attenditur etiam contra verbi ſignificationem, ac etiam in materia odioſa & reſtringibili.*

32 *In materia iſta non attenditur ſolū actus effectualis traditionis, ſed etiā ſola promiſsio, immo & ſola deſtinatio facit vt dicatur dos cōſtituta, aut mulier dotata, immo etiam vbi nullum eſt matrimonium. & ſeq.*

33 *Dos verè et propriè nō dicitur vbi non eſt matrimonium.*

35 *Statuta ſic interpretanda ſunt, ne mereantur à ſuperioribus reprendi, & vt abſurdum ceſſet.*

36 *Statutum in iſta materia loquēs de vxore, verificatur etiam in ſponſa per verba de futuro.*

37 *Magis dicitur dos illa, quæ fuit p̄miſſa, licèt nonañ ſoluta, quàm dos confeſſata; Et priuilegia doti conceſſa, dantur etiam doti promiſſæ, non autem ſic doti confeſſatæ:*

40 *Ad quem ſpectat onus, debet etiā commodum ſpectare.*

41 *Verbum dicta tanq̄ relatiuū refert omnes qualitates præcedentes.*

Dili-

*Diligite iuſtitiam qui iu-
dicatis terram.*

An ſtatutum de lucro dotis,
habeat locum in dote
promiſſa.

CASVS qui propo-
nitur talis eſt. Cō-
tractum fuit matri-
monium conſtitu-
ta dote quantita-
tis, & ſoluta fuit maior pars di-
ctæ dotis. Reſiduum vero promiſ
ſum fuit ſolui in quibuſdam ter-
minis inter partes ipſas conuen-
tis, & in ipſo inſtituto adſunt
hæc verba. Quam quidem dotē
ſic vt ſupra habitam, & habēdam
pręfati ſocer, & maritus per ſe &c.
Et vterque eorum principaliter &
inſolidum renuntiantes promi-
ſerunt &c. Bene & diligenter tenē
re, ſaluare, & cuſtodire omnibus 1
ſuis periculis, & expenſis. Pacto
quod ſi dicta vxor deceſſerit ex
hac vita ante dictum eius maritū
ſine filijs communibus, ipſe lucrē
tur dimidiam dictæ dotis, & alte-
rum dimidium dare & reſtituere
teneatur cui vel quibus de iure iu-
xta formam ſtatutorum Paduę ve
nit reſtituēda, aut cui, vel quibus
ipſa in ſuo vltimo legauerit teſtō.

Statutum Patauinum.

SI in aliquis acceperit vxorem, 2
quæ dederit dotem vel quiuis
alius pro ea marito ſuo, & ipſa
mulier deceſſerit conſtante matri
monio ſine communibus liberis,
aut filijs ex teſtamento vel ab inte
ſtato maritus debeat lucrati dimi
diam partem dotis datæ ab ipſa
muliere, vel ab alio pro ipſa dotē
dante, & cætera quæ in ipſo ſtatu
to ſequuntur & prope finem di-
cit. Et omnia prædicta locum ha
beant etiam in dote confeſſata.

¶ Euenit quod ipſa mulier deceſ
ſit abſque filijs viro eius ſuperſti-
te. Modo hic ſic ſtantibus dubita
ri cōtingit, an maritus lucrari de-
beat dimidium totius dotis, tam
habitæ, quàm habendæ. An vero
tantum dimidiū illius partis, quæ
fuit effectualiter ſoluta, & nō etiā
illius partis, quę fuerat tantū pro-
miſſa, & cuius dies nondum vene
rat, Quia de illa parte cuius dies
venerat, licet non eſſet ſoluta non
eſt quęſtio. Quoniam cum per de
bitorem ſteterit. Pro effectuali-
ter ſoluta habetur quo ad iſtum
effectum argu. l. iure ciuili. ff. de
conditio. & demonſtrat. & Do-
ctores paſſim dicunt quos non re
fero, quia nulla eſt ſuper hoc con-
trouerſia. Loquendo igitur de il-
la parte tantum quæ fuerat pro-
miſſa, & dies ſolutionis nondum
venerat. Videretur prima facie
dicendū maritum ipſum non lu-
crari partem aliquam illius por-
tionis; Et hoc quia non eſt du-
bium, quod de iure communi nul

libi

libi cautum reperitur, quod iſto
caſu v3. quando vxor etiam ſi-
ne liberis decedit, vir lucratur
partem aliquam dotis, immo po-
tius contrarium reperitur expreſ-
ſum, vt in l. dos à patre. C. ſolu. ma
trimon. vbi dos patri mulieris in
matrimonio defunctæ ſine filijs
reſtituitur ſecundum opinionem
Martini, quę ex cõſuetudine gene
rali eſt approbata: Vel ipſis filijs,
ſi ſuperſtites ſint, venit reſtituẽda.
Ita quod nullo caſu penes maritũ
quicquam ex dote remanet. ¶Nõ
etiam hoc caſu ex iuris municipa
lis diſpoſitione procedere poſſe vi
3 detur. Quoniam ſtatutum Pata-
uinum expreſſe loquitur de dote
data. Immo bis, aut ter in eo repe-
titum eſt verbũ iſtud: Quod ma-
gis eius mẽtem certam, & deter-
minatam oſtendit Not. in l. balli-
ſta. ff. ad trebell. in l. cum ſcimus.
C. de Agri. & cenſ. lib. xj. cum alijs
ſimil. quæ adducit Craue. in conſ.
294. col. 4. & conſi. vlt. num. 6. Et
cum ſtatutum iſtud loquatur de
dote data, non videtur habere lo-
4 cum poſſe in dote promiſſa, cum
aliud ſit facere, & aliud promitte-
re de faciendo, vt aliud eſt vende-
re, & aliud promittere de venden
do, vt tradit Alex. in conſi. 72. col.
3. vol. 4. Riminal. in conſi. 260. co-
lu. 2. & conſi. 400. in prin. & alibi
ſæpe Doctores tradunt præſertim
5 in ſtatutis, quæ ſunt ſtricti iuris,
& in quibus non fit extenſio de
caſu ad caſum. l. 3. §. hæc verba. ff.
de neg. geſt. l. 1. ſ. ſi is qui nauem.
ff. de exercit. l. 1. de fonte. l. conſti-
tutionibus ad munici. cum ſimil.
6 ¶Præterea caſus iſte videtur deci
ſus per Rolan. à Valle in tracta. de
lucro dot. cap. 6. vbi in caſu ſimi-
lis ſtatuti concludit lucrum dotis
nõ habere locũ in dote promiſſa.
¶Sed tamen prædictis non ob-
ſtantibus, contrarium in caſu prę
dicti ſtatuti concludendum eſt,
videlicet quod immo ſtatutum
iſtud vendicet ſibi locum etiam
in parte illa dotis, quæ nondum
fuit effectualiter ſoluta, & conſe-
quenter quod maritus iſte etiam
dimidium illius partis dotis lucre
tur. Et pro huius concluſionis a-
pertiori demonſtratione. Dico
7 quod in quacunque diſpoſitione
mentem ac rationem diſponen-
tis potiſſimũ inſpicere nos oppor-
1 tet potius, quàm verba, & hoc & le
gum latores, & Doctores noſtri,
tam antiqui, quàm moderni do-
cuere. l. in cõditionibus primum
locum. l. pater ſeuerinam. ſ. con-
ditionum verba. l. publius. §. vlt. ff.
de condit. & demonſt. l. cum pro-
poneretur. l. vnum ex familia. §. pe
nul. & vlti. l. cum pater. ſ. dulciſſi-
mis. ff. de leg. 2. Pulcher tex. ſic con
trouerſiam inter veteres Iuriſcon
ſultos vertentem decidẽs in l. quiſ
quis. ff. de verb. ſignific. cum alijs
2 multis iuribus, & auctoritatibus,
quę ad idem adduci poſſent, ac ne
forte

forte quis dicat iſtud in vltimis voluntatibus procedere in quibus plenior fit interpretatio.l.in
8 teſtamentis.ff.de reg.iur.Dico immo iſtud, & in alijs diſpoſitionibus pariter procedere, vt tradit Riminal.in conſi.144.col.2.nu.8. & in conſi 273. col. 2. nu.10. vt in contractibus eſt tex.in l.iuriſgentium.§.vtrum autem ff. de pactis. Bal.in conſ.121.col.3.verſi ſed hic eſt aduertendum volu.3.Pau. Caſtren.conſ.190.col.2.verſ. certum eſt.vol.3.Nata in conſ.34.in prin. volu.1. Item in lege hoc obſeruatur, vt eſt tex. expreſſus in l. ſcire oportet.ſ.aliud.ver. ſed & ſi ma
9 xime.ff.de excuſa. tu. pulchrè Oldra.in cõſi.9.nu.3.vbi dicit,quòd licet verba legis offendere, eius ſententia, & mente retenta, & quod ita iuris periti legum vertices ſcribunt, vt ibi per eum, & in
10 conſi.103. verſi. quintò vbi dicit, quòd mens legis lex eſt non verba,Idem Oldr.loquens in diſpenſatione. Et ſic in materia reſtringibili hoc dicit in cõſ.215.col. penul.poſt medium,in verſi.verum eſt. Vbi dicit, quòd eſt ſequendum illud,quod mens diſpenſantis admittit, licet verba repellant. Idem dixit Petr.de Ancha.in conſi.281.nu.5.& 6. Et hoc idem etiam in ſententia procedit, vt mens potius, quàm verba attendatur, vt tradit Bald.in Margarita ad Innocen. in verſi. ſententia excommunicationis in fine. Petr. de Anchara.in conſi.208. col. penul.circa medium. Paul.Caſtren. in conſi.207.col.2. verſi. prærerea qui vult,volu.1. & in l. nulla.ff. de ll.Aret.in l.1.ſ. ſi quis ita ante nu me.16.ff. de verbo. obliga. vbi ſi conſultor dicit Titium eſſe condemnandum.Deinde Iudex iudicet in ſententia, prout in conſilio, intelligitur ſecundum mentem ipſius Conſultoris. Et tamen
11 ſententia eſt ſtricti iuris. l.1. & 2. C.ſi plures vna ſententia Barto.in l.Iulianus verum debitorem in 4. colu.ff.de condict.indebi. Dec.in conſi.43.col.vlt.Idem in mandato, reſcriptis,& in ſtatutis hoc procedit,vt tradit Craue.in conſ.174. col.3.verſi. non obſtat. Riminal. in conſi.33.col.2.in fi. vbi in proclamate, & cæteris diſpoſitionibus ſtricti iuris attenditur potius ratio etiam non expreſſa, quàm
12 verba, & in ſpecie quòd in ſtatutis mens ſtatuentium inſpiciatur. Eſt deciſio Bal. in conſi.108.col.2. ver.quinto.vol.3. Petr. de Ancha. in conſi.112.col.2.verſic. præterea aduertendum, vbi quãdo militat eadem ratio ſtatuti, licet etiam
13 non ſit expreſſa. Et eadem cenſetur mens ſtatuentium, neque tũc dicitur extenſio aliqua,ſed expreſſe cautum,vt ibi per eum.Idem ferè in terminis tradit Riminal. in conſi.118.col.vlt.& per totum,vbi
15 concludit in effectu ſtatutum ſimile

mile de materia dotis loquens in
caſu vero,habere locum etiam in
caſu ficto,vt ibi per eum. Nec di-
catur,quòd in caſu illo verba erãt
indefinita,quoniam rationes qui
bus ibi concludit ſunt generales,
& ſe fundat in rõne ſtatuti, &
17 in mente ipſius. ¶Iſtis igitur ſic
ſtatibus dico rõnem huius ſtatu-
ti Patauini militare etiam in hac
parte dotis, quæ marito fuit ab
initio contracti matrimonij con-
ſtituta, licet nondum ei effectua-
liter ſoluta fuerit. Et per conſe-
18 quens, quòd hæc fuerit mens, &
ſic diſpoſitio huius ſtatuti. Ratio
enim legis, & ſtatuti eſt anima:
verba autẽ ſunt velut corpus, &
ſuperficies, quæ ab ipſa ratione
veluti ab anima reguntur, & mo-
derantur per ſupradicta, quibus
addo tex. etiam huius Pontificij
in c.2. requiris,extra de appella.in
c.intelligentia, de verbo.ſignific.
in c. humanæ aures 22. quęſtione
5. c.Marchion. & Baſilides.1.quę-
ſtione 1.c.ſedulò 38.diſtinctio.Ra
tio enim diſpoſitionis eſt illa,quę
ampliat, reſtringit, & omnino
moderatur ipſam diſpoſitionem
velut artemum nauis, vt declarat
19 Riminal.in conſi.144.nu.8.Quin
immo illud quod ratione diſpoſi
tionis continetur dicitur in ipſa
diſpoſitione expreſſum, adeo ſa-
nè,vt nec extenſio aliqua tunc di-
catur,ſed comprehenſio, vt mul-
tum egregiè declarat Caſtren. in
conſi.83. vbi loquitur in ſtatuto
& quidem à iure communi exor-
bitanti immo correctorio, & di-
cit quòd lex intelligitur dicere
non ſolum, quod verbis eſt ex-
preſſum, ſed etiam quod ex eius
mente colligitur, vt ibidem per
eum, & Oldr.in conſi.185.in fi.di
cit,quòd in caſibus, in quibus mi
20 litat eadem ratio, lex non dicitur
extẽdi, ſed enucleari, etiam quòd
adeſſent verba reſtrictiua in di-
ſpoſitione,vt in caſu ſuo,& quod
idem dicit in conſi.268.col.2. ver.
quarto,pro hac eadem parte, vbi
quando eſt eadem rõ, licet verba
deficiant,nõ tamen deficit mens,
& quod verbis legis omiſſum eſt
non omittetur religioni iudican
tis.Idem dixit Abb. in conſi.1. ver
ſi. vltimò adduco pulchrum mo-
tum. Alex. in conſi.52. col.3.in fi.
volu.4. vbi nedum in vltimis vo-
luntatibus, ſed etiam in legibus
& ſtatutis etiam quod ratio non
ſit expreſſa hoc procedere dicit,
& in conſi.5.in fi.vol.5.Socin. in
conſi. 52.col.5.verſi.præterea hoc
oſtendit volu.1.Dec in conſi.372.
col.3.& in conſi.237.col.2.verſi.&
ſtante præmiſſa concluſione,cum
infinitis alijs, quæ adduci ad hoc
poſſent.

21 ¶Modò in propoſito dico ratio
nem iſtius ſtatuti eſſe, quia mari-
tus ſuſtinet plures expenſas in ma
trimonio ipſo. Ideoque non dici-
tur habere partem illam ex cau-

ſa lucratiua, ſed potius oneroſa, vt tradit Glo. in l. ſi donaturus. §. vlti.ff. de condict. cauſa data, per quam Glo. Alexan. ibi, & Iaſ. dicunt, quod Doctores communiter dicunt hanc eſſe rationem huius ſtatuti &c. onera, & impenſæ in matrimonio factæ, & licet hęc ratio non exprimatur in ſtatuto,
22 cum tamen iſta ſola approbetur per Doctores, vt apparet ex his, quę tradit Rol. in ſuo tract. de lucro dot. quæſtione 4. habetur perinde, ac ſi fuiſſet expreſſa. Glo. in l. quamuis, vbi Doctores. C. de fideicommiſſ. Immo dicit Abb. in d. conſi. 1. colu. penul. quod nulla alia ratio aſſignari poteſt, præter iſtam, videlicet, quia maritus infinitas propemodum expenſas facit in traducendo vxorem, & eam in matrimonium retinendo, vt experientia efficax rerum magiſtra docet C. quam ſit de ele ctio. in 6. nec aliquem rectum Iudicem aliter puto exiſtimaturum. Licet enim nonnullæ aliæ rationes poſſint immaginari, tamen non approbantur. Ideoque haberi hæc debet perinde, ac ſi eſſet expreſſa, iuxta vulga. Glo. in d. l. quamuis. C. de fideicōmiſſ. & ibi Bal. not. & Pau. de Caſt. & not. Doct. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. Riminal. conſi. 237. colu. 3. verſi. nec prædictis obſtat, & Bal. in conſi. 433. num. 2. & 3. vol. 3. dicit quod ratio, & mens legis, Idem eſt, & quod iſtud etiam procedit, quando ratio non eſt
23 expreſſa. Ideo maritus lucrari debet partem illam dotis, quæ nondum ſibi tradita fuerat cum mili tet ratio ſtatuti per ſupradicta. Cū enim ab initio partes ipſæ conuenerint in contrahendo matrimonio, vt dos eſſet Duca. 4200. dico quod iſta eſt dota dos, cuius contemplatione fuit contractum matrimonium ex partium conuentione, conſequenter eius dimidium lucrari maritus debet, quoniam ſuſtinuit onera matrimonij, & expenſas maximas fecit ipſius matrimonij cauſa. l. pro oneribus. C. de iure dotium. Quarum expenſarum ratione ſtatuto cautum fuit in hac Ciuitate, prout, & in alijs ferè Italiæ Ciuitatibus ſumma cum ratione, vt ipſa vxore prædecedente abſque liberis, maritus eius dotis dimidium conſequatur, ad hoc vt marito ſaltem pro aliqua parte ſuccurratur, pro magnis ſumptibus ex cauſa matrimonij factis ſaltem hoc caſu, quo ipſa mulier cum iam mortua ſit vltra dote non egeat. Cui mulieri etiam prudentes ſtatuentes conſulere voluerunt, vt de dimidia alia poſſit, ſi vult libere diſponere, vel ſi aliter ipſa non diſponat eò reuertatur, vnde profecta eſt, & ſic apparet ſtatutum iſtud optima ratione fundatum, & ſumma cum prudētia di-

ſpoſuiſſe. ¶Nec dicatur quòd ſtatutum loquitur de dote data, & conſequenter excluditur dos promiſſa. Quoniam ego vellem intel
24 ligere, quæ nam, quo ad propoſitum iſtud attinet, poſſit conſiderari ratio diuerſitatis inter dotem datam, & dotem promiſſam: Certè nulla ratio aſſignari poteſt, quò minus vir lucretur partem totius dotis: Sed bene militat ratio ipſius ſtatuti. Quia verum eſt maritum ſuſtinuiſſe onera matrimonij, & ſumptus maximos ob illud feciſſe, licet tota dos non fuerit ei ſoluta. Ergo idē ius ſtatuēdū eſt l. 3. §. poſthumos in fi. ff. de iniu. rupt. teſt. l. à Titio. ff. de fur. cui vulg.
25 Immo verò maritus maiori incōmodo, & damno veroſimiliter affectus fuit propter dilationem factam ſolutioni illius partis dotis: commodius enim feciſſet expenſas, & cætera onera matrimonij, ſuſtinuiſſet, ſi tota illi tradita, & ſoluta fuiſſet, Ideò non conuenit rationi, aut iuri, vt illud quod ad cōmodum, & vtilitatem ipſius promittentis dotem factum eſt afferat in alio notabile damnum ipſi marito; Immo ille qui dotes promiſit, & habuit gratuitam dilationem ſoluēdi deberet plenius grauari arg. l. naturam. ff. de regu. iur.
26 & l. cum qui. ff. de iureiur. Sufficit enim ſi, vel in vno, conſulamus amico &c. l. tutor. C. de nego. geſt. Nec enim contraxiſſet matrimonium iſtud maritus, ſi minor dos ſibi conſtituta fuiſſet Duca. 4200. Ideò conſequens eſt, vt eius dotis commoda omnia conſequatur, alioquin deceptus remaneret; Nec ſibi obeſſe debet commoditas illius partis facta promittenti do-
27 tem. Hoc enim iniquū eſſet, vt ex beneficio in illas collato ipſe dānum pateretur. Immo, etiam ſi quamlibet ex illis rationibus, quę ad iſtud ſtatutum aſſignantur, cōſiderare velimus, quas refert Rol. in d. 4. q. licet eas improbet, & bene, tamen & ipſę militant, ita in dote promiſſa, ſicut in data, vt eſt illa in ſolatium amiſſæ vxoris, vel illa ob fędus matrimonij contracti, Verum enim eſt vxorem omiſſam fuiſſe. Item matrimonium ita fuiſſe contractum, ergò dotis dimidium lucrari debet etiā reſpectu partis promiſſæ. Cum igitur eadem omnino ratio, quinimmo forte maior militet in parte huius dotis promiſſæ, quæ in iam data, quo ad effectum, de quo quæritur, non eſt cur dicere poſſimus diſpōnem ſtatuti nō habere locū ex his quæ ſuperius latè dicta sūt:
28 Et in ſimili ſtatuto per ſupradictas rationes, ita latiſſimè concludit Rimin. in ſupra allegato conſil. 40. viſo puncto ac ſtatutis per totū vbi in effectu vult, quod ſtatutum, quod loquebatur de dote data, aut promiſſa, ſeu relicta vendicet ſibi locū. Etiam quando nul-

lum

lum ex his interuenit, ſed tantum fuit dos verbaliter oblata, ſeu ſimpliciter fuerat facta declaratio, quia licet verba ſtatuti in effectu in caſu illo non adeſſent, tamen eadem ratio ſubeſt, & conſequenter mens ſtatuentiũ, ideò concludit ſtatutum locum habere, licet etiam ratio non eſſet expreſſa in
29 ſtatuto. ¶ Ex prædictis igitur manifeſtè apparet nõ obſtare, quod ſtatutum loquatur de dote data, quia procedit etiam in parte illa, quæ erat promiſſa ſubſiſtente eadem ratione, & etiam mente ſtatuẽtium. Quia dos ab initio fuit in tota illa ſumma inter contrahentes conuenta. Vnde & quantitas tradita, & tradenda conſtituit dotem, quæ eſt vnum corpus, & ius quoddam vniuerſale, vt tradunt Doctores in rub. ff. ſoluto matrimo. Alex. in conſi. 17. in fi. Ideò ad imparia non debet iudicari argu. legis. Eum quidem. ff. de vſucap. & l. iam hoc iure cum ſuis concord. ff. de vulg. & pupill. Facit optime quod conſuluit Rui.
30 in conſil. 151. nume. 6. volu. 5. Vbi ius dotis, & ſic dos ipſa, conſiſtit etiam in promiſſione, immo etiã in promiſſione ficta, & inde vera dos reſultat, quando. ſ. fit per contractum ſtipulationis, vt ibi per eum nume. 7. & ibi in effectu concludit in terminis quod ſtatutũ loquẽs de dote data, vel promiſſa verificatur etiã in ea, quæ à lege cenſetur repetita: Et ideò non obſtat ſi dicatur iſtud poſſe procedere, vbi de dote ſimpliciter fieret mentio: Non ſic autem quando in ſtatuto de dote data dicitur, quia ex prædictis apparet contrarium. ¶ Et vltra ſupradicta, quod illud verbum data, non ponitur in ſtatuto, Ideo vt excludatur pars illa dotis, quæ fuit promiſſa. Quia hoc eſſet abſque ratione: ſed eo modo ita locutum fuit ſtatutum quando communiter & vulgò ſic appellatur dos data habito reſpectu ſemper ad illam quantitatem dotis, in qua partes conueniunt, & illa dicitur dos data, licet aliqua eius pars ſit infra aliquod tẽ-
31 pus ſoluenda: Et iſtæ communis vſus loquendi attenditur, etiam contra propriam verbi ſignificationem, vt not. Bar. in l. librorum §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. Bar. & alij communiter in Rub. ff. de no. operis nunciatio. Ange. in conſi. 104. in fin. immo dicit Bal. in conſi. 183. volu. 2. quod vulgi appellatio pro iure habetur, & Abb. in cap. 2. in 2. not. de arbit. dicit in quacunque materia quamuis odioſa, & reſtringibili communis vſus loquendi attenditur.
32 In iſta enim materia non attenditur ſolum actus realis, & effectualis traditionis, vt dos, aut dotata mulier dicatur, ſed etiam promiſſio ipſa. Immo & ſola deſtinatio etiam ante nubilem ætatem atten-

attenditur, vt declarat Bar. in l. Ti
tio cẽtum. §. Titio genero in ver.
quæſto ſtatutum. ff. de condit. &
demonſt. quam ſequitur & com-
munem dicit Alcia. in conſi. 20.
in fin. lib. 9. ſecundum vltimam
33 impreſſionem. Vbi etiam ante-
quam ſit contractum matrimo-
nium dicitur mulier dotata etiam
in materia ſtatuti, & tamen dos
vere, & proprie non eſt ſine ma-
trimonio. l. 3. ff. de iure do. Adeo
quòd maior fortè eſt improprie-
tas, vt dos dicatur vbi nullum pe-
nitus fuit contractum matrimo-
nium, immo nec potuit eſſe con-
tractum, quia nondum erat nubi
lis illa, quàm quando pars dotis
eſt data, & pars promiſſa. Et per
ſupradictas rationes, videlicet at-
34 tenta mente ſtatuti, ac eius ratio-
ne ita determinat Riminal. conſi.
487. vbi ſtatutum loquebatur de
vxore ducta per maritum, vt ma-
ritus lucretur ea defuncta ſine fi-
lijs partem dotis, vult tamen ha-
bere locum, etiam in ea, quæ
nondũ fuit reducta in domum.
Vnde apparet in huiusmodi ſta-
tutis conſiderandam eſſe men-
tem, & rationem: Cùm enim in-
ter aliquos contractum eſt ma-
trimonium, & vulgò quæritur,
quæ dos fuit data, non diſtingui-
tur pars dotis promiſſæ ab illa,
quæ fuit ſoluta, ſed attenditur vni-
uerſa quantitas, & dicitur dedit
tantam dotem, licet non tota fue
rit ſoluta ſed pro parte fuit data
aliqua dilatio: Iſtud enim potius
reſpicit executionem ipſam, &
modum ſoluendi, quàm ſubſtan
tia ipſius dotis, Ideò ſtatutum ve-
rificari etiam in ea parte debet,
quæ nondum ſoluta eſt. Alio-
quin ſequeretur maximum abſur
dum, quod ſi de tota dote certæ
quantitatis conſtituta fieret ſolu-
tionis dilatio, & maritus ſuſtine-
ret onera matrimonij traducta
vxore, & diu duraret matrimo-
nium, ipſa poſtmodum decede-
ret abſque filijs maritus nullam
partem dotis cõſequeretur, quod
35 abſurdum valde eſſet. Statuta au-
tem ſic intelligenda ſunt, ne me-
reãtur à Sapientibus reprehendi,
& vt abſurdum ceſſet. l. nam ab-
ſurdum. ff. de oper. liber. l. Pompo
nius ſcribit. ff. de nego. geſt. per
quem tex. hoc argumentum vali-
diſſimum eſſe dicit Bald. in conſi.
29. col. 2. in fi. vol. 1. Caſtr. in con-
ſi. 110. col. vlt. ver. illud autẽ. vol. 1.
Soci. Iun. cõſ. 1. vol. 1. nu. 122. Cum
alijs multis, & in ſpecie in hoc ſta
tuto iſtud cõſiderat Rimin. in d.
36 conſi. 483. col. pen. ver. Ad ſecun-
dum reſpondetur vbi fortius vult
ſtatutum in materia iſta loquens
de vxore, verificari etiam in ſpon
ſa per verba de futuro, facit quod
idem dicit in conſi. 40. col. penul.
verſicu. & propterea ſtatuta.

¶ Si enim ſtatutum iſtud voluiſ-
ſet intelligere de dote, quæ actua
liter

liter tantum fuiſſet data, & non de illa parte, quæ fuiſſet promiſſa, ſine dubio alijs verbis vſum fuiſſet. Nempè dixiſſet, quòd maritus lucratur partem dotis, quæ fuerit effectualiter data, aut ſoluta, vel ſaltem partem dotis, quæ ſoluta fuit, aut verbis ſimilibus vſi fuiſſent ſtatuentes, prout ſic erat in caſu, in quo conſuluit Rimin. in conſi. 63. in ver. ſed præmiſſis non obſtantibus, vbi quia ſtatutum illud declarauerat maritum lucrari partem dotis, quæ eſſet data, vel confeſſata, vel promiſſa. Ideò concludit non habere locum in dote præſumpta. At cum ſtatutum noſtrum ſimpliciter loquatur de dote data, non aliter ſe reſtringendo ad illam tantum partem, quæ data eſſet. Nec declarando quod de illa tantum loquatur, ſequitur quod locutum ſic fuit habito reſpectu ad tempus, quo cõtractum fuit matrimonium, & de dote cõuẽtum. Quoniam illa dicitur dos marito data, licet alicuius partis ſolutio fuerit in aliquod tempus dilata, quia ſic vulgò appellatur dos data, habito reſpectu ad tempus conuentionis. Item cum in ea militet eadem ratio conſequenter, & mens ipſius ſtatuti per ſupradicta, vt hoc caſu ita concludit. Idem Riminal. in ſupra allegato conſi. 487. vbi ſtatutum loquebatur de muliere ducta, & tamen intelligit de ducta habito reſpectu ad tempus matrimonij contracti, non autem ad tẽpus actualis traductionis ad domum. ¶ Verum nos verſamur extra omnem difficultatem. Quoniã ſtatutum Patauinum non ſolum non vtitur verbis, quibus ſe reſtringat, aut declaret, ſe intelligere de dote tantum, quæ fuiſſet effectualiter ſoluta, & ſic non habito reſpectu ad tempus cõtracti matrimonij, & conuentionis de dote, ſed actualis ſolutionis, ſed immò vtitur verbis expreſſis, quibus denotar ſe intelligere. Immò expreſsè loqui etiam de dote non actualiter, ſeu effectualiter ſoluta. Nam ſtatutum poſtquam dixit, quòd maritus lucretur dimidium dotis datæ ab ipſa muliere, vel ab alio dotem dante, & plura alia ſtatuit circa hoc. Poſtmodum ſubdit verba iſta, & omnia prædicta etiam locum habeant in dote confeſſata. Dos autem confeſſata non eſt actualiter ſoluta, & longè differt à vera dote, cum iſta ſit ficta dos, vt apparet ex his, quæ circa dotem iſtam tradunt plures Doctores in Rub. ff. ſoluto matrimo. Ergo manifeſtè, & perſpicuò, & etiam ex verbis ipſius ſtatuti, nedũ ex eius ratione, & mente apparet, quod loquitur, etiam de dote, quæ non fuit actualiter ſoluta cum expreſsè loquatur de dote confeſſata: &
37 præſertim cum multò magis dicatur dos illa, quæ fuit promiſſa, licet

cet

non ſe reſtringit ad dotem actualiter datam, vt ſupra deduxi, & ipſemet Rolan. hoc caſu & ipſe fatetur ſtatutum locum habere etiá in dote promiſſa, quando loqueretur de dote confeſſata, vt ibi dũ alleg. Barto. in conſi. 33. vol. 4. vbi vult ſtatutum huiuſmodi, nõ habere locum in dote confeſſata. Verum ſtatutum noſtrum expreſsè vult idem eſſe in dote confeſſata, meritò. &c. ¶Hæc aũt omnia dixiſſe volui pro vera intelligentia iſtius ſtatuti, non quod ſint neceſſaria ad deciſionem præſentis caſus. Quoniam cum pacto expreſſo inter ipſas partes ita conuentũ fuerit, vt hoc caſu maritus lucretur dimidium etiam dotis nondum habitæ, ſed habendæ, meritò ceſſat omnis difficultas, & dubitatio. In inſtrumẽto enim dotali adſunt hæc verba. Quam quidem dotem, ſic vt ſupra habitam, & habendam &c. vt ſupra retuli. Cum
40 ergo ex pacto expreſſo maritus ſuſceperit in ſe onus totius dotis, tam habitæ, quàm etiam habendæ, conſequens etiam eſt vt lucrũ pariter ad illum ſpectet per regulam legis cum qui. ff. de iureiur. & l. ſecundum naturam. ff. de reg. iu. Si enim interim antequam pars illa dotis fuiſſet marito ſoluta caſu aliquo perijſſet, non eſt dubiũ, quód maritus vel eius hæredes tenerẽtur vxori, vel eius hęredibus, quia ita expreſsè inter eos cautum fuit. Ergo etiam commodum totius dotis, habito reſpectu etiam ad partem promiſſam, debet ad eum ſpectare per iuris regulam ſupradictam. Sed hoc non eſt neceſſarium, quia expreſsè ita inter ipſas partes eſt conuentũ in inſtrumento, vt ipſe maritus in caſu iſto lucretur dimidium dictæ dotis, & ſic tam habitæ, quàm habendæ vt proximè ſupra in præcedentibus verbis locutus fuerat, tàm de habitá, quàm de habenda, vt in inſtrumento apparet: Illud enim verbum dictæ refert omnes qua-
41 litates præcedentes. Bar. in l. talis ſcriptura. ff. de lega. j. hæc enim eſt natura dictionis relatiuæ ad aliá, vt referat omnes ſuas qualitates. Idem Bar. in l. ſi quis ſeruum. §. vlti. ff. de leg. 2. Aret. in conſi. 154. nume. 12. Refert Alcia. idem affirmãs in conſi. 31. lib. 6. ſecundum nouiſſimam impreſſionem.

Ecita de iure reſpondi ego Paulus Leonius Patauinus Iureconſultus Conſiliarius Ducalis. &c.

SVMMARIVM.

1 *PActum de lucranda dote ſimpliciter comprehendit etiam partem dotis promiſſæ.*

2 *Verbũ iſtud dicta &c. refert omnes præcedentes qualitates, perinde ac ſi oẽs nominatim fuiſſent repetita.*

3 *Pactum non debet intelligi quod ſit ſuperfluum.*

4 *Pactum de non alienando adiectum vltra legem prohibentem alienationem exceptis quibuſdam caſibus operabitur etiam in illis caſibus ne aliàs ſit ſuperfluum.*

5 *Si lex diſponat quem teneri de caſu fortuito, non tenebitur de caſu contingente ob aliquam culpam partis, ſi tamen etiam per pactum cautum fuerit tenetur de caſu fortuito, tunc tenebitur etiam in illis caſibus, ne aliàs ſit ſuperfluum.*

6 *Si emphyteota prohibetur à lege alienare ſine conſenſu domini, ſi adeſt etiam pactum, tunc non poterit etiam cum cōſenſu domini, ne aliàs pactum ſit ſuperfluum.*

7 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*

In eodem caſu.

QVICQVID ſit circa ſtatutum Patauinum, an.ſ.loquens de lucro dotis datæ habeat locū in dote promiſſa, & non ſoluta, ſeu data, ſuper quo non inſiſto: Ex quo mihi videtur ex pacto conuento in matrimonio rem ſatis clarām. Ideò ex ipſo pacto potiſſimum cō curro in ſententiam Magn. & Excellentiſs D.Pauli Leoni, qudò.ſ. lucrum debeatur etiam pro quantitate dotis non ſolutę. Poſtquam enim dos fuit promiſſa ad ſummam Duc.4200.& pro parte ſolu-
ta confeſſata fuit, & poſtea pro
reſiduo Duc.1500.ſtatuti termini
ad ſoluendum, additum fuit pa-
ctum his verbis, quod ſi præfata
ſponſa deceſſerit ſine liberis com
munibus ante ſponſum, quòd ip
ſe ſponſus lucretur dimidiam di-
ctæ dotis. Ecce quòd pactum non
loquitur de dote data, ſed ſimpli-
citer dicitur, quòd lucretur dimi-
diam dotis; quo caſu communis
eſt opinio, quòd lucrum debeatur
etiam pro dote promiſſa, & non
1 ſoluta, vt latè per Boer.deciſ.22.&
per Tiraq.in tract.de retract.con
uen.in fi.nu.33. vbi ambo infini-
ta allegant, quæ non tranſcribo.
Præterea cū ſupra conſtituta fue-
rit dos in ea quātitate Duc.4200.
vnite, licet diuiſa fuerit ſolutio,
& cum poſtea addiderint pactū
contrahentes in hæc verba, quam
quidem dotem ſic vt ſupra habi-
tam, & habendam promiſerunt
ſponſus, & pater periculo ſuo cu-
2 ſtodire &c. Et poſtea ſtatim ad-
ditur pactum de lucrāda dicta do
te certè (vt etiam conſiderauit D.
Conſulens) illud participium di-
cta refert præcedentem dotē cum
omnibus ſuis quantitatibus, vt
præter adducta in conſilio. conſu
luit Cur.ſen.conſi.40.col.8. in fi.
verſi. poſtremò, & Dec.conſ.423.
nu.5.& Pariſ.conſi.86.nu.36. vol.
2.& conſ.1.nu.131. & conſ.5.nu.3.
Quinimmo per talē relationem
per hanc vocem dictam, & perin

de

de ac ſi expreſſim, & nominatim dixiſſet quòd lucretur dotem tam habitam, quàm habẽdam ex quo ſupra immediate ſic erat expreſſum. Iſta enim relatio habet vim nominationis expreſſæ factæ in precedentibus cum omnibus ſuis qualitatibus, vt de his vocibus dictis hæredibus tradit Bar. in l. ſi cui ſerui. ℱ. r. ff. de leg. 1. & in conſi. 7. nu. 1. & Alexan. in l. fi. in verſi. ſed aduerte quòd Bar. C. de hęred. inſt. & in l. ſi quis filium. §. fi. ff. de acquir. hæred.

3 ¶ Ex alio quoque concurro in ſententiam Clariſſimi Conſulentis, nam etiam ſi in hoc pacto dictum fuiſſet de lucranda dote data, dico quòd cum idem contineret, quod continet ſtatutũ Patauinum, ne pactum hoc foret ſuperfluum intelligẽdum eſſet, vt comprehenderet etiam dotem promiſſam, licet non datam, nam vbicunque cum ſtatuto concurrit, & pactum contrahentium ad hoc, ne ſit ſuperfluum debet operari etiam in caſibus, in quibus ſtatutũ locũ nõ haberet, vt Bal. pul. tradit in c. venientes, in verſi. ſed nũquid, plus poteſt de iure, ſicut

4 etiam videmus, quòd quando extat ſtatutum, vel lex quod talia bona alienari non poſſint, licet in aliquibus caſibus exceptuatis alienari poſſent, attamen ſi cum tali prohibitione legis, vel ſtatuti concurrat etiam pactum de non alienando ad hoc, ne tale pactum ſit ſuperfluum interpretabitur, quòd non poſſit alienare etiam in caſibus exceptuatis, vt not. in ℱ. ſanctiſſima, in aut. de alien. & emphi. tradunt Imol. Alex. & alij in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. vbi Iaſ. nu. 34. Et ideò dixit Bal. in c. 1. §. præterea de cap. coradi. quod licet per conſuetudinem, & ſtatuta feudalia feudum nam poſſit alienari, licet per eadem capitula feudalia poſſit ſubinfeudari, attamen ſi iuxta ll. feudales adſit etiã pactum in inueſtitura de nõ alienando, ne ſit ſuperfluum interpretabitur, vt neque etiam ſubinfeudari poſſit, vt per Bal. quem cæteri ſequuntur ibi, & Cur. in tract. feud. in 4. parte prin. nu. 84. & Ripa in l. qui Romæ. ℱ. duo fratres, nu. 87. verſi. tertiò facit de verb. obliga. Corradi conſi. 26. nu. 34. verſ. ſeptimò concurrit Rui. conſi. 34. nu. 1. in primo vol. ſic & videmus 5
quòd licet quando extat lex, vel ſtatutum, quòd quis in tali caſu teneatur de caſu fortuito, non tamen tenetur de caſu prouenientę culpa partis, attamen ſi vltra legem, vel ſtatutum ſit etiam pactũ quòd teneatur de caſu fortuito tenebitur tamen, & de caſu proueniente ex culpa partis Bar. in l. ſed & ſi quis. §. quęſitum. ff. ſi quis cautio. Tradit Ripa in tract. de peſte,
6 in ſecunda par. nu. 80. & ſeq. ſimiliter dixit Saly. in l. fi. colla. 1. C. de iur.

iur.emph.quòd licet ſtet lex quòd emphyteota non poſſit alienare rem emphyteoticam ſine conſenſu domini,attamen ſi vltra legem adſit etiam pactum de non alienando, nõ poterit alienari etiam cum conſenſu domini, & ſequitur Dec.plura allegando cõſi.164. nu.3.verſi.ſecũdò reſpondetur, & hoc ea ratione ne pactum ſit ſuperfluum,& vt in aliquo plus operetur, quàm lex vel ſtatutum quibus eſt conforme,& ideo ſit regula generalis, quòd vbicunque pactum idem diſpõnit, quòd ſtatutum ſemper operabitur, ut locum habeat etiam in caſibus exceptuatis à ſtatuto, ut pulchrè declarat Cur. ſen. conſi.66. nu.217. Iaſ.cõnſi.27.col.2.uol.2.Dec.conſi.349.col.1.& conſi.403.col.3.Cæpol.conſi.ciuil.ult.nu.28.Rui.conſi.118.nu.4.& conſi.147.nu.12. & ſeq.in 2.& conſi.23.nu.12.in quinto uol. Cum igitur in caſu noſtro ſtatutum diſponat maritũ lucrari dimidiam dotis etiam præſupponendo quòd diceret ſolutam, non promiſſam,tamen ex quo poſtea appoſitum fuit pactum de lucrando dotem, etiam ſi ſimpliciter dixiſſet dotem,Intelligendum eſſet tale pactum de dote non modo ſoluta,ſed etiã promiſſa,vt aliquid operetur. Cum aliàs eſſet ſuperfluum hoc pactum:quanto ergo magis idem dicendum in caſu noſtro,in quo factum eſt pactum non ſimpliciter de lucrando dotẽ ſed dictam dotem referẽdo ſe ad ſupra nominatam dotem,quę expreſsè nominata erat tàm habita, q̃ habenda,& ſucceſſiue ſumus in caſu clariſsimo, & indubitabili.

¶Non obſtat ſi diceretur,quòd præmiſſa nõ obſtar,quia paciſcentes ſe retulerũt ad ſtatutum , dum in fine pacti dixerunt iuxta formã ſtatutorum Paduæ, ergo cũ ſe retulerunt ad ſtatutum, & relatũ ſit in referente cum eiſdem qualitatibus.l.aſſe toto.ff.de hæred. inſti. non debemus excedere terminos ſtatuti loquentis de dote data nõ promiſſa. Quia breuiter reſpõdeo quòd paciſcentes nõn retulerunt ſe ad ſtatutũ Paduæ,quo ad dimidiã dotis,quam lucratur maritus, ſed ſe retulerũt ad ſtatutum , quo ad aliam dimidiã, quam reſtituere tenetur maritus, nempè circa perſonas,quibus venit reſtituẽda, vt clara ſunt verba pacti,dixerunt enim per hęc verba,& alterã dimidiam dare, & reſtituere teneatur cui,vel quib. de iure, iuxta formã ſtatutorũ Paduæ venerit reſtituenda,ecce quòd ſe referũt ad ſtatuta non circa dimidiam quam lucratur maritus,ſed circa alterã dimidiã,quæ venit reſtituẽda, & q̃a poterat dubitari, cui eſſet reſtituẽda in hoc ſe referunt ad ſtatuta,ergo cũ expreſsè in hoc tantũ circa partẽ reſtituẽdã ſe referãt ad ſtatuta , apparet quòd circa partẽ lucrandam

dam noluerunt ſe ad ſtatuta refer
re,quia vnius incluſio, eſt alterius
excluſio.l.cum prętor,de iud.& ſi
etiam circa lucrũ dotis voluiſſent
ſe referre ad ſtatutũ ſciuiſſent vti-
que in eo caſu ſe referre, prout ſe
retulerunt circa aliam partem re-
ſtituendam, quod cum non fece-
rint, præſumũtur noluiſſe ſe refer
re circa partem dotis lucrandam
ad ſtatutum, ſed voluiſſe ſtare pa-
cto, dato quòd maritus lucretur
dimidiam dictę dotis,videlicet tã
habitæ, quàm habendæ, vt ſupra
dixerat arg. l.1.§.ſin autem ad defi
7 cientis. C.de cadu. toll. cum con-
cor. Et quia prouiſio hominis fa-
cit ceſſare prouiſionem legis. l.fi.
C.de pac.conuen.l.2.C.de iur.em
phyteo.vbi Iaſ.nu.143. cum con-
cor.Cum igitur partes iſtę ſpecia-
le pactum voluerint facere circa
lucrum dotis, attẽdendum eſt pa
ctum,& verba eius,non verba ſta
tuti. Et ex his toto ſenſu concur-
ro in ſententiam Excellentiſſimi
D.Conſulentis.

Tiberius Decianns Iureconſul. Vtinenſis de ſola ſubſcriptione rogatus per prædicta, quæ iuris eſſe putat ſubſcripſit manu propria,& ſigillauit ſaluo.&c.

SVMMARIVM.

1 Statutum de lucro dotis eſt exorbitans, & correctorium.
2 Statutum exorbitantia, etiam correctorio non extenduntur etiam ex identitate rationis, vide nu.15.
3 Maritus non lucratur partem dotis, ſi nõ eſt ſoluta, vide nu.6. & ſeqq.
4 Si verba non conueniunt,nec diſpoſitio conuenit.
5 Statutum tantum diſponit, quantũ loquitur.
6 Dos cõſtituta dicitur ſiue ſit data, ſiue ſit tãtũ promiſſa,cũ ſeq.et 14.
9 Dos eſt quid vniuerſale.
10 Pars potentior attenditur.
11 Parem vim habet dos promiſſa, & dos data.
12 Paria ſunt ſoluere & promittere, maxime,vbi eſt eadem ratio.
13 Verba generalia comprehendũt omnes caſus, etiam quod in vno ſit maior ratio, quàm in alio.
16 Grauamina nõ ſunt multiplicãda.
17 Idem verbum poteſt ſtare propriè, & impropriè diuerſis reſpectibus.

In eodem caſu.

Maximo Deo Auctore. &c.

ARBITROR ſupradictam cõſultationẽ Clariſs. D.Conſultoris, vt eſt docta, ſubtilis, & copioſa, ita etiam eſſe veram,& probabilem. Prima tamen fronte du
bitationẽ facere videbatur. Quia
cum ſtatutum Patauinum, quod
diſponit maritũ lucrari dimidiã
partem dotis datæ,vxore conſtan
1 te marito ſine liberis decedente,
ſit exorbitans,ac iuris communis
corre

correctorium.l.2. in prin. ff. ſolu.
matri.l dos à patre.C.eo.l.vbi ad-
huc.C.de iur.do. cũ ſimil.videre-
2 tur reſtringēdum,ac ſtrictè inter-
prætandũ.l.quicquid aſtringendę
ue verb.obl. cum multis adductis
per Rol.à Valle tract.de lucro do.
q.2.& q 34.n.4.& q.95.n.4.& ſecũ
dum Felyn. rubri. extra de ſpon.
colu.3.verſi. idem etiam tenet eſt
correctorium, & pœnale, vt per
eum,& propterea ad extēſionem
non videtur ſufficere quòd eadem
ratio militet in dote nõ data,quæ
in data.l.pręcipimus in fi.C.de ap
pell. omnes in aur. quas actiones.
C.de ſacroſ.eccle. & in l.ſi verò.§.
de viro,ſol.matrimo.Cum igitur
ſtatutum loquatur de dote data,
non videtur habere locum in do-
tem ſolum conſtituta,& penden-
te termino nondum ſoluta. &c.
3 ¶Secundò pro hac ſententia vi-
detur elegans deciſio Angeli con
ſi.158. vbi vult, ꝙ ſi ex ſtatuti di-
ſpoſitione vir debeat lucrari ter-
tiam partem dotis in caſu eius re-
ſtitutionis, quòd ſi eam non ha-
buit ex eo,quòd adhuc termini ſo
cero facti non ſint lapſi, tertiam
ipſam lucrari non debet, vt per
eum,ſequitur Iaſ.l.ſi donaturus.§.
1 col.ſi verſi. item adde.ff.de con-
di.cauſa data, cauſa non ſecuta,
& Boer. deciſ.22. nu.40. & inquit
Iaſ.d.verſi. item adde caſum eſſe
notabilem, & quotidianũ,& plu-
res alios refert, & ſequitur Rolan.
à Valle.d.tract.de lucro dot.quæ-
ſtio.21.
¶Tertiò & vltimò, nec in pacto
videretur faciendum fundamen-
tum. Cum enim his verbis fuerit
contextum,quòd ſi dicta vxor de-
ceſſerit ex hac vita ante dictũ eius
maritum ſine filijs communibus,
ipſe lucretur dimidium dictæ do
tis,& alterum dimidium dare,&
reſtituere teneatur, cui, vel qui-
bus, &c. Ex dictis verbis alterum
dimidium dare, & reſtituere te-
neatur, apparere videtur ſtatu-
tum loqui de dote à marito habi-
ta & recepta, non de recipienda,
vt hic, & propterea reſiſtere vidē
tur deciſiones Angeli,Iaſ. & alio-
rum, de quibus in præcedenti ar-
4 gumento: Cum verba pacti non
videantur cõuenire caſui noſtro,
nec eius quidem diſpoſitio conue
nire videtur.c.indemnitatibus §.
pen.de elect.in 6.l.4.§.totiens,de
dam.infect. l.hos accuſare.§.om-
nibus.ff.de accuſa. l.nullo ad finē.
C.de ferr. & ibi not.Dec.conſi.8.
col.1. & conſi.11. nu.10. tantùm
5 enim diſponit ſtatutum, vel pa-
ctum quantum loquitur, & non
plus, nec aliquid extrinſecum vi-
detur ſubaudiendum latè Iaſ. con
ſi 205 col.4.verſi.ſolum ergò.lib.
2. Et verba debent intelligi prola-
ta ad caſum, ad quem adaptari
poſſunt. Alexan.l.cent. nume.36.
ff.de vulg.& pup.ſed in propoſito
verba pacti ad caſum noſtrũ non
viden

videntur poſſe adaptari ergo &c.

6 ¶Præmiſſis tamen minimè obſtantibus ſequor contrariam ſententiam, & arbitror ſtatutum ſenſiſſe dotem datam pro dote conſtituta, ſiue ſoluta ſit, ſiue non. Primò per tex. in l.cum dos.§.1.ff. de pact. conuen. vbi dicitur q̃ in initio dotis dandæ legem, quam vult etiam citra perſonam mulieris, is, qui dat, dicere poteſt, iſtud procedit etiã in dotis promiſſione, l.ex morte in fi.C.de pact. conuen. Bar. & cæteri l.quotiens.ff.ſolu.matrimo. vbi etiam in tex. fit mentio de dote data, & tamen idem intelligunt etiam in promiſſa; ergo apparet quòd in dd. iuribus dos data accipitur pro conſtituta, de qua cõſtituta fit mẽtio in l.promittendo in prin. & in d.l.licet in prin.ff.de iu.do. cum ſimil.

7 ¶Secundò prædicta concluſio probatur per tex. in l.ſi fundum, ff.de fun.do. vbi vxor dedit in dotem fundum; & tamen tex. præſupponit, quòd eum non tradiderit marito, cum bona fide ab alio poſſideretur. &c.

8 ¶Tertiò per tex. in l. inter mortis.§.1.iuncta glo.ff.de dona. cauſa mor. vbi in tex. dicitur, quòd donatio cauſa mortis eſt, quod præſens præſenti dat glo. exponit dat re ipſa, vel promiſſione.&c.

9 ¶Quartò, nam cũ vnica ſit dos, vt de grege, & de peculio dicitur in l.grege autem legato de lega.2. & ſit ius vniuerſale vnicũ l.quod dicitur, de imp. in reb. dot. fact. Doctores in rub. ſolu. matrimo. & ſi pro maiori parte ſoluta, ne diuerſo iure cenſeatur, quo ad hoc propoſitum, debet cenſeri in
10 totum ſoluta, arg. l.quæritur. de ſtatu hom. Bar. l.Ariſto.ff. de dona. ibi inſpiciam, quod plus valet, idem Bar. in verſi.quæro extra glo.ff.de rerum permu. Alexan. l.Gallus.§.inſtituens.nu.9. de lib. & poſthu. Dec. l.imaginaria.nu.2. de reg.iur. vbi alios adducit. &c.

11 ¶Quintò, quoniam parem vim habet dos data, vel promiſſa Bal. l.fi.C.de do. promiſ. cum multis citatis per Afflict. deciſ.61.nu.2. & vltra eum glo. per illum tex. l.fi. in verbo promiſerit.C. ad l. falcid.
12 vbi inquit paria eſſe ſoluere, & promittere: maximè vbi in vtroque eadem ratio militat, vt ibi per glo. ſubſequentem, Socin. conſ.93.nu.16.circa prin.lib.1. & præclare Dec. l.vt liberis, num.5.C.de colla. l.1.num.6.de erro. calcul. & conſ.280.nu.5. ſed in propoſito eadem ratio militat, vt eleganter & copioſè fuit oſtenſum per Dominum Conſultorem, ergo quod eſt diſpoſitum in dote data, debet habere locum etiam in promiſſa, c.poſtquam de elect. in 6.glo.in l.ſi quis ſeruo.C.de fur. Doct. l.1.de lega.1.& in auct.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccle. & in hac materia lucri dotis, ita etiam argumẽtatur

tatur Rolan. à Valle dicto trac. de
lucro do. q. 50. maxime in fi. &c.
¶ Poſtremò pactum, de quo in
conſtitutione dotis omnem dubi
tationem remouet, cum ſit gene
rale, & loquatur de dicta dote, &
ſoluta, & promiſſa, vt oſtendit D.
Conſultor, nec non Clariſſimus
13 Dominus Decianus; Et vbicun
que verba ſunt generalia, compræ
henditur omnis caſus etiam ſi in
vno ſit maior ratio, quàm in alio
l. 11. §. quod autem de alea lus. & l.
l. in fraudem in fin. ff. de mil. teſt.
Dec. conſi. 5. & alibi. etiám in ma-
teria ſtrictè interpretanda, Aret.
l. cum lege. ff. de teſtamen. Vnde
Rolá. à Valle dicto tract. Q. 9. in
14 quit ſtatutum, quod cauet, præ-
moriente vxore, maritum lucrari
tertiam partem dotis traditæ, ha
bere locum etiam in dote promiſ
ſa, ſi quidem ſtatuti rubrica lo
quatur ſimpliciter de dote, vt ibi
late per eum. &c.
15 ¶ Quibus remouentur adducta
in contrariũ, Nam licet ſtatutum
videatur ſtrictè interpretandum,
cum tamen verba pacti ſint gene
ralia, compræhendunt dotem da
tam, ac promiſſam, Et poteſt etiã
fieri extẽſio ob æquiparationem
vtriuſque caſus, vt in quinto fun-
damento, Et Ange. dicto conſi.
158. cum alijs, qui eum ſequũtur,
eſt intelligendus, quando clarè cõ
ſtat de mente ſtatuti, & dos non
fuit data pro aliqua parte, ſed ſo-
lum fuit promiſſa, tunc non con-
tinetur ſtatuto ad dotem tradi-
tam reſtricto: Secus in hoc caſu
mixto, in quo pro maiori parte
fuit ſoluta, adeò vt vniuerſa videa
tur ſoluta, vt in quarto fundamẽ-
tõ: Et ſtante pacto omnis amari-
tudo ceſſat, cum generaliter lo-
quatur ex dictis in vltimo funda-
mento. Et cum maritus in eo paſ
ſus fuerit, quòd ſibi dos integra
non fuerit ſoluta, & onera matri-
monij ſuſtinuerit, ſi hoc quoque
dotis lucro priuaretur, ob eius ſa-
16 nè vrbanam dilationem tãquàm
de bono opere lapidaretur, affli-
ctioque afflicto, qui non percepit
fructus, & matrimonij onera ſu-
ſtinuit, redderetur, odiaque am-
pliarẽtur; quæ omnia eſſent ini-
quiſſima, & impijſſima. l. diuus,
de officio præſid. & ibi glo. quæ a-
lia citat. c. odia de reg. iur. in 6. l.
cum quidam ff. de libe. & poſthu.
Et ſat eſt reſpectu dimidij dotis,
quod maritus lucratur, verba pa-
cti cum ſint generalia compræhẽ
dere etiam dotem promiſſam, vt
ſupra vltimo fundamento, & re-
17 ſpectu alterius dimidij verbum
reſtituere poteſt ſtare propriè &
impropriè iux. glo. l. 2. ff. de officio
procõſul. Propriè pro illa parte,
quę verè fuit ſoluta, Impropriè ve
rò pro illa, quæ non fuit ſoluta,
quia actionem poterit remittere,
& debitorem liberare, iux. l. 3. §.
nunc de effectu de lib. lega. §. ſi
quis

quis debitori inſtit. de lega. cum ſimil.&c. His raptim ſcriptis de ſola ſubſcriptione requiſitus ſum contentus.

Ioannes Cephalus I. V. D. Ferr. Paduæ ad primum veſpertinum locum iuris ciuilis interpres ſubſcriſi, ac ſubſignaui ad laudem omnipotentis Dei.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de dote data, an vẽdicet ſibi locũ in dote promiſſa.*

2 *Statutum Patauinum loquens de dote data non ponit illud verbum, vt excludat dotem promiſſam.*

3 *Verbum reſtituere poteſt, verificari etiam in remiſſione promiſsionis facta.*

In eodem caſu.

Illuminet me Dominus in via veritatis.

1 ETsi non leuis ſit inter Doct. controuerſia, an ſtatutum loquens in dote data vendicet ſibi locum in dote promiſſa, de quo Barto. in l. iubemus. §.ij. ſanè.j. ſub nu.7. verſi. quæritur quid ſi dos C.de ſacroſanc.eccle. & Soci. in l. de diuiſione. in ſecundo not.ff.ſolu.matrimo.& alijs in locis: in ſta-
2 tuto tamen Patauino mihi videtur dubitandum non eſſe, quod habeat locum in dote promiſſa, quam opin. ſequutus eſt Alex. in conſi.63.ad fin.vol.4.& Soci.Iun. in rubrica.ff.ſolu.matrimo. in prima par.nu.52.& Rui.in conſi.133. ſub nume.4. volu.4. Nam ſtatutum licet dicat, ſi quis acceperit vxorem, quæ dedit dotem, non ideò meo iudicio ponit illud verbum dederit, quod velit omnino dotem datam eſſe, ſed ad differentiam aliorum qui dederint pro muliere dotem, & dicit, dederit, vt habeat locum ſtatutum ſiue ipſa mulier, ſiue alius dederit: non tamen exigit dotem datam eſſe, & idem dicendum eſt, quum ſubijcit, maritus lucrari debeat dimidiam partem dotis datæ ab ipſa muliere, vel aliquo pro ea dotem dante: Et hunc ſenſum comprobant verba ſubſequentia, & hoc habeat locum in dotibus cõſtitutis, & conſtituendis. Nam hic non perpenditur, quod dos fuerit data, ſed tantum conſtituta.

¶Sed prætermiſſo ſtatuto, cum apertus ſit contractus, vt prædecedente vxore maritus lucretur dimidiam dictæ dotis, quæ verba ad totam dotem referuntur, vt ab Excellentiſſimis Conſulẽtibus dictum eſt, res omni dubio carere videtur.

¶Solùm ſupereſt dubium, nam dictum eſt, vt vir lucretur dimidiam dictæ dotis, alteram dimidiam dare, & reſtituere teneatur.

Hæc verba videatur reſpicere lucrum dotis acceptæ, vt vir tantum lucretur dimidium eius quod accepit, & ita arguit Ruin. in conſi. 197. vol. 1. Contrarium tamen eſt
3 verius vt verbum illud, reſtituere, verificetur etiam in remiſſione dotis promiſſæ, vt tenet Barto. in conſi. 123 factum ſit ſe habet, & Salice. in l. ſi conſtante. C. de donat. ante nup. vbi ita determinatur in ſtatuto Brixię, quod vult, vt maritus præmortua ſine liberis vxore teneatur reſtituere tertiam partem dotis, & eum ſequitur Iaſ. in rubri. ff. ſolu. matrimo. nu. 20. & ibi Soci. iunior in prima partę ſub nu. 53. & Rui. in d. conſi. 153. nu. 4. volu. 4. Ex quibus concurro in opin. ſuperiorum Excellentiſſimorum virorum, & quia de ſola ſubſcriptione ſum interpellatus hæc ſufficere arbitror. Laus Domini.

Guidus Pancirolus I. V. D. & Pataui veſpertinæ lectionis ordinarius interpres hic me ſubſcripſi, & ſigna ui ſaniori me ſubijciens iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes in dubio videntur ſe confirmare cum iure municipali, nume. 4.*

2 *Vna pars diſpoſitionis declarat aliam. nu. 7.*

3 *Dictio &c. includit ea, quæ ſunt natura actus, & ſecundum conſuetudinem loci. nume. 9.*

5 *Emphyteoſis accepta pro maſculis cũ fœminis intelligitur ordine coniunctiuo non ſucceſſiuo, etiam ſtante ſtatuto loci, quod non ſuccedant fœminæ extantibus maſculis.*

6 *In claris non eſt opus coniecturis.*

8 *Relatio nunquam fieri debet ad partem per quê induceretur correctio.*

In eodem caſu.

LICET poſt tantorum ex Excellentiſſimorum virorum ſcripta ſuperuacuũ ſit vlterius aliqd addere, nihilominus quoniã adhuc eorum concluſio in materia pacti ſubiecti videtur poſſe reddi dubia ex aliquibus, præſupponendo ex ſtatuto Patauino lucrum dotale deferri pro dimidia dotis datę: non autem dotis promiſſę, idcirco vt vndique difficultates omnes abſoluantur, hæc pauca ſubijcientur.

¶ Videretur ergo pactũ, de quo agitur regulandum eſſe iuxta ſtatuti diſpoſitionẽ, ex pluribus, Et primo quoniã contrahentes in dubio videtur ſe confirmare cum
1 diſpoſitione iuris municipalis. Barto. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. vbi concludit quòd ſi aliquis acceperit emphyteoſim pro ſe, & filijs ſuis maſculis, & fœminis: ſi in eo loco in ſuc ceſſione,

ceſſione, maſculi præferuntur fœminis ex legis municipalis diſpoſitione. Contractus ille emphyteoticus iuxta iuris municipalis diſpoſitioné regulabitur, vt primo maſculi deinde in eorum defectum fœminę ſuccedát. Et illa deciſio Bar. communiter tenetur ibi per Doctores in l. Gallus. §. quidam rectè.ff.de libe. & poſthu. & in l. hæredes mei. §. cum ita.ff.ad Trebell.

2 ¶ Secundò, quia contrahentes in altera parte ipſius pacti expreſsè ſe retulerunt ad diſpoſitionem ſtatuti dum conuenerunt, quòd altera dimidia dotis reſtitueretur ijs, quibus iuxta formam ſtatutorum reſtituenda veniret: ſeu quibus ipſa Domina Blanca in ſuo lęgaſſet teſtamento: vnde cum in vna parte contractus retulerint ſe ad ſtatutũ, videtur quoque, quòd in alia parte ſimiliter ad ſtatutum voluerint ſe referre, quia vna pars aliam declarat. l. vtrum.ff.de peti. hæredi.cum ſimil.

3 ¶ Tertiò, quia in conceptione pacti lucri dotalis dictum fuit pacto.&c.& illa dictio &c. cætera abbreuiate ſcripta & poſita includit ea, quę ex natura actus & negocij, & ſecundum conſuetudinem apponi ſolent, Bar. & communiter Doctores in l. Gallus. §. idem credendum.ff.de libe.& poſth. ex natura aũt actus, & de conſuetudine eſt, vt in inſtrumentis dotalibus apponantur clauſulæ, quæ relationem habeant ad diſpoſitionem ſtatuti, idcircò per eam dictionem &c. tacitè cenſebitur habita relatio ad ſtatutum.

¶ Iſtis non obſtantibus iudicio meo veriſſima eſt præfatorum dominorum Conſulentium, & ſubſcribentium concluſio. Cõſidero in inſtrumento dotali tria principaliter acta fuiſſe. Primò conſtitutam fuiſſe dotem Dominę Blancę in Duc. 4000. ſoluendam partem tempore contractus, prout etiam fuerat ſoluta: partem verò in tribus terminis & ratis. Secundò, maritum & ſocerum ſe obligaſſe pro eadem dote habita, & habenda. Tertiò, cõuentum fuit, quòd præmoriente Domina Blanca maritus lucraretur dimidiam dictæ dotis: Sed ſic eſt, quòd dos, de qua dictum fuerat, erat Duc. 4000. ergo attento tenore pacti maritus lucratur Duc. 2000. & certè verba pacti ſunt adeò clara, vt nullatenus cauillari, vel inficiari poſſint. vis tota conſiſtit in reſolutione obiectorum. Ad primum itaque reſpondetur, quòd contrahentes videntur ſe velle conformare cum diſpoſitione iuris communis, vel municipalis, quando verba contractus id patiuntur ſe-
4 cũdum eorum ſignificationem, vt in emphyteoſi accepta pro ſe, & filijs ſuis maſculis, & fœminis, tunc etiam quod ordine ſucceſſi-

uo admittant nihil, repugnant ſignificationi eorum verborum: Diuerſum autem eſt, quando verborum ſignificatio illud importare non poſſet, puta retentis eiſdem terminis, quia emphyteoſis eſſet accepta pro maſculis cum fœminis, tūc enim, quia verba ſunt clara, intelligerētur ordine cōiūcti uo nō ſucceſſiuo. Bal. in l. quotiēs. C. de ſuis & leg. Dec. cōnſi. 208. nume. 4. Nam in claris non eſt opus coniecturis. l. ille, aut ille. ſ. cum
9 in verbis. ff. de leg. iij. l. continuus. ſ. cum ita. ff. de verb. oblig. In propoſito autem verba illa, quòd maritus lucretur dimidium dictæ dotis, expreſsè includūt dimidium totius dotis: Igitur cū clara ſint: Et de poteſtate paciſcendi nulla fieri poſſit dubitatio: nō poſſunt reſtringi ad dimidium dotis datæ tantum: Nam fieret violentia verbis, quod nullatenus iura permittunt: immò pacta cōuenta ob ſeruari iubent, Et præſertim pacta dotalia. l. legem. C. de pactis toto titulo. ff. e. C. de pactis dotal.

7 ¶ Ad ſecundum reſpondetur qd̄ ibi fuit habita relatio ad formam ſtatutorum circa redditionem alterius medietatis, vt ſcilicet reſtitutio fiat ijs, quibus iuxta formā ſtatutorum reſtituenda eſſet, vt ſi ex forma ſtatutorum aliquæ prȩferantur in ſucceſſione Dominæ Blancæ, quæ alias de iure communi non præferrentur: illis fiat reſtitutio: ſeu quibus ipſa in ſuo legaſſet teſtamento. Quo verò ad aliam medietatem, quam lucraturus eſt maritus nulla habita fuit relatio ad ſtatutum: Et ideò ad eā partem ſtatuti diſpoſitio trahi non debet, cum partes id non expreſſerint: cum tamen facilè illis fuiſſet exprimere. l. vnica. ſ. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tol
len. prȩterea nūnquam fieri debet relatio alicuius qualitatis, per quā induceretur correctio in parte prȩcedenti. l. cum vulgari. vbi Bar. ff. de do. prælega. not. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. ſed ſi qualitas ſtatuti referretur ad alteram dimidiam, de qua ſupra dictum fuerar, corrigeretur ea conuentio, quæ de rota dote loquebatur, & reduceretur ad dimidiā dotis datæ tantum, ergo huiuſcemodi relatio nullatenus fieri debet: quia, immo ex ea cōuētione fundatur, ineuitabitabiliter concluſio noſtra: Nam ſi Domina Blanca de altera dimidia dotis conſtitutȩ teſtari poteſt, vel eam in ea habere ſucceſſores ab inteſtato, ſiue dos ſit data, ſiue non ſit data: Alteram autem dimidiā maritus pro lucro ſuo conſequi debet: igitur ex neceſſitate correlationis ſicuti dimidia, quæ eſt in diſpoſitione d. Blancæ complectitur dotem datam & promiſſam: pariter & altera dimidia, quæ cedit lucro mariti complectetur dotem vtriuſque

que qualitatis datæ &c. promiſſæ.
9 ¶ Ad tertium dico verum eſſe qđ regulariter illa dictio & &c. ſupplet clauſulas de iure, & de conſuetudine ſolitas apponi. Vnde ſi illa abbreuiatura foret extendenda diceretur pacto inter ipſas partes ſolemni ſtipulatione firmato: ſic etiam & nō aliter ſuppleretur illa abbreuiatura: Quatenus verò pertinet ad lucrum mariti quin conuentio reperitur extenſa: propterea præſumeretur in ſtipulationē tranſiuiſſe, idcircò exequenda foret, quamuis non videretur de cōſuetudine, &c. de iure municipali: Ratio eſt, quia inſtrumentum inter partes facit plenam &c. probatā probationem. l. cum precibus. C. de probation. Et hoc duobus exemplis demonſtrare ſufficiet: Si enim in inſtrumēto diuiſionis celebrato inter duas partes, quæ eſſent fideicōmiſſo reciproco inter ſe grauatæ, reperiretur appoſita clauſula ad habendum &c. Tali caſu illa dictio &c. ita extenderetur, &c. per tales clauſulas per quas non induceretur remiſſio fideicommiſſi reciproci, prout eſt de natura diuiſionis. Sed ſi in inſtrumento eſſet appoſita clauſula ad habendum, tenendum, vendendum, &c. alienandum, & quicquid ipſis fratribus, & hæredibus ſuis de rebus vt ſupra diuiſis placuerit perpetuo faciendum, tunc iſto caſu, quia talis cluaſula extenſa reperiretur, &c. eſt incompatibilis cum fideicōmiſſo: propterea reſultaret remiſſio fideicommiſſi, quamuis repugnaret naturæ actus. Et hoc ideo, quia conuētio partium à iure non improbata mereretur executionem, ita poſt Barto. concludunt Doctores in l. qui Romæ. §. duo fratres in 8. q. ff. de verb. oblig. Sic etiam ſi in inſtrumento venditionis dictum & ſcriptum reperiatur promittēs de euictione &c. venditor tenebitur de euictione iuxta iuris diſpoſitionem: vnde ſi contingat rem euinci ex natura rei non tenebitur, vel ſi de facto, aut per arbitrium. Vt poſt alios tradit Tiraquell. de Retract. mun. ſ. j. glo. 9. nume. 34. 35. &c. ſeq. Quod ſi in inſtrumento venditor promiſerit de euictione quomodocunque &c. qualitercunque rem euinci contingat Q:uamuis clauſula iſta videatur extranea & non de natura actus, & negocij: nihilominus quia in ſtipulationem & cōuentionem partium tranſiuit: exequenda eſſet quocunque modo res euincatur. Glo. Bal. & Flor. in l. cum pœna. ff. de arbitris. Imo. & Alexan. in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de lega. j. cum alijs, vt per Tiraquell. de Retract. mun. ad finē tituli. nu. 98. Ex quibus omnibus infertur clauſulā de lucrando dimidiam dictæ dotis Duc. 4000. omnino exequendam eſſe, cum tranſierit in ſtipulationem

nem & conuentionem partium, non obſtante, quòd non videatur conuenire diſpoſitioni ſtatutorũ & naturæ actus.

Marcus Antonius de Peregrinis I. V. D. Aduocatus in cauſa.

SVMMARIVM.

1 *In omnibus diſpoſitionibus, & in ſpecie in ſtatutis mens, & ratio attendi debet potius quàm verba; etiam quando ratio non eſt expreſſa.*

2 *Ratio legis, aut ſtatuti eſt anima; verba autem velut corpus.*

3 *Ratio eſt illa, quę regit & moderatur diſpoſitionem.*

4 *Illud, quod ratione continetur, dicitur expreſſum.*

5 *Expreſſum dicitur illud, quod ex expreſsis colligitur.*

6 *Etiam quod in diſpoſitione ſint verba reſtrictiua.*

7 *Et etiam quod ratio non ſit expreſſa.*

8 *Ratio ſtatuti de lucro dotis per maritum faciendo eſt propter onera matrimonij & expenſas vide nu. 12.*

9 *Idem eſt quod ratio ſit expreſſa vel non, ſi modo Vnica tantum aſsignari poteſt.*

10 *Sufficit, Vt vel in aliquo conſulatur amico.*

11 *Maritus dicitur habere dotem ex cauſa oneroſa, non autẽ lucratiua.*

13 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius ſtatuendum eſt.*

14 *Non eſt addenda afflictio afflicto.*

15 *Statuta ita intelligenda ſunt, ne meretur à ſapiẽtibus reprahendi, & ne abſurdum ſequatur.*

16 *Communis vſus loquendi magis attenditur, quàm ſtricta verbi proprietas.*

17 *Mulier dicitur dotata, licet dos ſit tantũ promiſſa, immo & ſi ſit tantum deſtinata dos.*

18 *Statutum de lucro dotis per maritum, qui vxorem traduxit, habet locum etiam ſi nõdum traduxerit.*

19 *Dos confeſſata minus dicitur dos, quàm dos promiſſa, & nu. 21.*

20 *Dilatio ad ſoluendum non impedit ortum obligationis.*

21 *Priuilegia dotis conceſſa competunt doti promiſſæ, Non tamen ſic doti confeſſatæ.*

22 *Dos promiſſa dicitur conſtituta.*

23 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt, & pacta ſunt ſeruanda.*

24 *Pactum fieri poteſt in iſta materia etiam diuerſum à ſtatuto. Dummodo non ſit expreſsè prohibitum per ſtatutum.*

In eadem materia.

EX PLVRIBVS aliàs oſtendi in ſimili caſu mihi tũc oblato ſtatutum Patauinum de lucro dotis per maritum faciendo, mortua vxore in matrimonio ſine liberis locum habere etiam reſpectu

ctu illius partis, quæ tempore con tracti matrimonij promiſſa fuerit, ſed nondum ſoluta: Eſto etiã quod ſtatutum loquatur de dote data: Conſiderata potiſſimum mente, & ratione ipſius ſtatuti: quæ mens, ſeu ratio attendenda potius eſt, quàm verba, etiã in caſu in quo verba, & mens inuicem
1 pugnarent: Quod tamen in ſtatu to iſto ſecus eſt, vt infra ſubijciã. Namq; in omnibus diſpoſitionibus hoc procedit, vt mens, & ratio ſit in primis conſideranda: Sed in ſpecie etiã in ſtatutis hoc 2
procedit, vt alia nunc omittam, breuitatis gratia, aliàs dixi. In ſtatutis ergo quod mens & ratio ma gis quàm verba ſint attendenda, tradit Bar. in conſi. 208. col. 2. ver. quintò eſt videndum volu. 3. Caſtren. conſi. 275. col. antepen. poſt prin. uer. Et iſta pars vol. 1. Petr. de Anch. cõſi. 112. col. 2. ver. præterea, 3
aduerte, vbi quando militat eadẽ ratio ſtatuti, Licet etiam non ſit expreſſa, eadem tamen cenſetur eſſe mens ſtatuentium: Neque tunc dicitur fieri extenſio, ſed illud di- 4
citur expreſsè prouiſum, & ibidẽ per eum. Idem ferè in terminis noſtris, tradit Riminal. in conſi. 193. col. vlt. & per totum, vbi conclu dit in effectu ſtatutum huic noſtro ſimile de materia dotis loquens in caſu vero habere locum etiam in caſu ficto. Nec dicatur quod in caſu ſuo verba erant ſim

plicia, ſeu indefinita. In ſtatuto au tem Patauino, in quo nunc loqui mur verba ſpecifica, quia loquitur de dote data: Nam reſpondetur quod rationes, quibus mouetur Rimin. ibi ſunt generales, & fundat ſe in ratione ſtatuti, & in eius mente. ¶Hoc ſic ſtante dico rationem huius ſtatuti militare, etiam in illa parte dotis, quæ fuit a
tempore contracti matrimonij conſtituta, licet nondum ſoluta fuerit, & per conſequens quod hæc fuit mens & diſpoſitio iſtius ſtatuti. Ratio enim legis & ſtatuti eſt anima, verba autem ſunt velut corpus, & ſuperficies, quæ ab ipſa ratione veluti ab anima regũtur, & moderantur per ſupradicta. Et eſt tex. in c. intelligentia de verb. ſi gnifi. in c. ſecundo requiris de ap pell. in c. humanæ aures 22. q. 5. in c. marchion & baſilides, 1. q. 1. in c. ſedulò 38. diſtinct. Ratio enim diſpoſitionis eſt illa, quæ ampliat reſtringit, & denique prorſus mo deratur ipſam diſpoſitionem, veluti Artemon nauis, vt tradit Rimin. in conſi. 144. nu. 8. Quinimmò illud, quod ratione diſpoſitionis continetur, dicitur in ipſa diſpoſitione expreſſum: Adeò ſanè vt nec extenſio aliqua tunc dicitur, ſed potiùs compræhenſio, qđ multum egregiè declarat Pau. Ca b
ſtren. conciuis meus in conſi. 83. volu. 2. vbi loquitur in ſtatuto, & quidem a iure communi exorbi-

tante

5 tante, immò correctorio, & dicitur quod lex intelligitur dicere non ſolum illud, quod verbis eſt expreſſum, ſed etiam illud, quod ex expreſſis tacitè colligitur, vt ibi per eum. & Oldra. in conſi. 185. in fi. dicit, quod in caſibus, in quibus militat eadem ratio, lex non dicitur extēdi, ſed enucleari: Et hoc di-
6 cit procedere etiā ſi adeſſent verba reſtrictiua in ipſa diſpoſitione vt in caſu ſuo. Et quod idem dicit in cōnſi. 268. col. 2. verſi. quartò pro hac eadem parte, vbi vult qđ quādo eſt eadem ratio, licet verba deficiant, Non tamen deficit mens: Et illud, quod verbis legis
7 eſt omiſſum, non eſt omiſſum religioni iudicantis: Et idem dixit Abbas in conſ. 1. col. 3. ver. vltimò adducó pulchrum motiuum. Alexan. conſi. 52. col. 3. in fi. vol. 4. vbi nedum in vltimis voluntatibus, ſed etiam in legibus, & in ſtatutis hoc dicitur procedere, etiam quod ratio nōn ſit expreſſa: per illum tex. quem dicit celebrem in l. Quamuis. C. de fideicom. & in conſi. 5. in fi. volu. 5. Soci. in conſi. 227. col. 2. ver. Et ſtante præmiſſa concluſione, cum infinitis alijs, quæ adducere poſſem, ſed breuitatis gratia omittuntur.

8 ¶ Modo in propoſito dico verū eſſe in iſto ſtatuto nullam eſſe expreſſam rationem, tamen cōmunis ſentētia Doctorum eſt, quod illa ſit ratio, videlicet onera quæ ſuſtinet maritus in matrimonio, & expenſæ, quas cogitur facere vt plurimum, immo ſemper ille, qui vxorem ducit: vt experientia, quæ eſt efficax rerum magiſtra, docet vulgato. c. quām ſit, de elect. in vj. Immo dicit Abb. in præallegato conſi. 1. col. pen. Quòd nulla alia ratio ad iſtud ſtatutum aſſignari poteſt: Et idem concludit Rolan. à Valle in ſuo tracta. de lucro do. in 4. q. vbi & ipſe de cōi atteſtatur. Licet ergo ratio iſta nō ſit expreſſa in ſtatuto, cū tamē ipſa iſta
9 ſola approbatur per Doct. perinde habetur, ac ſi fuiſſet expreſſa, Glo. in l. Quàmuis. C. de fideicō. vbi Bal & alij not. & in l. maximū vitium. C. de liber. præter. Rimin. conſi 235. col. 3. verſi. nec prędictis obſtat. Idem Bal. in conſi. 433. nu. 2. & 3. Dicit quod ratio & mens legis idem eſt, & quod iſtud procedit etiam, quod ratio non ſit expreſſa in illa diſpoſitione. Cum igitur hęc rō verificata ſit, & militet in caſu noſtro, quia verum eſt, quod iſte maritus onera matrimonij ſuſtinuit, & expenſas maximas in vxore traducēda fecit, pro ut in facto notū eſſe præſupponitur, ſequitur diſpoſitionem ſtatuti de lucro dotis ſibi ab initio promiſſæ, licet nōdum ſolutæ locum habere, cum ratio ſtatuti verificata ſit. Nec ideò quia maritus hoc commodum fecerit ſocero, dum ei dilationem partis dotis fecit,

aliud

aliud damnum illi inſurgere de-
bet, vt ſcilicet amittat partem il-
lam · Ratio enim iuris, & æquita
tis hoc nõ patitur, quinimmo po
10 tius cõtrarium ſuadet: Quia com-
modum ſocer ex dilatione fuit
aſſecutus, maritus autem damnũ,
ergo &c. arg. l. ſecundam natu-
ram. ff. de reg. iur. & l. cum qui. ff.
de iureiur. Sufficit enim vt vel in
aliquo conſulatur amico. l. tutori.
C. de nego. geſt. Satis ergo ſit ſo-
cero, ſi commodum ex dilatione
habuit, & non etiam vellit ex hoc
etiam damno afficere maritum,
vt etiam lucrum illius partis amit
tat: Quia non ita conuentum
fuit, ſed illud tantummodo, vt di
lationem habeat. Immo potius
contrarium actũ videtur (vt mox
dicam) vnde ex ſupradictis appa-
ret, maritum conſequi hanc par-
tem dotis (defuncta vxore) ex cau
ſa oneroſa non autem lucratiua,
11 vt not. Glo. in l. ſi donaturus. §.
vlti. ff. de condict. cauſa data & c.
¶ Non omitto etiam dicere quod
maritus fortè maiores expenſas
fecit in traducẽda vxore, & in ma
trimonio ſuſtinendo, occaſione
quantitatis dotis ſibi conſtitutæ,
quàm feciſſet, ſi minor dos ſibi
fuiſſe promiſſa, & ſic quodammo
do deceptus remaneret ab iſto
ſtatuto, ſi quidem ita interpreta-
12 retur. ¶ Sed etiam ſi velimns dice-
re aliquam aliam ex rationibus,
quæ ad iſtud ſtatutum aſſignari
poſſunt, præter illam, de qua ſu-
pra militare, aut conſiderari de-
bere, puta quod ſit in ſolatium
mariti ob vxorem amiſſam, vel ob
fœdus matrimonij: prout has re-
fert Rolan. in allegata ſua 4. quæ-
ſtione: Idem tamen erit dicendũ:
Quia ſemper verum eſt illas mili-
tare etiam in parte dotis promiſ-
ſa, & non ſoluta: verum enim eſt
vxorem deceſſiſſe, & fœdus matri
monij extitiſſe, ergò idem ius ſta-
tuendum. l. 4. §. poſthumus. ff. de
13 iniuſto rupto, irritoq́ue teſtamen
to. l. à Titio. ff. de verb. oblig. cum
vulg. & per ea, quæ ſupra per me
adducta fuere. Quinimmò ſi pri-
mam communem rationem con
ſideramus, videlicet propter ex-
penſas, & alia onera matrimonij
videtur magis militare in parte
dotis nõ ſoluta, quàm in ea quæ
iam ſoluta fuit: Quia maritus ma
ius incommodum & damnũ paſ-
ſus fuit ratione illius partis non
ſolutę, quia difficilius ſuſtinuit o-
nera matrimonij, quia ſibi ſoluta
non fuit, & ſic caruit illo commo
do, quod percipere potuiſſet, Ideò
non eſt addenda afflictio afflicto.
14 l. diuus. de officio præſid. l. ſatiſq́;.
de in ius voc. expreſſior tex. in c.
percuſſit 7. quæſtione j. tradit An
cha. in conſi. 52. in prin. vnde iſta
ſine dubio eſſet abſurda, & abſo-
na interpretatio ad iſtud ſtatutũ,
ſi minus lucraretur maritus, vbi
magis patitur, & maius ſuſtinet

 damnum.

15 damnum. Statuta autem ita intelligenda ſunt, ne mereantur à ſapientibus repræhendi,& vt abſurdum ceſſet.l.nam abſurdum.ff.de de opor. liber. l Pomponius ſcribit.ff.de nego.geſt. Per quem tex. hoc dicit eſſe validiſſimum. arg. Bal.in conſi.29.col.2.in fi. volu.j. Pau.de Caſt.in conſ.110.ver.iſtud autem uol j. Soci. Iun. in conſi.1. nu.122.uol.j.Cum multis alijs gratia breuitatis omiſſis. Sed in ſpecie in tali ſtatuto hoc conſiderat Rimin. in conſi.487.col.pen.uer. ad ſecundum reſpondetur, ubi fortius uult ſtatutum in materia iſta loquens de uxore uerificari etiam in ſponſa per uerba de futuro,ne aliàs abſurdum reſultet, Et quod ipſe dicit in conſi.40. colu. pen. uerſi. & propterea ſtatuta. ¶Non obſtát ſtatuti uerba, quæ loquuntur de dote data.Nam dico, quod iſtud ſtatutum non ita loquitur de dote data, ut excludatur promiſſa, ſed loquitur de dote data habito reſpectu ad tempus conſtitutionis dotis: Quia dos data intelligitur etiam illa, quæ promittitur,ſecundum communem uſum uerborum,& ſecūdum communem uulgi modum loquendi. Qui communis uſus loquendi magis attenditur, quàm
16 ſtricta uerbi proprietas. Bar. in l. librorum.§.quod tamen caſius.ff. de leg.iij. Idem Bar.& alij in rub. ff.de no.ope.nun. Ange.in conſi. 104.in fi. Immò dicit Bal.in conſ. 183.volu.2. quod vulgi appellatio ꝑ iure habetur. Et Abb. in C 2.in 2.not de arbitr.dicit.In quacūque materia quāuis odioſa, & reſtringibili communis vſus loquendi attenditur. Et in terminis tradit Brun.in ſuo tract.quod ſtantibus maſculis in 6.not.quæſtione 7. vbi licèt dubitet,an mulier cui fuerat promiſſa, vel conſtituta dos, nondum contracto matrimonio poſſit dici dotata ad effectum, vt excludatur à ſtatuto, tamen ſine dubio hoc tenet,& dicit eſſe verū, quando iam eſt contractum matrimonium: Quia dicit hoc idem eſſe in ſtatuto, quod defert marito lucrum dotis, vt habeat locum etiam in dote promiſſa, cōtracto iam & ſubſequuto matrimonio, & hanc dicit eſſe communem opinionem, & allegat Pau.Caſtren. Alex. & alios vt nu.216. & 222. In iſta enim materia non attenditur ſolum actus realis, & effectualis traditionis, ad hoc vt dicatur dos, aut adhoc vt mulier dicatur dotata, ſed etiam ſola promiſſio
17 ſufficit: Quinimmò & ſola deſtinatio etiam ante nubilem ętatem facit vt dotata dicatur etiā in materia ſtatuti. Barto. in l.Titio centum.§.Titio genero in ver.quæro ſtatutum. ff.de condi. & demonſtra. Sequitur & communem dicit Alciat. in conſi.20. in fi.lib.9. Et tamen dos verè, & propriè nō poteſt

poteſt dici ſine matrimonio.l.3. ff.de iure do. Adeò quod forte ma ior eſt impropriatio iſta, vt dos di catur, vbi nullum prorſus eſt matrimonium, immò nec potuit eſſe contractum, cum nondum nubilis illa erat, quàm quādo dos fuit pro parte data, & pro parte promiſſa. Et per ſupradictas rationes, videlicet attenta potius mente ſtatuti, quàm illius verbis, ita in
17 materiam iſtā determinat Rimi nal.in conſi.487.vbi ſtatutum loquebatur de vxore ducta per maritum, quod ipſe lucretur partem dotis, vxore defuncta in matrimonio ſine liberis: vult tamen illud habere locum etiam in ea, quæ nondum fuerat traducta ad domum mariti: Licet verba ſtatuti aliter dicerent, vnde apparet in huiuſmodi ſtatutis mentem & rationem conſiderandam eſſe, ac
18 communem uſum loquēdi. Cum enim quæritur, quæ nam dos fuerit data alicui, qui uxorem duxit, Non diſtinguitur pars illa dotis, quæ fuit promiſſa ab illa, quæ fuit tempore cōtracti matrimonij ſoluta, ſed attenditur tota quantitas ſimul, & ſic etiam illa, quæ fuit promiſſa, & dicitur ille habuit tantam dotem, ſeu illa mulier dedit tantam dotem, licet non tota fuerit ſoluta. Et ita omnes communiter loquūtur. Nam alioquin ſequeretur maximum abſurdum, quia ſi conſtituta tota dote certæ quātitatis, fieret dilatio totius, & traducta vxore per maritum cum magna expenſa, pendente dilatio ne ad ſoluendam vxor ſine liberis decederet. maritus nihil omnino de illa dote lucraretur. Quod eſſet abſurdum, & omnino contra mētem ſtatuti, & contra omnem rationem, ideò non ita eſt intelligēdum ſtatutum, vt ſupra dixi.

¶ Sed nos ſumus in caſu claro, & extra omnē difficultatem: quoniam ſtatutum expreſsè ſeipſum declarat, ſe non reſtringere ſuam diſpoſitionem ad dotem tantum actualiter, & effectualiter ſolutā,
19 Immò expreſsè dicit in vltimis verbis, Hæc omnia (ſcilicet quæ ſupradixit) habere locum etiam in dote confeſſatā: dos autem cōfeſſata nō dicitur vere data: Quin immò dos confeſſata minus dicitur data, & vera, quàm illa, quæ eſt promiſſa, ſed nondum ſoluta: Quia illa nec eſt data, nec ēt dabitur, iſta verò dabitur adueniente tempore, & ſoluetur: Et illa dicitur dos ficta & imaginaria: Hæc autem eſt vera, licet etiā ſit facta
20 tantummodo dilatio reſpectu ſolutionis, obligatio enim orta eſt, l. cedere diem.ff.de verb. ſignific.
21 ¶.omnis ſtipulatio, & ibi not.in- ſtit.de verb.obligat. Et quod longè diſtet dos confeſſata à dote vera, Apparet ex his, quæ habentur per Doctores in rub. ff. ſoluto ma trimo.item quod in maiori conſi

deratione legis, ſit dos promiſſa, quàm ſit dos confeſſata, apparet manifeſtò, quia quoad priuilegium tacitè hippothecæ, & etiam quoad priuilegium prælationis, nulla ſit differentia inter dotem datam, & promiſſam, immò cum tex. in l. aſſiduis. C. qui potio. in pign. habentur loqueretur de dote data, Barto. ibidem dicit idem eſſe in dote promiſſa. Et eum ſequũtur Doctores communiter, vt refert Boer. deci. 331. Non ſic autem eſt in dote confeſſata, vt per Glo. in d. l. aſſiduis. in verſi. datæ expreſſę dicitur, & Doct. communiter non eo modo loquuntur in dote confeſſata, prout in vera, ſed diſtinguunt, vt habetur in d. rub. ff. ſoluto matrimo. & tradit Boer. deciſio. 330. Neguſan. de pigno. in quarto membro ſecundæ partis principalis nu. 73. cũ multis ſeqq. vt nu. 76. 77. & etiam ex illis duabus deciſionibus Boer. 330. & 331. Bal. expreſſè in conſi. 333. vol. 4. vnde ex iſtis apparet, quod nedũ ex mẽte & rõne huius ſtatuti, ſed ẽt ex verbis expreſſis colligitur, q̃d non ſe reſtringit ad dotẽ effectualiter tãtum ſolutam, Immo quod multò quidem magis etiam intellexit de promiſſa, cum velit habere locum in dote confeſſata. ¶ Et ex prædictis etiam infertur, non obſtare illud, quod dicit Rolan. in quæſtione 6. in tracta. de lucro do. Quoniam in ſuo ſtatuto Mediolani non erat dictum, quod ea omnia vendicaret ſibi locũ etiam in dote confeſſata, prout erat in ſtatuto noſtro. Immo cõtrarium expreſſè præſupponit Rolan. ibi poſt nu. 3. dum alleg. Bal. in d. conſi. 333. vol. 4. vbi vult ſtatutum huiuſmodi non habere locum in dote cõfeſſata. At cum ſtatutum noſtrum expreſſè loquatur etiam in dote confeſſata, meritò &c.

22 ¶ Sed iſta omnia ex abundanti dicta ſunt, & pro vera intelligentia iſtius ſtatuti. Caſus enim noſter eſt extra omnem difficultatẽ: Quia conuentio inter contrahentes matrimonium inita circa lucrum dotis loquitur de dote conſtituta: Quo caſu non eſt dubitandum dotem etiam promiſſam venire, quia & illa eſt dos conſtituta. Nam Doctores etiam ante contractum matrimoniũ admittunt, quod dos promiſſa, ſeu etiam tantum deſtinata dicatur dos conſtituta, vt per Bar. & alios in d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonſtra. & colligitur ex his, quæ tradit Brun. in ſuo tracta. quod ſtantibus maſculi in 6. articulo principali q. 7. in princi. Ideo (quicquid dicat circa hoc illud ſtatutum) ſi partes pepigerũt, prout verò pepigerunt, de lucranda dimidia dotis cõſtitutę, illud ſeruandum eſt, tum ex vulgato dicto, quod contractus ex conuen-
23 tione partium legem accipiunt,

l. j. §.

l.j.§.ſi conuenerit.ff.depoſiti, & pacta ſeruanda ſunt.l.j. & l.iuriſgentium.§.ait prætor. ff.de pact. l.j.ff.de cõſti.pec.cum vulg. Tum
24 etiam ex his, quæ in ſpecie tradit Rolan.in allegato ſuo trac. dotis. quæſtione 102. vbi vult quod pactum valeat in materia iſta, etiam qđ contineret aliquid diuerſum à ſtatuto: Dũmodo non reperiatur expreſsè cautum per ſtatutum, quod nõ poſſit fieri tale pactum, vt illic per eũ in fine. Quod non reperitur in ſtatuto noſtro factũ: præterquàm quod iſtud pactum, de quo conuentum fuit inter partes nihil continet, quod ſit diuerſum à ſtatuto, vt ſupra dictum eſt.

LAVS DEO.

SVMMARIVM.

1 *Defuncto aliquo ab inteſtato nullis maſculis exiſtentibus, ſed ſolum relicta matre & ſorore ipſa ſimul æqualiter ſuccedant.*

2 *Si mater tranſit ad ſecũdas nuptias, amittit bona illa, & integra perueniat ad filios ſuperſtites ex priore matrimonio, & nu.6.13.& 15.*

3 *Mater pertranſitũ ad ſecundas nuptias amittit etiam legitimam.*

4 *Intellectus ad textum. in auct. defuncto.C.ad Tertull.*

5 *Correctio iuris in dubio non eſt admittenda.*

7 *Quando mater tranſit ad ſecundas nuptias de conſenſu etiam tacitè filiorum primi matrimonij, non amittit bona à priori viro prouenientia.*

8 *Nolenti non fit iniuria.*

9 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti ſui.*

10 *Iniuria cenſetur remitti ſimul commorando, & viuendo.*

11 *Animus qualis fuerit, ex ſubſequutis declaratur.*

12 *Voluntas non verbis ſolum, ſed etiam factis declaratur.*

14 *Cuilibet liberum eſſe debet de bonis ſuis ad libitum diſponere. Sed tamen ſecundum officium pietatis.*

16 *Dos eſt præcipua mulieris & hæredum ſuorum, & dicitur illius proprium patrimonium.*

17 *Æs alienum pertinet ad hæredes proportionibus hæreditarijs.*

18 *Onera hæreditaria potius ad fructus quàm ad proprietatem pertinent.*

19 *Maritus eſt dominus fructuum dotis propter onera matrimonij: ideò non imputantur in expenſis & melioramentis. Et idem de fructibus paraferalium, niſi mulier ſit proteſtata.*

20 *Compenſatio non habet locum, vbi de ea non eſt dictum. Quia facilè ei fuiſſet, dicere, ſi voluiſſet, & nume.22.*

21 *Legata ſic intelligenda ſunt, vt afferant maiorem vtilitatem legatarijs, quàm fieri poßit.*

22 *Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia.*

23 *Com-*

23 *Compenſatio fit etiam ipſo iure, & à lege.*
24 *Compenſatio duobus modis fit, & nu. ſeq.*
26 *Si debitor quãtitatis legat ſpeciem, vel è contra, indiſtinctè non eſt locus compenſationi.*
27 *Animus ſeu voluntas ad ignota non trahitur.*

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

EX I I S, quæ in facto propoſita mihi fuere, tres elliciuntur, in iure dubitationes, quarum prima eſt. An, & pro qua parte Mag. olim Domina Benuenuta ſucceſſerit in bonis, & hæreditate Petri de Aliprandis, eius filij ex priori
1 matrimonio, nempè ex D. Baptiſta de Aliprandis: Qui Petrus deceſſit ab inteſtato, & (vt puto) in pupillari ætate, relicta prædicta
2 ſua matre, & Domina Heliſabeta ſorore pariter filia dictæ D. Benuenuta, & D. Baptiſtæ de Aliprandis. Cui Dominæ Benuenutæ ex teſtamento ſucceſſerunt nobiles de Candis nepotes ex Excellenti D. Petro filio ex ſecundo matrimonio contracto cum Magnifico Equite, & Doctore Domino Antonio. Secunda dubitatio eſt an portiones, ſeu credita de quibus in petitionibus dictorum de Candis veniant detrahenda. Tertia an legatum duc. 400. relictorum in teſtamento prædictæ Dominæ Heliſabetæ quatuor filijs ſu prædicti Excellen. olim D. Petri, quæ inſtituit hæredes vniuerſales Reuerendos Monachos ſanctę Iuſtinæ de Padua veniat compenſandum in creditis ſupradictis, necne.

¶ Capio primam dubitationẽ, in qua cũ (vt mihi præſupponitur) ſtatuta ciuitatis nihil de hoc diſponant, recurrendum eſt ad diſpoſitionem iuris communis. Et in hoc breuiter agendo videretur cuique prima facie dicendum Dominã Benuenutam fuiſſe omnibus bonis primi viri priuatam. Quoniam licèt verum ſit, quod Petro ex primo matrimonio ab inteſtato defuncto ſuccedat Benuenuta mater, & Heliſabet ſoror æqualiter, per textum in auct. defuncto. C. ad Tertull. & in corpore vnde ſumitur. Tamen per tranſitum ad ſecũdas nuptias (vt ipſa Domina Benuenuta fecit) priuatur proprietate illorum bonorum, & remanent, ſeu reuertũtur ad filios prioris matrimonij, & ſic ad D. Heliſabetam, vt eſt de hoc tex. in l. mater. C. ad Tertull. intelligendo de bonis prouenientibus ex priori viro, prout tex. ille loquitur, & eſt etiam tex. in l. fœminę, & in auct. ex teſtamento ibi poſita. C. de ſecundis nuptijs, & in auct.

in auct.vnde ſumitur,& not Sali-
ce.in d.l.fœminę.§.illud vbi in fi.
ponit quæſtionem in fortioribus
terminis, vt ibi per eum videri po
teſt.Et Soci.in conſi.34.col.1.& 2.
vol.j. & tradit Ioan. de Garron.
in d.auct. ex teſtamento.C.de ſe-
3 cũdis nup. ſub nu.19. & ſeqq. vbi
dicit iſtud procedere etiam quo
ad legitimam matri debitam in
in bonis filij: Quia illam quoque
amittit mater per tranſitum ad ſe
cundas nuptias, ſaltem quo ad
proprietatem: & ita dicit limitari
tex.in l.omnimodo, cum Glo. in
verſi.alijs.C.de inoffi. teſtam. vbi
aſcendentibus ita dicitur debita
legitima quemadmodum & de-
4 ſcendentibus:Et licet tex. in auct.
defuncto.C.ad Tertull. in vltimis
verbis videatur aliquibus in hoc
feciſſe difficultatem, dum dicit v-
bi nulla ſecundarum nuptiarum
fit mentio,quaſi dicere vellit, ma
trem ſuccedere filio, non habita
conſideratione, an ſecundo nu-
pſerit,vel non. Sed indiſtincte il-
lud procedat, & ſic quod in hoc
alia iura corrigantur. Et ideò ali-
qui videntes non aliter effugere
poſſe hanc difficultatem,dixerunt
illa eſſe verba Irneij: Et in corpo-
re,vnde ſumitur illa auct. nequa-
quam reperiri verba illa.

¶Ego tamẽ pro vero intellectu
illius tex.aliter puto verba illa eſſe
intelligenda. Ita vt nec alia iura
correcta per illum tex. cenſean-
5 tur. Quod in dubio non eſt di-
cendum.l.præcipimus in c.de ap-
pella. l.ſancimus. C.de teſtamen.
c.cum expediat de elect. in 6.nec
etiã dicamus Irn. voluiſſe ex ſuo
capite addere verba ex quibus a-
lia iura corrigantur. Sed illorum
verborum ſenſus ſit, videlicet in
caſibus, in quibus ſecundæ nu-
ptiæ ſecutæ non fuerunt, Quia.ſ.
mater non tranſiuit ad ſecundas
nuptias:tunc enim verũ eſt, quod
mater ſuccedit vnà cum fratre fi-
lij ſui ab inteſtato defuncto. Et
ita intelligendo ille tex. concor-
dat cum alijs iuribus, & omnes
difficultates ceſſant, & hoc ſit in-
cidenter dictum. Ad rem autem
noſtram redeundo illam conclu-
ſionem, quod mater tranſiens ad
ſecundas nuptias priuetur pro-
prietate bonorum filij prioris ma
trimonij, ſequitur Brun.in tract.
quod ſtãtib. maſculi,&c. in octa-
uo artic.q.15.in fin. Dec.in conſi.
87.col.3.verſi. & hoc etiam proce-
dit,Ruin.conſi.58.vol.5.cum alijs
multis,quos conſulto omitto.

¶Verum iſtis non obſtantibus
7 contrarium in caſu noſtro puto
eſſe verũ:Illa enim quę dicta ſunt,
vera ſunt,& rectè procedere poſ-
ſunt in caſibus ſuis. Verum illa
concluſio non procedit, quando
mater tranſiuit ad ſecunda vota
de conſenſu expreſſo, vel etiam ta
cito ipſius filij prioris matrimo-
nij.Ita egregiè,& notabiliter hãc
conclu-

concluſionem limitat,& declarat Ang.in conſi.396.col.vlt.ver. Hęc autem regula,& in auct.de non elig. ſecundò nub.colu.3. verſic. & prædicta.nu.8. Nam tunc ceſſat ratio, quod filijs prioris matrimonij fiat iniuria, quando mater ſecundo nubit: ad quam iniuriam reprimendam lex priuat matrem proprietate illorum bonorum.§. proſpeximus in auct. de non elligendo ſecundò nub. & §.
8 ſoluta in auct. de nup. Volenti.n. non fit iniuria.C.ſcienti de regu. iuris in 6.l.j.§. non vſque adeo.ff. de iniurijs. l. cum donationis.C. de tranſact.Signor.conſi.236.col. j.verſic.modo ſic infero dicit etiã Ange. in d.conſi.396. quod plerunque expedit etiam filijs, vt mater ſecundo nubat,vt propter mal lam fortunam viduitatis non expediebat puellæ matrem ſuam ſine marito remanere: vel quia ad continentiam non erat apta: vel quia reuerentia ſibi non præſtabatur,ſed negligebatur: Aut quia res, & bona ſua non rectè & diligenter gubernabantur: cum mulieres non ſint ad huiuſmodi negocia apta, vt experientia rerum magiſtra docet: Et hanc eandem declarationem Ange.refert, & copioſe confirmando ſequitur Dec. in conſi.206.& conſi.603. vbi dicit,quod etiam tacitè filij, de quibus in caſu ſuo, remiſiſſe cenſentur iniuriam matri,quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias, quoad effectum iſtum, vt illa non priuetur bonis, etiã quoad proprietatem. Et arguit ab eorum ſcientia, etiã præſumpta,quod matrem ſciuiſſe præſumitur tranſijſſe ad ſecundas nuptias.Quia coniunctus pręſumitur ſcire facta ſui coniuncti: 9
l.de tutel.C.de in integ. reſtit.in iu.l.octaui.ff. vnde liberi cum ſimil.Et ſic in caſu Decij ex ſcientia præſumpta præſumit remiſſionẽ iniuriæ.Item quia matrimonium illud erat publicum, & notorium in loco, &c. vt ibi per eum plene.

¶ Quæ cum ita ſint, nulla dubitatio prorſus erit in caſu noſtro, quia non ſolum habemus ſcientiam præſumptam,ſed certam,& indubitatam Dominæ Heliſabetæ, quod eius mater tranſiuit ad ſecundas nuptias.Item quod non præſumptiue tãtum remiſerit iniuriam,ſed vere, & certitudinaliter, Immò verò quod nunquam ſibi reputauerit ad iniuriã, quod mater ſua ſecundo nupſerit. Iniuria enim dependet ab animo, & animus ex ſignis extrinſecis demõſtratur qualis fuerit.Nam prætérquam quod ipſa dum fuit puella, ſtetit ſemper in domo ſecundi viri matris ſuæ, & ab ipſos ſemper educata: Ipſa etiam poſtquam fuit facta adulta matrimonium contraxit cum fratre ſecundi viri, videlicet cum Magnifico Equite Domino Hieronymo de Candis, ac in

ac in eadem domo ſemper ſtetit,
& habitauit vnà cum ipſis ſemper
communiter viuendo cum matre
& vitrico, nulla vnq̃ inter eos
facta aut nec etiam petita diuiſio-
ne aut ſeparatione per totum tem
pus, quo vixit idem Magnificus
D. Antonius eques, & ipſe ac Do
ctor, q̃ mortuus eſt de anno 1529.
& ſucceſſiuè etiã cum matre iterũ
vidua relicta perſeuerauit cõmo-
rari ipſa Domina Heliſabeta vſq;
ad illius mortem in eadẽmet do-
mo, & etiam vſq; ad mortem di-
cti Magnifici equitis D. Hierony
mi ſui mariti, qui deceſſit de an-
no ſemper in eadem domo
honorificè, & magno cum hono
re viuendo: Vnde ipſius Iſabetæ
dignitas & nobilitas fuit ſibi ab il
la domo potius aucta, quàm ali-
ter: Et ſic verificari poſſunt ea,
quæ ad iſtud propoſitum dicun-
tur per Ang. in conſ. 5. per me al
legato, vſ. quòd quandoque ex-
pedit filijs, vt mater ſecundo nu-
bat, nedum illis nullam infert in-
iuriam: Et ideò ipſa D. Iſabeta
non ſolum nunquam contradixit
ſecundo matris ſuę matrimonio,
ſed nec vllum vnq̃ vel minimum
ſignum aut inditiũ dedit non
libenter approbandi illud matri-
monium, immo verò cum ipſis
matre & vitrico ſemper vſq; ad
illorum mortem perſeuerauit vi-
30 uendo: Quo caſu videtur remi-
ſiſſe iniuriam, vt dicit Bal. in auct.
ex teſtamen. col. 2. ver. Sed ſtatim
quęro pone quòd Berta. C. de ſe-
cundis nupt. Quinimmo verius
dico quòd iſta nunquam ſibi tri-
buit ad iniuriam, quod mater ſe-
cũdo nupſerit viro nobili diuiti,
& maxima auctoritate & exiſti-
matione prædito: Quod enim
12 quis ſibi ad iniuriam aliquid tri-
buerit, ex eius animo pendet, ani
mus autem ex ſubſecutis declara-
tur. l. Iulian. §. proinde. ff. ad Mace
don. & l. concubini. §. res amotas
ff. rerum amot. §. Pauonum inſti.
de rerum diuis, cum alijs allegatis
per Caſtren. qui hoc idem dicit in
conſ. 155. col. 11. vol. 3. Crau. conſi.
101. ver. Quinto ex obſeruãtia, cũ
multis alijs concord. Et quod tra
dit in materia iſta Anch. in conſ.
21. col. 3. ver. Item nec patris. nu. 7.
Vbi pater, qui matrimonio per
filium contracto nõ contradixit,
conſenſiſſe intelligitur, & etiam
remittere ius, quod ſibi propter
illud matrimonium contractum
competiiſſet: Et voluntas nõ ver
bis ſolum, ſed etiam factis demõ
ſtratur. l. Paulus ff. rem notam ha-
beri. l. reprendenda. C. de inſtit. &
ſubſtitut. ſub condit. fact. Bal. in
Magar. ad Innocent. in ver. Fides
implicita. Idẽ Crau. conſ. 73. col.
3. ver. ſed arguitur. Sed iſta D. Eli
ſabeta factis ipſis abundè declara
uit mentem ſuam, q̃d non ægrè
tulit ſecũdum matrimonium ſuæ
matris, poſtquam ſemper ſecum

vixit, & nuptui, & ipſa tradita
13 fuit fratri Victrici. Et ſic apparet
quòd ſumus in caſu Ang. in dicto
conſil. 296. Decij in dicto conſil.
206. Roman. & aliorum per ip-
ſum illic allegatorum. Vltra quos
addo etiam eundem Decium in
conſil. 620. num. 4. & 5. Soc. in
regulis ſuis reg. 227. Mulier in fi.
Ioan. de Garron. in rub. C. de ſecũ
dis nuptijs, in ſecundo remedio,
nu. 4. vbi infinitos allegat, Et cõ-
cludit hoc eſſe veriſſimum & in-
dubitatum ſecundum Doctores;
Et allegat etiam Gloſſam in ver.
copulantur. in auctent. de non
eligendo ſecũdò nubentes. Quin
immo etiam pœna, quæ imponi-
tur mulieri ſecundò infra annum
luctus nubenti, poteſt remitti e-
tiam tacitè per maritum, & per
filios, ut per Riminaldum in cõſ.
458. num. 4. & num. 18. Iſta au-
tem tantò minori negotio in ca-
ſu noſtro procedere debent; quo
niam iſta Domina Iaſabeta deceſ
ſit nullis relictis nedum filijs aut
alijs deſcendentibus ſuis, ſed nec
etiam agnatis vllis. Quod qui-
dem conſideratur per Doctores, ut p
Bal. in auctent. ex teſtamento col.
2. verſic. Sed ſtatim quæro pone,
quod Berta; Alex. conſil. 63. col.
j. verſic. Sed hoc non obſtante,
volum. quinto. Et inſtituit hære-
des vniuerſales Reuerendos Mo-
nachos Sanctæ Iuſtinæ, qui ſunt
viri vtique religioſi, & digni etiã
maiori honore, & commodo;
Sed diuitias valdè affluentes poſſi-
dent: Et nepotes ex fratre priua
uit, in quorum domo ipſa ſem-
per educata fuit, & ſummo cum
honore ac dignitate habita &
tractata fuit per totum ferè tem-
pus vitæ ſuæ. Adeò ſanè quòd
iſta Domina ſatis contra æquita-
tem, & contra officium pietatis
hoc fecit, ut aliàs dixit Iuris Con
ſultus in l. 3. ff. de inoffend. teſta
men. Et præſertim nulla penitus
ſubſiſtente cauſa hoc faciendi;
Et ex hoc ceſsat, ſi quis forte
diceret, quòd mulier fecit teſta-
14 mentum, & cuilibet liberum eſt
de bonis ſuis ad libitum diſpo-
nere, l. j. Cod. de Sacroſanct. Ec-
cleſ. §. Diſponat, in auctent. de
nuptijs. l. j. in principio. ff. ad le
gem fal. l. verbis legis. ff. de ver-
borum ſignification. cum alijs:
Nam iſtud fateor, ſed tamen
conuenit, & lex hoc curæ habet,
vt etiam ſecundum officium pie-
tatis fiat iſta diſpoſitio, ut in di-
cta l. iij. de inoffen. teſtamento
apparet.

¶ Hæc autem dicta ſunt reſpe-
ctu portionis bonorum ſpectan-
tis ad ipſam Dominam Iſabetam
ex hæreditate Petri de Aliprandis
ſui fratris: Quoniam quoad por
tionem eorundem bonorum per
tinentem ad Dominã Beneuenutã
matrem dicti Petri: Non eſt du-
biũ aliquod, quia illa pertinet ad
hæredes

hæredes ipſius Dominæ Beneuentæ, non autem ad hæredes Dominæ Iſabetæ, & ſic ad Monachos Sanctæ Iuſtinæ; Quia ipſa nihil iuris in iſta portione habuit; per ea, quæ ſupra dicta ſunt: Ideò Monachi ſunt condemnandi ad dicta bona relaſſanda hæredibus Dominæ Beneuentę vnà cum fructibus, quoniam ipſa Beneuenta ſucceſſit Petro filio ab iteſtàto defuncto vnà cum Domina Iſabetà Petri ſorore æqualiter d. auct. de functo. C. ad Tertullianum, & in corpore. Nec illa bona vnquam amiſit, licèt tranſierit ad ſecundas nuptias, cùm filia ipſa his ſecundis nuptijs conſenſerit, ſi nō expreſsè, tamen tacitè neceſſariò, & re ipſa, vt ſupra dictum eſt: Et ideò ex prędictis apparet nihil obſtare ea, quæ in contrarium addu

15 cta fuere: Quia fateor matrem tranſeuntem ad ſecundas nuptias priuari proprietate bonorum prioris matrimonij ad fauorem ipſorum filiorum: Verum non procedit quando filij ipſi expreſsè, vel tacitè, & facto ipſo non contradicunt; Immo approbant ſecundum matrimonium, prout in caſu noſtro ſine dubio apparet: Et hæc, quo ad primam dubitationem dicta ſufficiant.

¶ Deuenio nunc ad ſecundam dubitationem, nunquid credita petita ſint deducenda? In qua parum erit inſiſtendum. Non enim dubium aliquod ſubeſſe poteſt, quin Magnifici de Candis vti hæredes in effectu Magnificorum Equitum Domini Antonij mariti Dominæ Beneuentæ ex ſecundo matrimonio, ac etiam Domini Hieronymi pariter Equitis mariti Dominæ Iſabetæ, & pariter etiam hæredes dictæ Magnificæ Dominæ Beneuentæ poſſint conſequi eorum acquiſitiones. debita ſoluta: expenſas factas: ędificia conſtructa: Melioramenta, & id genus alia, de quibus in petitionibus eorū. Et intelligo iſtas detractiones faciendas pro eorum portione ex parte bonorum Petri ſeu Baptiſtæ de Aliprandis, quæ pertinet ad Dominam Iſabetam; ſi modò volumus hanc illius diſpoſitionem ita contra omne fas, & contra omnem humanitatem ac pietatem ſubſiſtere ac ſubſti-

16 tuere: Et præſertim dos Dominæ Beneuentæ, quæ præcipua eius eſſe debet, & ſubinde filiorum, ſeu nepotum, & hæredum ſuorum. l. in rebus. C. de iure dotiū. l. j. ſ. illo procul dubio, & in ſ. igitur. c. de rei vxor. actionæ: Et dos dicitur propriū patrimoniū mulieris. l. 3. ſ. Sed et. ff. de minor. Quæ iura licèt loquantur contra bona mariti, tamen eædē prærogatiuæ doti cōpetūt, & cōtrà quęcunq; alia bona, in quib⁹ dos eſſe

17 reperiatur: Omne enim æs alienum hæreditarium ad hæredem

pertinet ſoluẽdum proportionib. hæreditarijs. l. j. C. ſi cert. petit. l. j. & ij. C. de hæreditat. action. Et eſt tex. in l. ſi quid poſſeſſor. ff. de petit. hæredit. in l. ſi à patie. C. de cõdict. indeb. tradit Roman. in cõſ. 276. ver. quoad Septium & ſeq. Et in ſpecie Datheæ & alia onera ſoluenda ſunt per eum, qui fructus
18 bonorum percepit; cùm onera huiuſmodi pertineant potius ad fructus, quàm ad proprietatem, vt per Iaſ. in l. apud Iulianum. §. Hæres in prin. in verſi. Secunda ratio, & ibi etiam Paul. de Caſtro de leg. j. Item impenſæ, & melioram. ſuper iſtis bonis facta ſine dubio deducũtur, præſertim cùm ſint perpetua, vt ædificia, & ſimilia, quæ ſunt vtilia & neceſſaria. l. j. §. inter neceſſarias, cum ſeqq. & ferè per totum titulum. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis. & per Roman. in loco ſupra citato.
19 Neq; in hoc caſu fructus ſunt cõputandi in iſtis expenſis, ſeu melioramentis. Quoniam maritus eſt dominus fructuum bonorum dotalium, quæ pro oneribus matrimonij ſeruiunt. l. pro oneribus. C. de iure dot. & etiam bonorum paraſernalium, niſi vxor contradixerit, vel niſi appareat maritum factum fuiſſe locupletiorẽ, Ideo lucratur fructus, & non cõputantur, ut declarat Alex. in l. domos hæreditarias. ff. de leg. j. col. j. ver. ſi autem. Sed quoniam in caſu noſtro melioramenta, vt ædificia, & alia adhuc extãt, ideò ceſſat omnis difficultas, vt eſt tex. in fortioribus terminis, loquens nempe in ſimplici plantatione vinearum, videlicet in l. pen. ff. locati, & in l. ſi ſciens. 2. reſpon. C. de rei vendicat. Et in l. domum. eo. titul. vbi etiam male fidei poſſeſſor detrahit impenſas neceſſarias. Iſtam materiam latè tractat Caſtren. in conſ. 270. vol. 2. & in ſpecie col. vlt. ver. Quantum autem ad ædificia. Boer. deciſ. 441 nu. 25. vbi in ſpecie dicit maritũ non imputare fructus perceptos p ſe in expenſis ſeu in melioram.

¶ Tertia ſubſequitur dubitatio, an ſ. legatum ducat. 400. ſit in ſupradictis creditis compenſandũ. Et breuiter nullo pacto puto cõpenſationi locum fore. Nam certum eſt, quòd in teſtam. iſta Domina nihil de compenſatione dixit, ergo non cenſetur illud vo-
20 luiſſe, quare ſi voluiſſet, facile ei erat hoc dicere. l. labeo. ff. ſuppellect. leg. l. j. §. Ne autem. & §. Sin autem. C. de cad. toll. & in terminis compenſationis non faciendæ eſt tex. in l. j. in §. primum itaq; C. de rei. vxor act. Et in l. creditorẽ. ff. de leg. 2. vbi eſt caſus à fflict. Deciſ. 138. in fin. tradit Oldr. in conſ. 297. col. 2. ver. ſi certum eſt.
21 & ver. Tertiò, vbi dicit legata ſib intelligenda eſſe, vt maiorem aſferant vtilitatem legationi, quàm

fieri poſſit: Et hoc idē dicit Dec.
in conſ. 289. per totum, & in ſpe-
cie in ver. Septimò. Et in conſil.
425. in tertio principali quæſito,
vbi ĩ fortiorib' terminis dicit, qđ
ſi teſtator legando dixiſſet, quòd
nihil plus petere poſſit in bonis
teſtatoris, communiter Doctores
tenent, quod talis prohibitio nõ
excludat, quin etiam petere poſ-
ſit illud, quod ſibi debebatur, vt
illic per eum ſub nu. 15. in ver. Ná
ſi dictum fuiſſet. Et idem dicit in
22 fra nu. 19. Pro regula enim ponũt
Doctores, quòd animus compen
ſandi non preſuponit, niſi ſit ex-
preſsè dictum: Et tunc etiam ſtri
cta ſit interpretatio, vt ex ſupra
proxime allegatis apparet; vel ſal
tem, niſi aliud ex coniecturis con
ſtet, vt declarat latiſſimè Corn. in
conſ. 292. vol. j. vbi etiam conſi-
derat, quòd, quando legatum eſt
factum coniunctæ perſonæ, tunc
tantò minu, preſumitur compen
ſatio, ut illic per eum nu. 9. prout
eſt in caſu noſtro; Quia relinquit
teſtatum nepotibus ex fratre, qui
ſunt in tertio gradu ſibi coniun-
cti: In caſu autem Corn. erat le-
gatarius in quarto gradu illi teſta
tori coniunctus: Et eandem re-
gulam etiam firmat Crau. conſil.
149. nu. 3. ſcilicet non præſumi cõ
penſationem, niſi aliud ex conie
cturis appareat, Et ibi ponit vltra
12. coniecturas, ex quibus nulla
in caſu noſtro militat. Et hoc idē
dicit Soc. in conſil. 130. col. vlt.
ver. demum. vol. 2. Immo verò in
caſu noſtro impoſſibile quodam-
modo videtur dici poſſe hanc te-
ſtatricem habuiſſe animum hoc
legatum compenſandum fore in
iſtis creditis, de quibus in petitio
nibus; cùm non conſtet ipſam ha
buiſſe de illis ſcientiam, aut noti
23 tiam vllam; Immo ignorātia pre
ſumitur, niſi probetur ſcientia, l.
verius. ff. de probat. c. preſumitur
de reg. iuris in 6. Alex. conſ. 227.
Quinimmo veriſimile eſt, ipſam
hæc credita ignoraſſe, cum facta
pro maiori parte fuerint eo tem-
pore, quo ipſa minor erat, & for
te etiam pupilla, & conſequenter
in iſtiuſmodi negotijs non ſe in-
gerebat: Vnde non poſſumus di-
cere hanc Dominā reliquiſſe hoc
legatum animo compenſandi cũ
24 illis creditis, quæ ignorabat: Et
ſi quis fortè diceret, quòd compē
ſatio fit ipſo iure, & à lege, vt in
l. vlt. c. de compenſat. & in l. ij. &
iij. ff. eo. tit. Dico aduertendum eſ
ſe, q. compenſatio duobus mo-
dis fieri poteſt: Vno, quando cre
ditor eſt etiam debitor ſui debito
ris, & ſic duo ſunt ad inuicem in
ter ſe & creditores, & debitores, &
tunc fit ipſo iure, & à lege com-
penſatio, ſi modo materia id pa-
tiatur: Et ita loquuntur iura ſu-
pra allegata. Alio modo tractari
de compenſatione poteſt, q. ali-
quis eſt debitor alteri' ex vna cau

ſa, &

ſa, & ſeipſum pariter conſtituit
eiuſdem et debitorem ex alia cau-
ſa, & ſic eademmet perſona eſt
debitrix: Et tunc compenſatio
non fit, niſi de voluntate ipſius
conſtet, ſaltem ex coniecturis p
ſupra dicta: Quod in caſu noſtro
dici nullo modo poteſt, vt ſupra
deductum fuit.

25 ¶ Nec me latet diſtinctio Do-
ctorum in l. Huiuſmodi. §. cum
pater. ff. de leg. j. & in l. ſi cum do
te. §. Si pater. ff. ſoluto matrimo
nio. Et in auct. præterea. c. vnde
vir, & vxor, videlicet, quod aut
debitum eſt voluntarium, & tūc
non cenſetur voluiſſe compenſa-
re, aut eſt neceſſarium, & tunc ſe
cus, quia creditur illum voluiſſe
compenſare; Sed caſui noſtro nō
26 facit difficultatem aliqnam: Nam
primò dico, quòd quando lega-
tur quantitas, & debitum in ſpe-
cie conſiſtit, vel e contra, tunc
indiſtinctè ceſſat compenſatio:
Ita in terminis dicit Soc. in conſ.
93. num. 22. & ſeq. vol. j. vbi dicit
ita tenendum eſſe in judicando,
& conſulendo: Et non præſumi
tur hoc caſu illum habuiſſe ani-
mum compenſandi: Et iſtam ma
teriam etiam ita declarat Tindar.
in tract. de compenſat. in ſecun-
do articulo vbi pulchrè rationem
aſſignat. In caſu autem noſtro ſi
ne dubio multa ex iſtis creditis cō
ſiſtunt in ſpeciebus, Immo verò
dominium in multis ipſi de Can
dis habent, vt in prædijs, & alijs
iuribus per ipſos acquiſitis: in æ-
dificijs per ipſos conſtructis: in
mobilibus, quæ ipſa teſtatrix ex
domo illorum de Candis habuit,
& de multis alijs conſtare poterit,
quæ in ſpecie, & non in quantita
te conſiſtunt: In quibus ſine du-
bio aliquo compenſatio indiſtin
cta nulla fit. Prꝑterea cùm iſta Do
mina Eliſabeta hæc credita igno-
rauerit (vt dictum eſt ſupra) im
poſſibile omnino eſt dicere quòd
ipſa habere potuerit animum cō-
penſandi cum debito, quod ne-
ſciebat, cùm animus, ſeu volun-
27 tas ad incognita non trahatur. l.
cum Aquilina, & l. qui cum tuto
ribus. ff. de tranſact. l. Mater dece-
dens. ff. de inoffic. teſtam.

Et ita de iure verū eſſe reſpondi ego Pau-
lus Leonius Conſiliarius Ducalis Epi-
ſcopus Ferrariæ, ſalua ſententia rectius
ſentientis, & in fidem ſubſcripſi, ſolito
que ſigno ſignari iuſsi.

SVMMARIVM.

*1 Maxima eſt vis & auctoritas ma-
trimonij.*
*2 Conditio ſi deceſſerit ſine filijs ex le-
gitimo matrimonio natis, an veri-
ficetur in legitimatis per ſubſequens
matrimonium, tàm in contractib9
quàm in vltimis voluntatibus, et.
num. 3. & ſeq. & num. 12.*
*4 Ille, qui legitimatur etiam per ſub-
ſequens matrimonium, dicitur fuiſ-
ſe legitimus fictè & impropriè.*

5 Clau-

5 *Clauſula non aliter nec alio modo denotat præciſam & enixam voluntatem diſponentis, ita quòd nullam recipit declarationem aut modificationem, & inducunt formam ſeu ſolennitatem. num. ſeq.*

7 *Repetitio plurimum operatur.*

8 *Teſtator præſumitur plus diligere ſuos, quàm extraneos.*

9 *Abſurdum eſt, vt minus dilectus præferatur magis dilecto, & ne hoc ſequatur, licet reſtringere verba generalia.*

10 *Si teſtator excluſit proprias filias, multò magis filias aliorum.*

11 *Legitimatio facta tempore mortis, cenſetur facta in fraudem fideicom.*

13 *Iura clamant & Doctores ſeruari voluntates teſtatoris.*

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

Legitimatus per ſubſequens matrimoniū an admittatur ad ſubſtõnem, in qua vocati fuerũt nati ex legitimo matrim.

LICET caſus iſte nõ modicã in ſe videatur habere difficultatẽ propter varias Doctorum ſententias, cùm in facto præſuponatur, matrimonium fuiſſe inter parentes iſtius aduerſarij magnifici Domini Marij de Ianua legitimè cõ-
1 tractum: Quo caſu propter vim & auctoritatem matrimonij primo aſpectu nihil illi deeſſe videtur ad eius legitimitatem per tex. in C. tanta, & quæ ibi notantur extra. Qui fil. ſint leg. & quæ habentur in C. innotuit, extra de elec. & in ſ. vlt. inſt. de nuptijs.
2 Ideoque videretur defeciſſe conditionem fideicom. vt tradit Rimin. in conſ. 226. vbi loquitur in fortioribus terminis, nempe vbi verba illa, ſi decederet ſine filijs ex leg. matr. natis, prolata fuerãt in contractu, in quo ſtricta fit interpretatio, l. Quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. oblig. quam facit in teſtamẽtis, l. in teſtamen. ff. de reg. iur. Et tamen verba illa verificantur in eo, qui legitimatus fuit ex matrimonio poſt ſubſecuto: Et hoc idem latè tenet Alc. in conſ. 52. lib. 9. vbi dicit hãc eſſe communem, & reſpondet rationibus Alex. qui contrarium tenebat in conſilio 5. voum. 7. & hoc idem concludit Decius in conſil. 155. vbi & ipſe de communi atteſtatur.
3 ¶ Verum tamen contrarium de iure verius eſſe exiſtimo, & præſertim in terminis caſus propoſiti, in quo multa concurrunt, ex quibus redditur clara, aperta cõcluſio, quòd vocati ad fideicom. admitti debeant, non obſtante iſto legitimato per matrimoniũ ſubſecutum: Hoc .n. primò concludit Bald. in conſ. 367. vol. 5. vbi

& ipſe

& ipſe reſpondet rationibus, quæ in contrariũ adducuntur, quem ſequitur Alex. in d. conſi. 5. vol. 7. & illum approbat Alci. in conſil. 187. lib. 9. in hoc recedens à ſuperiori ſententia, & dicit quòd bis, vel ter vidit ita fuiſſe iudicatum in ampliſſimo Senatu Mediolanenſi, licèt Decius in conſi. 155. aliter reſpondiſſet, & ſubdit etiam q̃d ex quo matrimonium fuit ſubſecutum in ægritudine, in qua deceſſit hæres grauatus, videtur in fraudem fideicom. factum: Et hoc idem multum conſiderate, concludit Rimin. in conſil. 543. vbi ponderat diligenter, quòd eſt differentia inter eum, qui ab initio natus eſt legitimus, & illum, qui natus eſt illegitimus, & ſic nullo exiſtente matrimonio, ſed poſt legitimatus fuit per matrimonium ſubſecutum, quia ille ſimpliciter & verè, ac ſemper fuit legitimus, & de eo ſenſit & locu-
4 tus eſt teſtator. Ille verò, qui poſt fuit legitimatus per ſubſecutum matrimonium, aut non fuit legitimus, aut ſi fuit, fuit fictè & impropriè: Vnde licèt, quando ſumus in dubio, verba prolata per teſtat. poſſent intelligi etiam in caſu ficto, ſeu ciuiliter, tamen quando apparet de voluntate teſtatoris, quòd voluit intelligere verba ſua naturaliter, vt eſt in caſu noſtro, ut infrà dicetur: tunc non aliter intelligi debent, vt illic plenè per Rimin. qui ad omnia contraria reſpondet, Et dicit apparere de voluntate teſtatoris propter geminationem verborũ: At in caſu noſtro non ſolum apparet de voluntate teſtatoris, quia verba ſunt geminata, ſed etiam quia ſunt ſæpius repetita, vt in teſtamento ibi & eius filios legitimos & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos, quod ſę-
5 pè repetit, Et ſubiungit clauſulã & non aliter, quæ verba ſunt reſtrictiua, ita quòd nullo alio modo verificari poſſunt, & ſic denotant enixam & præciſam voluntatem & mentem teſtatoris, nec patiuntur aliquam aliam modificationem, aut alium intellectum ſeparatum à verbis prolatis: Ita notabiliter declarat Alex. con. 3. col. 2. uer. cõfirmo. vol. j. ſequitur Dec. licèt de Alex. nullam faciat mentionem in conſ. 61. nu. 2. poſt Bal. in l. Etſi quidem. C. de exceptio-
6 nibus: Et iſta verba inducunt ſolennitatem quãdam & formam, cui non poteſt renunciari. Bart. in l. vlt. C. de vendendis rebus ciuitatis lib. 11. & in l. de his. col. 2. ff. de tranſlat. Sequitur Felin. in c. cum dilecta. col. 8. ver. Septimum ſignum. de reſcriptis: Item teſtator hanc eandem qualitatem iterum repetit, dum de deſcendentibus loquitur: ibi & eorum deſcendentes maſculos legitimos & naturales, & de legitimo matri- 7
monio

monio natos &c. Et iterũ eadem
verba ſæpius repetit ſemper ſuam
diſpõnem reſtringendo ad legiti-
mos & naturales, & de legittimo
matrim. natos: Quę reiteratio plu
rimum operát ad not. in l. Baliſta.
ff. ad Trebell. in l. cum ſcimus. C.
de agric. & cenſitis. lib. 11. Decius
conſ. 582. num. 3.
8 ¶ Sed ex alio colligitur manife-
ſta volũtas teſtatoris, quin ipſe ꝓ
prios filios naturales tantũ habe-
bat, & ipſos excluſit à ſucceſſione
quia deficientibus deſcendentib⁹
legitimis & naturalibus, & de le-
gitt. matrim. natis vocat alios de
ſua familia, & Colonel. legitimos
& naturales, excluſis ab ipſa vni-
uerſali ſucceſſione proprijs filijs
naturalibus tantũ & eorũ deſcen-
dentibus, ergo multò magis ab il
la excluſos eſſe voluit alios natura
les tantũ, quos minus diligere prę
ſumitur arg. l. Si viua matre. C. de
bo. mater. l. Pub. §. vlt. ff. de cõdit.
& demonſtr. & qđ tradit Ruin. in
conſ. 161. col. 3. ver. 2. opin. iſta. vo.
9 2. vbi per iſtam rõnem .ſ. ne illud
abſurdũ ſequatur, vt minus dile-
ctus ſit melioris conditionis, quá
magis dilectus: Verba generalia
aliàs ſcđm eorum natura apta cõ-
prehẽdere plures perſonas reſtrin
guntur, ergò multò magis in caſu
noſtro hæc ratio attenditur, quia
verba ſunt expreſſa, imo ſæpè re-
petita, nec op⁹ eſt facere reſtrictio
nem aut impropriationẽ aliquá,
vt ibidẽ per Ruin. poſt fulgos. &
10 Caſtren. quos ibi allegat nu. 8. Et
ad prædicta optimè facit ꝙ tradit
Rimin. in cõſ. 563. col. 4. nu. 11. &
ſeqq. vbi qñ teſtator excluſit pro-
prias filias, multò magis cẽſetur ex
cluſiſſe filias aliorũ, ẽt qñ op⁹ eſſet
impropriare verba, vt ibi per eum
11 nu. 11. 12. 13. & 14. Et eò minus in
caſu noſtro iſte legitimatus p ſub
ſequens matrim. excludet ſubſti-
tutũ ex legit. matrim. natum, cùm
(vt audio) fuit facta legitimatio ĩ
extremo vitæ ſui patris, quia tunc
dicitur facta in fraudẽ fideicom.
ideò nõ excludit ſubſtitutũ, licèt
quoad alios effectus dici poſſet le-
gitimatus, vt de hoc eſt deciſio in
ſpecie Alc. in conſ. 140. nu. 6. lib. 9.
12 ¶ Vltra ſupradictos hác diſcepta-
tionem copioſè diſcutit ad partes
Rolá. à valle in conſ. vlt. vol. 2. vbi
cõcludit legitimatũ p ſubſequens
matrim. in caſu vlt. volunt. nõ ve-
rificari, qñ vocauit teſtator legiti-
mè natos, & hác ſententiá dicit ſe
quendá eſſe in iudicando, Et ta-
mẽ in terminis ſuis nihil aliud cõ
currebat, niſi qđ teſtator ſic ſub-
ſtituerát ſub illa cõditione, ſi de-
ceſſerit hæres ſine filijs ex leg. ma-
trim. natis. Vnde ĩ caſu noſtro in-
dubitata ferè remanet hæc cõclu-
ſio cõcurrẽtib. tot adminiculis, q̃a
filios ꝓprios naturales, quos tũc
habebat, excluſit. Itẽ tot iteratis
vicibus expreſſit ſe vocare filios le
git. & naturales, & ex leg. matr. na

tos : Item adiecit illa verba, & nõ aliter &c. Ex quibus ſimul concurrentibus manifeſtiſſimè apparet, teſtatorē abhorruiſſe huiuſmodi prolem non natã ex legitimo matrimonio, quia poſito qđ nunc .ſ. poſt contractũ matrim. dici poſſint legitimi, (de quo tamen dubitauit Alc.) ſaltem quo ad hunc effectum, vt fideicom. defeciſſe videatur, vt in ſupra alleg. conſ. 140. lib. 9. tamen nunq̃ verum erit, qđ tempore eorũ natiuitatis eſſent legitimi, quinimò tunc illegitimi erant, & hoc tempus conſiderauit teſtator ſæpius id repetendo in caſu noſtro, non ãt tempus præſens .ſ. exiſtentis cõditionis, & illud attēdi & inſpici oportet, ſi volum᷑. ſeruare mentē teſtatoris, q̃ facere
13 nos iura oĩa mãdant, & Doct. clamant. l. j. C. de ſacroſanct. Eccl. l. oĩum. C. de teſta. l. vlt. C. de fideicom. §. diſponat. in auct. de nupt. l. in condit. pri. loc. l. Pater ſeuerinam. §. condit. ver. ff. de condit. & demonſt. l. j. §. lex fal. ff. ad leg. fal. l. vel negare. ff. quemadm. teſtam. perreantur. Bal notat in l. quidam C. de neceſſarijs ſer. hæred. inſti. quod lex ſequitur voluntatem teſtatoris, ſicut venator Leporem, cum alijs multis, quæ ad hoc adduci poſſent, quæ conſultò omittuntur. ¶ Et ex iam dictis apparet non obſtare ea, quæ in contrarium adducta ſunt, & alia plura, quæ adduci poſſent; licèt enim plures teneant aliam opinionem, tamen iſta eſt magis communis, & tenenda, vt per Roland. in d. conſ. vlt. vol. 2. & ita iudicandũ eſt, vt Alc. refert ſe pluries iudicari vidiſſe in Senatu Mediolanen. in d. conſ. 187. lib. 9. & per Ruin. in d. conſ. 92. col. 5. num. 13. vol. 3. per Alex. d. conſ. 5. vol. 7. per Bal. Decium, & alios plures ſup. allegatos; Sed quicquid Doct. in contrarium in caſibus ſuis dicãt, nihil facit ad caſum noſtrum, in quo tot concurrunt, ex quib᷑ manifeſta eſt voluntas teſtatoris nullo modo volentis ad ſuam ſucceſſionem admitti illos, qui nõ ſunt ex legitimo matrimonio nati, licèt ex poſt legitimi eſſe cœperint. Vnde facile cõcurro in ſententiã clariſſimorũ Iuriſconſ. qui in hac cauſa copioſi᷑ ſcripſere, & de ſimplici ſubſcriptione requiſitus pauca hæc celeri calamo addenda curaui. Saluo tamen &c.

Et ita de iure verum eſſe cenſeo ego Paulus Leonius Cõſiliarius Ducalis, Epiſcopus Ferrariæ. &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideicom. non allegatur, niſi in caſu, in quo expreſſè reperitur, ſed vide num. 37. & ſeq.*

2 *Fideicommiſſum eſt onus, vide num. 40. & ſeq.*

3 *Interpretatio fit pro hærede contra fideicommiſſarium.*

4 *Si deficit conditio ſubſtitutionis, ipſa quoque ſubſtitutio deficit, quicquid poſtea eueniat.*
5 *Caſus omiſſus pro omiſſo habetur, præſertim in materia fideicommiſſ. & ſic reſtringibili. & nu.*
6 *Conditio voluntaria non eſt trahenda extra caſus ſuos. vide tamen num. 45.*
7 *Conditio illa, ſi ſine filijs deceſſerit, expirat ſtatim illo mortuo cum filijs, licèt illi poſtmodum moriantur. vide num. 38. & 30.*
8 *Dictio tunc & eo caſu, diſpoſitionẽ reſtringit, vt extra caſum expreſſum non trahatur, vide nu. 48.*
9 *Hæres tenetur ſeruare diſpoſita per teſtatorem, quia cenſetur eadem perſona cum ipſo, quod procedit etiam in ſingulari ſucceſſore.*
10 *Conditio illa, ſi hæres noluerit ferre arma teſtatoris, nõ verificatur quã do ille deceſſit ſine liberis. nu. 19.*
11 *Præſcriptio tollit omne ius, vide num. 63.*
12 *In vltimis voluntatibus intentio teſtatoris potiſſimum ſeruanda eſt.*
13 *Verba intentioni deſeruiunt, non autem intentio verbis.*
14 *Sicut anima præfertur corpori, ita intentio verbis.*
15 *Inſpicere debemus quænam fuerit intentio teſtatoris, & ſecundum illam iudicare.*
16 *Quod procedit etiam ſi verba repugnant.*
17 *Quinimmo ẽt qđ verba omiſſa ſint, ſi modo ex coniecturis probabilibus, & ex expreſsis ſumptis colligatur mens teſtatoris.*
18 *Verbis autem tunc ſtandũ eſt, qñ aliud non apparet de mẽte coniecturata, & num. 31.*
19 *Coniecturæ quando probabiles dicantur.*
20 *Licèt regulariter fideicom. non trãſmittatur, tñ ſecus, ſi ex coniecturis aliud apparet de mente teſtatoris.*
22 *In ſtatutis ẽt & in ſententia attenditur mens potius quàm verba, et in alijs materijs ſtricti iuris.*
23 *Licitum eſt offendere verba, vt menti inſeruiamur.*
24 *Fauorabile eſt, vt bona in familia conſeruentur, quia ob paupertatem viléſcunt.*
26 *Si teſtator vocat maſculos excluſis fœmineis ex omnibus gradibus, cenſetur voluiſſe ſuæ agnationi fauere, & ideo inducitur fideicom. etiã in caſu non expreſſo.*
27 *Si teſtator mandat inſtitutos vocari de nomine ſuæ familiæ, eadem eſt coniectura.*
28 *Subſtitutio facta in vno caſu vel vna conditione, trahitur etiam ad alium ex coniecturata mente teſtatoris, & num ſeq.*
29 *Subſtitutio facta, ſi hæres non erit, comprehendit caſum, ſi eſſe noluerit vel non potuerit: immo et in alio caſu magis diuerſo, immo contrario.*
30 *Donatio facta ſub conditione, ſi ille ſine filijs deceſſerit, verificatur ẽt ſi cum filijs ille decedat, & illi poſtmodum ſine filijs moriantur.*

31 *In quibus nam terminis procedat Doctr Oldr. in conſ. 21. & Io. Andr. in addit. ad ſpec. & nu. ſeq. & 39.*

33 *Ubi militat eadem ratio, ibi idem ius ſtatuendum eſt, quia ratio regit et moderatur quamcunq; diſpõnem.*

35 *Omnes caſus, in quibus militat eadẽ ratio, cenſentur in diſpoſitione comprehenſi, ita quód nulla dicitur fieri extenſio etiam in materia ſtricta, immo et correctoria, & nu. 46. 47.*

36 *Et ẽt ubi adſunt verba reſtrict.*

40 *Fideicom. non poteſt ſimpliciter dici onus, & nu. 43.*

41 *Fauorabile eſt, quód voluntas teſtatoris effectum habeat, quod lex fieri ſtudet.*

42 *Publicè intereſt, quód bona in familia conſeruentur.*

44 *Caſus non dicitur omiſſus, qui eſt in mente teſtatoris comprehenſus, licèt verba deficiant.*

45 *Conditio voluntatis non minus extenditur propter mentem teſtatoris, quàm alia quælibet, et ſeq. et nu. 61.*

49 *Verba taxatiua non excludunt caſus ſimiles & eandem rationem habentes.*

50 *Etiam in materia pœnali.*

51 *In caſu iſto nedum ex voluntate teſtatoris tacita aut coniecturata, ſed etiam ex verbis expreſſis dici poteſt iſtum eſſe admittendum ex fideicom.*

52 *Fideicom. aut alia diſpoſitio teſtatoris non poteſt alterari neq; trahi ad ea, quæ ex alia diſpoſitione ad aliquem peruenire poſſunt.*

53 *Licet approbetur teſtamentum alicuius etiam verbis generalibus, nõ tamen cenſetur renunciatum iuri fideicom. ex alio teſtamento competẽti ſuper eiſdem bonis.*

54 *Quæ renuntiatio etſi renunciãti nocere poſſet, tamen non ſic ſuis filijs, aut alijs vocatis ad illud fideicom. & multò minus quãdo non ſunt hæredes renuntiantis.*

55 *Poteſt quis dici ciuis alicuius loci tribus modis.*

56 *Clauſula ſine præiuditio iuris Tertij intelligitur de iure legitimo Tertio cõpetenti.*

57 *Reſeruatio nihil dat.*

58 *Leges, ſtatuta & alia decreta futuris, non autem præteritis dant formam negotijs.*

60 *Diſpoſitio iudicatur fauorabilis aut odioſa attenta principali intentione diſponentis.*

62 *Quando conſtat teſtatorem vidiſſe caſum, qui euenit, aut de illa cogitaſſe, tunc ceſſat præſumptio, de qua per glo. in l. Tale pactum, §. ulti. cum ſimil. ff. de pact.*

64 *Præſcriptio non currit vocato ordine ſucceſſiuo viuis præcedentibus: Quia non valenti agere, non currit præſcriptio.*

65 *Tota ętas pupillaris ipſo iure tuta eſt aduerſus præſcriptionem labentem.*

66 *Conditio habetur pro impleta, quando non ſtat per eum, qui debebat implere.*

67 *Non dicitur nolle, qui non poteſt.*

68 *Verba non debent intelligi ut ſint ſuperflua aut odioſa.*

69 Intel

69 *Intellectus ad legem Pater ſeuerinam. in princ. ff. de condit. & demonſtrat.*

70 *Quando teſtator vocat omnes deſcendẽtes maſculos, intelligitur vel le quòd ſucceſſiuè vnus poſt alium ſuccedat.*

71 *Quando teſtator vocauit duos antiquiores de familia, cenſentur vocati omnes ſucceſſiuè, ſi adeſt verbum in perpetuum.*

72 *Regula legis bone. §. Hoc ſermone, ff. de verbor. ſignificat. non procedit in vltimis voluntatibus.*

In materia interpretandæ voluntatis teſtatoris.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

¶ FACTVM ſic ſe habet: Vgolinus de Cantellis Parmenſis vxorem habens, & ex ea vnicam tantum filiam Mariam Caterinã nomine, de anno 1453. ſuum vltimum condidit teſtamẽtum, in quo filios maſculos, aut filium maſculum, ſi quos habere contingerit ſibi hæredem vel hæredes inſtituit; Si verò non ſuſciperet, aut ſi ſuſciperet, in puppillari ætate decederent aut decederet, ſubſtituit dictam Mariam Caterinam eius filiam: Et iſte eſt primus gradus ſubſtitutionis: Secundus verò fuit, quòd ſi ipſa eius filia decederet relictis filijs ſeu filio maſculo vel maſculis ex legitimo matrimonio procreatis, maiorem natu ex illis ſibi hæredem inſtituit & ſubſtituit, Ipſo tamen filio & omnibus ex linea maſculina filijs maſculis & deſcendentibus vſq; in infinitum ſe nominãte & nominantibus de domo & caſſata de Cantellis. Tertius grad' fuit, quòd dicto eius filio maiore ætate cęteris ita vt ſupra inſtituto nolente vel nõ nominante de domo & caſſatá de Cantellis, dictus teſtator tunc, & eo caſu quẽlibet alium ex filijs maſculis ex dicta eius familia natum ſe nominantẽ ac nominari volẽtem de dicta domo & caſſata dicti teſtatoris vna cum filijs ſuis legitimis maſculis, & ex eo deſcendentibus vſq; in infinitum, in locum dicti filij maſculi maioris ætatis vt ſupra ſe nominari nolentis, ſibi dictus teſtator hæredem vniuerſalem, vt ſupra, fecit &c. Quartus grad' fuit, quòd ſi contingerit dictum teſtatorem decedere non relicto ſeu non relictis filio aut filijs maſculis, nec dicta eius filia relinqueret aliquem filium maſculũ vt ſupra, tunc inſtituit & ſubſtituit monaſterium quoddam Cartuſianum, & quendam alium locum pium, vt in teſtamento: Cum qua diſpoſitione teſtator deceſſit relicta dicta ſua filia & nullis maſculis, quę

viuo adhuc patre nupſit Comiti Antonio de Manfredis ciui Ferrarienſi, Et ex illis nati ſunt duo filij maſculi, vl't. Vgolinus, item Ioannes Ludouicus, qui Vgolin' vti maior ætate ſe nominauit de Cantellis, & adiuit hæreditatem aui materni, isq; poſt deceſſit relicto Alberico filio ſuo legitimo, & naturali hęrede ex teſtamento, cui ſine filijs decedenti ſubſtituit Ludouicum filium naturalem, tãtum vnà cum quatuor filiab' fœminis æqualiter, eiq; dedit facultatem ſe legitimare faciendi, prout fecit: Defuncto dicto Alberico in puppillari ætate, diuiſerũt bona Ludouicus & aliæ filiæ dicti Vgolini; qui Ludouicus deceſſit inteſtatus, relictis dictis tribus ſororibus & nepte ex alia prædefuncta, ita quòd finita eſt linea maſculina Vgolini iunioris filij maioris ætate Mariæ Caterinæ filiæ primi teſtatoris: Remanſit Ioan. Ludouicus alius ſecundus filius dictæ Mariæ Caterinæ, qui reliquit duos filios Comitem Aſtorẽ maiorem natu, & Comitem Antonium minorem natu: Ex Aſtore maiore natu adeſt Comes Ioannes Ludouicus Modernus, qui petit hæreditatem ex diſpoſitione Vgolini primi teſtatoris, & qui iuxta illius ordinationem ſe vocat & vocare intendit de caſata illorum de Cantellis. Quoniam ille teſtator voluit, ut poſt filium maiorem natu dictæ Mariæ Caterinæ, & poſt ſuos deſcendentes ſuccedat alius illius filius, & eius deſcendentes maſculi legitimi & naturales, & ex legitimo matrimonio nati, qui tamen ſe nominẽt de caſata ſua de Cantellis: Quæritur modò, an ſuccedere poſſit iſte Comes Ioan. Ludouicus Modernus.

¶ Iſta cauſa non modicam habere videtur difficultatem: Et primo quidem intuitu videretur dicendum Com. Ioan. Ludouicum Manfredum Modernum pronepotem Marię Caterinæ filiæ dicti primi teſtatoris non eſſe ad dictã ſucceſſionem admittendũ ex pluribus: Et primo, quia non reperitur fideicom. aliquod aut aliqua ſubſtitutio, qua fuerit iſte vocatus, aut cui' caſus extiterit; Ideoq; licèt dicere ſubſtõ ſeu fideicom. hoc caſu non loquitur, vt tradit Soc. in conſ. 62. col. 2. ver. Et in primis, & conſ. ſeq. num. 14. vol. 3. Plures alleg. Crau. conſ. 161. col. pen. & vlt. Nam fideicom. dicitur onus. l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pupill. & probatur in l. Si arrogator. ff. de adoption. Vnde interpretatio ſemper fit pro hærede contra fideicõmiſſarium. Soc. in conſ. 113. col. vlt. in princ. vol. j. Dec. conſ. 335. in prin. Namq; teſtator in ſubſtitutionibus, quas fecit, appoſuit vnam conditionẽ, quæ non fuit purificata, vl't. Si filius

lius maſculus maior ætate Mariæ Caterinæ nominare noluerit de domo & caſata de Cantellis, qui caſus non extitit, quoniam Vgolinus iunior filius maior ætate dictæ Mariæ Caterinæ hæres fuit, & ſe nominauit de Cantellis, & non dum ipſe, ſed etiam eius filius

3 Albericus: Ideoq; deficiente conditione, ipſa quoq; ſubſtitutio deficit, quicquid poſtea euenerit, l.filius familias. §.Cum quis.ff.de leg j.l.hæredib.in prin.ff. ad Trebell. in l. Si quis hæredi. C. de instit. & ſubſtit. ſub condit. fact. l. cum vxori. C.quado dies leg. ced. tradit Ioan. Andr.in addit.ad ſpecul.in tit.de teſtam.§.j. in fi. ver. Quinta quæſtio, Oldr.in conſ. 21. thema tale eſt. Caſtren. in conſil. 167. ver. prima fuit facta. vol.2.& in l.ex facto. §.Siquis autem in fin. ff.ad Trebell.Idem Oldr.in conſi. 141.thema tale eſt, Domi.G. col. j. ad fi. Cum itaq; Vgolinus iunior vti maior natu adiuerit hereditatem, & ſe vocauerit de Cantellis, Item & eius filius Albericus, hoc ſufficit, & eſt verificata voluntas teſtatoris, nec vltra quicquam requiritur argum.l. boue.§. hoc ſermone.ff.de verb. ſignificat.

4 ¶ Secundò principaliter facit, quia filius ſecūdo genitus ſeu minor ætate & ſeu deſcendentes fuerunt vocati iſto caſu tantum, vſt. Quando maior ſe noluerit vocare de Cantellis, qui caſus nunquā extitit, immo ipſe & eius filius (vt dictum eſt) ſe vocauit de illa Caſata de Cantellis: Sed caſus, qui extitit, fuit longè diuerſus ab iſto: Quoniam filij maſculi illius deſecerunt, quem caſum non conſiderauit teſtator: Ideo tanquam omiſſus debet pro omiſſo haberi. l.commodiſſimè.ff. de lib.& poſthum.l.ſi cum dotem.ff. ſolu. matrim.l.ſi extraneus. ff.de cōdit. ob cām. præſertim in materia onerosa & ſic reſtringibili, quale eſt fideicom. (ut ſupra dictum eſt) d. l.commodiſſimè, & cap. odia de reg. iur. in 6.

5 ¶ Tertiò, quia hæc eſt conditio voluntaria, ideo non eſt trahenda extra caſum ſuum.l.meuius & l. qui hæredi .ff. de condit. & demōſtrat.traditur in l.Gallus.§. Et ſi quid tantum.ff.de lib. & poſth. vnde cum vocauerit teſtator filiū minorem, aut eius deſcendentes in iſto caſu, ſi maior & ſui deſcendentes maſculi noluerint ſe vocari de Cantellis, non eſt trahenda ad ipſum caſum quando non potuerint, aut quia finita ſit linea eius maſculina, prout in ſimili habetur, ſi conditio dicta ſit, ſi filius ſine filijs deceſſerit, ſtatim expirat conditio, ſi ille filios ſuſci- 6
piat: Nec extenditur ad caſum alium, vſt. Si illi filij poſtea ſine filijs moriantur, vt not. Bal. in l.2. col.2.ff.de pet. hæredit. & Alex. in conſil.139.col.2.vol.6.Iaſ.in conſ. 228.

228.col.2. ver. 2.pro eadem parte. vol.2.& in conſ.16.vol.3. Dec.cōſ. 218.col.2.& conſ.287.& 791.Ruin. conſil.153. vol.2.Pariſ.conſ.44.& conſ.31.& cōſ.86. col.j. vol.2.Soc. iun.conſ.218.vol.3.cum ſimil.

7 ¶ Quartò prædicta confirmantur, quia teſtator ipſe expreſsè ſuā diſpoſitionē reſtrinxit ad caſum prædictum, vlt. Si maior ætate ſe non nominauerit, apponendo dictiones illas, tunc & eo caſu, quæ reſtringunt orationem, ita vt extra caſum expreſſum non trahatur, Anch. in conſ. 356. col.2. ver. Tertiò hoc probatur, Rom. conſ.138.col.j. Dec.conſ.63.col.j. & conſ.287.col.4.& conſ.314.col. 2.Ruin.conſ.31. col.3. vol. 3. cum alijs multis ſimilibus.

8 ¶ Quintò obſtat, quoniam Comes Anton. maritus Mariæ Caterinæ & pater Vgolini iunioris, & Ioannis Ludouici fecit teſtamentum, in quo inter dictos ſuos filios bona ſua & Vgolini ſenioris ſoceri ſui diuiſit, & bona, quæ in agro Parmenſi erant, reliquit prędicto Vgolino filio ſuo: Bona verò, quæ erant in agro Ferrarienſi & Romandiolæ Ioanni Ludouico, & iuſſit eū Ioan. Ludouicum nō petere aliquid ex dictis bonis Parmenſibus, quocunq; iure aut titulo, vt in eius teſtamēto, quod fuit poſtmodum approbatū, quia Ioan. Ludouicus adiuit hæreditatem patris, ideò obligatus eſt ſeruare diſpoſita per ipſum.l. cum à matre. C. de rei vendic. & hæres cenſetur eſſe eadem perſona cum defuncto.§.j.in auth. de iureiurā. à morient.præſtit. Bal. conſil. 89. col.j.vol.j. Soc.conſ.249. col.vlt. ver. ex quibus.vol.2. Dec.cōſ. 184. in fi. Quod nedum in hærede procedit, verum etiam in ſucceſſore ſingulari, vt per Crau. in conſil. pro genero ſuo nuper edito, nu. 429. Sed iſtis argumentationibus opus eſſe non videtur, quoniam ipſimet fratres approbarunt expreſsè per publicū documentum illam paternam diſpoſitionem. Ideò ſuis ſucceſſoribus non licet contrauenire per ſupradicta.

¶ Sextò obſtant ſtatuta ſeu decreta ciuitatis Parmæ, quibus diſponitur forēſes nō poſſe acquirere bona cuiuſcunq; generis in ciuitate & in agro illo: Item alio ſtatuto cauetur, vt mulier extra territorium Parmæ nupta non ſuccedat.

9 ¶ Vltimò videtur deciſio in terminis Soc. in conſ. 219. vol.2. vbi hæc conditio, Si hæres ſcriptus noluerit ferre arma ſeu inſignia teſtatoris, non verificatur in caſu, quando ille deceſſerit ſine liberis, & ſic in caſu impotentiæ, qui eſt caſus noſter, & ibi plures rationes adducit, vt per eum: Idem decidit Dec. in conſ.273. vbi erat ſubſtituta pia cauſa, & tamen reſtringitur ad caſum expreſſum per teſtato-

ſtatorem tantum & non vltra: Et ideò cùm inſtitutus, qui tenebatur aſſumere cognomentum, viuo teſtatore deceſſiſſet, expirat ſubſtitutio hoſpitalis tanquam in pœnam non aſſumentis facta, quam pœnam non meretur, quia nihil commiſit, nec quicquam illi eſt imputandum.

10 ¶ Obijci etiam poteſt Comiti Ludouico Manfredo moderno præſcriptio triginta, immo & quadraginta annorum, iuxta l. ſicut. & l. omnes. Cod. de præſcriptione triginta vel quadraginta annorũ. cùm per tantum temporis ſpatium omne ius tollatur, dictis iuribus.

¶ Sed iſtis non obſtantibus, diligẽtius & maturius rem ipſam perpẽdendo contrarium omninò dicendum eſt, videlicet: Comitem Ludouicum modernum de iure admittendum eſſe ad iſtam ſucceſſionem vti filium maiorem natu ex deſcendẽtibus olim Ioannis Ludouici deficiente perſona Vgolini iunioris eius fratris maioris, & deficientibus omnibus illius deſcendentibus maſculis: In quem caſum alius filius maior ætate dictæ Mariæ Caterinæ, & ſui deſcendentes maſculi in infinitũ fuerunt per Vgolinum primum vocati in ſuo teſtamento.

11 ¶ Pro cuius rei euidentiori intelligentia præmitto illud, quod ab omnibus legumlatoribus fuit traditum, & apud noſtros Doctores omnes receptiſſimum eſt, videlicet: Quòd in vltimis voluntatibus mens & intentio teſtatoris potiſſimum ſcrutanda eſt, inueſtiganda & attendenda, & illam ſequi debemos in iudicando quemadmodum venator leporẽ, vt hoc adagio vtitur Baldus in l. cum quidam. Cod. de neceſſar. ſer. hæredibus inſtituendis, & illi inhærere potius, quàm cortici aut ſtrictæ verborum ſignificationi: Quæ uerba ut plurimùm varios habent ſenſus, & plura ſignificare poſſunt; Ideo ſcrutandum eſt, quæ nam fuerit mens & intentio teſtatoris, & ſecundum illam verba intelligere & interpretari:
12 Quoniam lex dicit, quòd verba intentioni deſeruiunt, non autem intentio verbis. C. Secundo requiritis. extra de appellation. Cap. intelligentia. extra de verborum ſignificatione. C. Humanæ
13 aures. 22. quæſtione. 5. Et quemadmodum anima præfertur corpori, ita intentio verbis. C. Sedu
14 lò 38. deſtinet. C. Marchio. & Baſillides prima, queſtione j. Animaduertere igitur in primis debemus in cognoſcendo, quæ nam fuerit teſtatoris mens & intentio in ſua diſpoſitione, & ſecundum illam iudicare & verba intelligere:

ligere: Et ita nos docet & mādat
Iureconſul.in l. in conditionibus
primum locum in principio, &
in l. Pater ſeuerinam. ſ. condi-
tionum verba.ff. de conditionib.
& demonſtration. vbi textus ex-
preſsè dicunt verba ſecundum in
tentionem teſtatoris declatari,
& ut eorum ſignificatio immu-
tetur & alteretur: Et tamen ibi ſu
mus in conditione voluntaria,
quæ ſecundum Doctores debet
in forma ſpecifica impleri iuri-
15 bus ſupra allegatis. Ad idem eſt
textus in l. Hæredes mei. ſ. cum
ita. ff. ad Trebellian. vbi dicitur
quòd licèt verba repugnare vide-
bantur, ut neptis illa admittere-
tur, tamen attenta potius teſtato
ris mente, quam in fideicommiſ-
ſis ſeruari dicit, illam admittit ad
fideicommiſſum, & illam men-
tem teſtatoris ibi ex coniecturis
elicit, ſumptis tamen ex his, quæ
in illo teſtamento dixerat teſta-
tor: Ad idem eſt textus expreſſus
in l. 3. §. conditio. ff. de adimen-
legat. in l. penultima. ff. de leg. j.
in l. 3. Cod. de liberis præter. in
l. Quoniam indignum. Cod. de
teſtamentis. Pulcher textus in l.
Quiſquis. ff. de verborum ſigni-
fication. vbi etiam, quando ver-
ba & mens inuicem pugnant, mē
ti potius eſt ſtandum: Ad quod
etiam eſt textus in l. Publius. §. vl
timo. ff. de condition. & demon
ſtrationib. vbi expreſsè præfert vo
luntatem teſtatoris etiam non ex
preſſam, ſed veriſimilem & con-
iecturatam, verbis quidem expreſ
ſis.
16 ¶ Et iſtud, quod ex mente
coniecturata probabilibus tamē
coniecturis inducatur fideicom-
miſſum, procedit nedum, quan
do verba aliqua fuerunt expreſſa,
quæ illud quoquo modo ſaltem
impropriè ſignificent, Sed etiam
ſi omiſſa omnino fuerunt, ta-
men ex probabilibus coniecturis,
quæ aliunde, & ex illis verbis ſū
muntur, elici poteſt, ut eſt caſus
in l. cùm proponeretur. ff. de leg.
ſecunda. & in l. vnum ex familia.
§. ſi omiſſa. & in §. vltimo eodem
tittulo, ubi ſi illud, quod omiſ-
ſum fuerat, congruit cæteris, quæ
leguntur, rectè datum, ſed mi-
nus ſcriptum cenſetur: Et ſic lo-
quitur ibi de eo, quod omiſſum
17 penitus fuerat: Verbis autem in
diſpoſitione expreſſis tunc ſtan-
dum eſt (ne quis fortè putaret,
nos velle verborum ſignificatio-
nem prorſus abijcere ac explode-
re, quando aliud non apparet in
contrarium de mente diſponen-
tis expreſsè, vel ſaltem tacitè &
veriſimiliter ex probabilibus con
iecturis: Et ita tunc procedit
textus in l. prim. ſ. Si is, qui na-
uem. ff. de exercit. actione in l. La
beo. ff. de ſuppellect. leg. & in l. 18
ſi alij.

ſi alij. ff. de vſufruct.leg. cum alijs ſimilibus, quæ in iſtis terminis loquuntur: Et ita etiam declarat textus in l. Non aliter. ff. de leg. 3. Et hoc pacto loquuntur etiam Doctores, qui dicunt verbis eſſe ſtandum, & in his terminis intelligendi ſunt, ut apertè & notabiliter colligitur ex his, quæ tradit Soc. in l. in ambiguo. in prima & octaua concluſione, iunctis his, quæ ibi dicit in ſecunda & tertia & ſequentibus concluſionibus. ff. de rebus dubijs.

18 ¶ Item non attenduntur coniecturæ, quando ex ſuo capite quis eas ſibi ipſi confingit, ita loquitur, & procedit quod dicit Baldus & Imol. in l. cum quidam. ff. de hæredib. inſtituend. Idem Bal. in l. j. C. de his, qui ante aper. tab. in vltim. col. & in C. mandatum. col. j. verſi. Item nota de reſcript. Et ita egregiè materiã hanc declarat Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 5. ver. ex qua concluſione infertur. ff. ad Trebell. & in conſ. 6. col. 3. ver. reſtat nunc. vol. 3. vbi licèt regulariter fideicommiſſum conditionale non tranſmittatur, tamen ſecus ſi apparet de coniecturata mente teſtatoris in contrarium, ſi modò coniecturæ deſumantur ex his, quæ in teſtamento expreſſa fuere, aliàs verò ſecus; Quia tunc procederet doctrina Baldi in dict. l. cum quidam. ut ibi per eum. Et idem dicit Curtius iunior in conſilio 16. col. 3. ver. Secundam principalem concluſionem. Decius conſil. 369. & 476. & magiſtraliter declarat.

19 Idem Soc. in leg. in ambiguo. ff. de rebus dubijs per octo concluſiones. ¶ Quando ergò coniecturæ ſunt probabiles & legitimæ, tunc attenditur mens coniecturata iuribus ſupra allegatis, quæ hoc expreſsè dicunt & mandant: Et per illa iura, & per alias rationes Doctores infiniti propè iſtud idem dixere, videlicet: Ex coniecturis & ex veroſimili mente teſtatoris, etiam qđ verba non omnino deſeruiant, induci fideicommiſſum: Pulchrè hoc dicit Riminaldus in conſil. 112. col. 2. vbi in ultimis uoluntatibus dicit, quòd attenditur mẽs teſtatoris etiam contra propriam naturam verborum, & qđ mens ex coniecturis ſumitur, & in cõſilio 116. col. j. & in conſil. 117. col. 2. Soc. notanter in conſil. 26. in 4. volum. vbi illa ſubſtitutio, Si ſine filijs deceſſerit, licèt regulariter expirare ſoleat, ſtatim cùm filius natus eſt, quicquid poſtea eueniat, l. filius familias. §. Cum quis. ff. de leg. j Oldradus conſil. 21. cum ſimil. tamen ex coniectur. mente teſtatoris locum habet, ẽc ſi ille cum filijs moriatur, & illi poſtmodum ſine filijs decedant;

ſa, & ſeipſum pariter conſtituit eiuſdémet debitorem ex alia cauſa, & ſic eademmet perſona eſt debitrix: Et tunc compenſatio non fit, niſi de voluntate ipſius conſtet, ſaltem ex coniecturis p ſupra dicta: Quod in caſu noſtro dici nullo modo poteſt, vt ſupra deductum fuit.

25 ¶ Nec me latet diſtinctio Doctorum in l. Huiuſmodi. §. cum pater. ff. de leg. j. & in l. ſi cum dote. §. Si pater. ff. ſoluto matrimonio. Et in auct. præterea. c. vnde vir, & vxor, videlicet, quod aut debitum eſt voluntarium, & tūc non cenſetur voluiſſe compenſare, aut eſt neceſſarium, & tunc ſecus, quia creditur illum voluiſſe compenſare; Sed caſui noſtro nō

26 facit difficultatem aliqnam: Nam primò dico, quòd quando legatur quantitas, & debitum in ſpecie conſiſtit, vel e contra, tunc indiſtinctè ceſſat compenſatio: Ita in terminis dicit Soc. in conſ. 93. num. 22. & ſeq. vol. j. vbi dicit ita tenendum eſſe in iudicando, & conſulendo: Et non præſumitur hoc caſu illum habuiſſe animum compenſandi: Et iſtam materiam etiam ita declarat Tindar. in tract. de compenſat. in ſecundo articulo vbi pulchre rationem aſſignat. In caſu autem noſtro ſine dubio multa ex iſtis creditis cōſiſtunt in ſpeciebus, Immo verò dominium in multis ipſi de Candis habent, vt in prædijs, & alijs iuribus per ipſos acquiſitis: in ædificijs per ipſos conſtructis: in mobilibus, quæ ipſa teſtatrix ex domo illorum de Candis habuit, & de multis alijs conſtare poterit, quæ in ſpecie, & non in quantitate conſiſtunt: In quibus ſine dubio aliquo compenſatio indiſtinctà nulla fit. Præterea cùm iſta Domina Eliſabeta hæc credita ignorauerit (vt dictum eſt ſupra) impoſſibile omnino eſt dicere quòd 28
ipſa habere potuerit animum cōpenſandi cum debito, quod neſciebat; cùm animus, ſeu volun-
27 tas ad incognita non trahatur. l. cum Aquilina, & l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact. l. Mater decedens. ff. de inoffic. teſtam.

Et ita de iure verū eſſe reſpondi ego Paulus Leonius Conſiliarius Ducalis Epiſcopus Ferrariæ, ſalua ſententia rectius ſentientis, & in fidem ſubſcripſi, ſolitoque ſigno ſignari iuſsi.

SVMMARIVM.

1 *Maxima eſt vis & auctoritas matrimonij.*

2 *Conditio ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo matrimonio natis, an verificetur in legitimatū per ſubſequens matrimonium, tàm in contractib⁹ quàm in vltimis voluntatibus, & num. 3. & ſeq. & num. 10.*

4 *Ille, qui legitimatur etiam per ſubſequens matrimonium, dicitur fuiſſe legitimus fictè & impropriè.*

5 *Clau-*

6 *Clauſula non aliter nec alio modo denotat præciſam & enixam voluntatem diſponentis, ita quòd nullam recipit declarationem aut modificationem, & inducunt formam ſeu ſolennitatem. num. ſeq.*
7 *Repetitio plurimum operatur.*
8 *Teſtator præſumitur plus diligere ſuos, quàm extraneos.*
9 *Abſurdum eſt, vt minus dilectus præferatur magis dilecto, & ne hoc ſequatur, licet reſtringere verba generalia.*
10 *Si teſtator excluſit proprias filias, multò magis filias aliorum.*
11 *Legitimatio facta tempore mortis, cenſetur facta in fraudem fideicom.*
13 *Iura clamant & Doctores ſeruari voluntates teſtatoris.*

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

Legitimatus per ſubſequens matrimoniū an admittatur ad ſubſtõnem, in qua vocati fuerũt nati ex legitimo matrim.

LICET caſus iſte nõ modicã in ſe videatur habere difficultatẽ propter varias Doctorum ſententias, cùm in facto præſuponatur, matrimonium fuiſſe inter parentes iſtius aduerſarij magnifici Domini Marij de Ianua legitimè cõ-
1 tractum: Quo caſu propter vim & auctoritatem matrimonij primo aſpectu nihil illi deeſſe videtur ad eius legitimitatem per tex. in C. tanta, & quæ ibi notantur extra. Qui fil. ſint leg. & quæ habentur in C. innotuit, extra de elec. & in §. vlt. inſt. de nuptijs.
2 Ideoque videretur defeciſſe conditionem fideicom. vt tradit Rimin. in conſ. 226. vbi loquitur in fortioribus terminis, nempe vbi verba illa, ſi decederet ſine filijs ex leg. matr. natis, prolata fuerãt in contractu, in quo ſtricta fit interpretatio, l. Quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. oblig. quam facit in teſtamẽtis, l. in teſtamen. ff. de reg. iur. Et tamen verba illa verificantur in eo, qui legitimatus fuit ex matrimonio poſt ſubſecuto: Et hoc idem latè tenet Alc. in conſ. 52. lib. 9. vbi dicit hãc eſſe communem, & reſpondet rationibus Alex. qui contrarium tenebat in conſilio 5. voum. 7. & hoc idem concludit Decius in conſil. 155. vbi & ipſe de communi atteſtatur.
3 ¶ Verum tamen contrarium de iure verius eſſe exiſtimo, & præſertim in terminis caſus propoſiti, in quo multa concurrunt, ex quibus redditur clara, aperta cõcluſio, quòd vocati ad fideicom. admitti debeant, non obſtante iſto legitimato per matrimoniũ ſubſecutum: Hoc. n. primò concludit Bald. in conſ. 367. vol. 5. vbi

& ipſe

& ipſe reſpondet rationibus, quæ
in contrariũ adducuntur, quem
ſequitur Alex. in d.conſi.5. vol.7.
& illum approbat Alci. in conſil.
187. lib.9. in hoc recedens à ſuperiori
ſententia, & dicit quòd bis,
vel ter vidit ita fuiſſe iudicatum in
ampliſſimo Senatu Mediolanenſi,
licèt Decius in conſi.155. aliter
reſpondiſſet, & ſubdit etiam qđ
ex quo matrimonium fuit ſubſecutum
in ægritudine, in qua deceſſit
hæres grauatus, videtur in
fraudem fideicom. factum. Et
hoc idem multum conſiderate,
concludit Rimin. in conſil. 543.
vbi ponderat diligenter, quòd eſt
differentia inter eum, qui ab initio
natus eſt legitimus, & illum,
qui natus eſt illegitimus, & ſic
nullo exiſtente matrimonio, ſed
poſt legitimatus fuit per matrimonium
ſubſecutum, quia ille
ſimpliciter & verè, ac ſemper fuit
legitimus, & de eo ſenſit & locu-
4 tus eſt teſtator. Ille verò, qui poſt
fuit legitimatus per ſubſecutum
matrimonium, aut non fuit legitimus,
aut ſi fuit, fuit fictè & im
propriè. Vnde licèt, quando ſumus
in dubio, verba prolata per
teſtat. poſſent intelligi etiam in
caſu ficto, ſeu ciuiliter, tamen
quando apparet de voluntate teſtatoris,
quòd voluit intelligere
verba ſua naturaliter, vt eſt in ca
ſu noſtro, ut infrà dicetur: tunc
non aliter intelligi debent, vt illic
plenè per Rimin. qui ad omnia
contraria reſpondet, Et dicit
apparere de voluntate teſtatoris
propter geminationem verborũ.
At in caſu noſtro non ſolum apparet
de voluntate teſtatoris, quia
verba ſunt geminata, ſed etiam
quia ſunt ſæpius repetita, vt in te
ſtamento ibi & eius filios legitimos
& naturales, & de legitimo
matrimonio procreatos, quod ſę
5 pè repetit, Et ſubiungit clauſulã
& non aliter, quæ verba ſunt reſtrictiua,
ita quòd nullo alio modo
verificari poſſunt, & ſic deno
tant enixam & præciſam voluntã
tem & mentem teſtatoris, nec pa
tiuntur aliquam aliam modificationem,
aut alium intellectum ſe
paratum à verbis prolatis. Ita no
tabiliter declarat Alex.coñ.3. col.
2.uer.cõfirmo.vol.5.ſequitur Dec.
licèt de Alex. nullam faciat mentionem
in conſ.61.nu.2. poſt Bal.
in l. Etſi quidem. C. de exceptio-
6 nibus: Et iſta verba inducunt ſo
lennitatem quãdam & formam,
cui non poteſt renunciari. Bart.
in l.vlt. C. de vendendis rebus ciuitatis
lib. 11. & in l.de his. col.2.
te & eius deſcendentes ſuccede-
rent, quo caſu etiam in conditio
ne uoluntaria Doctores declarãt
extenſionem fieri etiam ad alium
caſum: Ita in ſpetie declarat egre
giè materiam hanc Soc. in d. §. Et
quid

quid ſi tantum in vlt. not. & Lanced. Galiaula ibi in 7. col. verſi. Secundò limit. Et eſt textus in l. mulier. in prin. ff. ad Trebell. Et quod per illum tex. tradit Ioan. Andreæ in addit. ad ſpecul. in tit. de ſecundis nupt. ubi ſi teſtator relinquat vxori mille fruenda toto tempore vitæ ſuæ, donec caſtè vixerit, & poſt eius mortem Titium in illis mille ſubſtituit, ſi contingat vxorem tranſire ad ſecundas nuptias, legatum debetur Titio et illa viua: Quoniā ſi teſtator cogitaſſet illā fore trāſituram ad ſcdas nuptias, Quemadmodum ſubſtituit Titiū in caſu mortis, ita etiā illum ſubſtituiſſet in caſu, quo tranſiret ad ſecunda uota, & ſic attenditur verosimilis mens teſtatoris, etiam quòd ſimus in conditione voluntaria, prout dicitur in l. in conditionibus primum locum. ff. de cōdit. & demonſtrat. cum alijs ſimilibus, ſequitur Alex. in conſil. 30. vol. 2. Idem Alex in d. § & quid ſi tātum. & in l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. vbi etiā Paul. Caſtren. pulchrè Ruin. in conſil. 89. vol. 4. ubi expreſsè vult conditionem etiam voluntariam impleri per æquipollens, quando effectus aliquis fuit conſideratus, Immo nedum in ultimis uoluntatibus, in quibus latior fit interpretatio, ſed etiam in contractibus, immo & in ſententia, ut ibi per eum. Soc. iun. in conſi. 145. col. 4. ver. Præterea etiam in condit. uoluntaria. vol. 3. Et facit etiam quod conſuluit Alex. in conſ. 100. in 4. vol. ubi illa conditio, ſi filius efficiatur preſbyter, uerificatur, ſi ſine filijs deceſſerit attenta mente teſtatoris, ergò eodem modo iſta conditio, ſi maior natu aut eius deſcendentes maſculi ſe non nominauerint de Cantellis, verificatur, ſi ille ſine filijs deceſſerit: Et ita linea iſta maſculina deficiat, cùm ratio diuerſitatis reddi non poſſit circa uoluntatem teſtatoris cur uno caſu magis quàm alio voluerit ſubſequentes filios maſculos vocari, ſed idē effectus vtroq; caſu militet, & ſequatur ut ibi per eum maximè in j. col. ver. Ex hoc præmiſſo & col. ſeq. ver, conferendo ergò. ut ibi per eum: Et quòd dicit Iaſ. in conſ. 148. coll. 5. ver. non obſtat generaliter. & ſeq. uol. 2. Pariſ. conſ. 97. col. pen. verſi. tollitur. vol. j. Dec. expreſsè in cōſil. 227. in fi. vbi conditio voluntaria ex veroſimili mente teſtatoris, & propter identitatem rationis, trahitur ad alium caſum quàm ſit expreſſum, Et idem dicit in conſ. 472. col. 2. in fi. & Soc. iun. conſil. 42. col. 7. ver. Ad ſecundum verò ubi in ſpecie reſpondet ad tex. in l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cōdit. fact. & in l. cùm vxori. c. quando dies leg. ced. Idem dicit in conſ. 90. in fi. & in conſil. 106. col. 6. in prin. vol. j. & in conſ.

181.col.5.uer.etenim. vol.2. Crau. in d.conſ.ult.col.4 uer. Sextò nos videmus, ubi dicit, quod cōditio voluntaria trahitur ad alium caſum ſimilem etiam contra ſignificationem uerborum: Et in uer. ſeq. dicit caſus ſimiles illos dici, i quibus militat eadem ratio, Et alios multos referre poſſem idem tenentes: Sed ſolum nunc addo doctiſſimum Alc. in tit. de uerborum ſignificat.fol.mihi.251.ſecūdum paruam impreſſionem, ubi in ſpetie & ipſe limitat illam regulam non procedere, quando ex coniectura aliqua deprehendi poteſt teſtatorem effectum ſeu finē conſideraſſe, quia tunc in illa idē quod in neceſſaria eſſe dicit, ut ſcilicet per æquipollens impleatur, & illud procedere dicit nedum in fideicommiſſo, ſed etiam in directis ſubſtitutionibus: Sed de hoc eſt caſus legis expreſſus, in quo dicitur in conditionibus adimplendis mentem teſtatoris, non autē formam verborum eſſe inſpiciendam in l.in conditionibus primū locum ff.de condit. & demōſtrat. vbi ponitur exemplum conditionis huius ſpetiei, Et in l. pater ſeuerinam.§.conditionum uerba. eo.tit. ¶ Secundò ex prẹmiſſis inferri poteſt ad aliam reſponſionē vſt. quòd ſtante identitate rationis non dicatur extenſionem aliquam fieri, cùm ſit quòd omnes caſus, in quibus eadem ratio militat, dicantur abſq; alia extenſione in diſpoſitione comprehendi, ut tradit Paul.Caſtrenſ. in conſil.83. uol.2. cū alijs ſuperius ad hoc adductis in uer.Item cū non poſſit.

37 ¶ Non obſtat quartum, quòd teſtator vſus fuit verbis reſtrictiuis, vſt. tunc & eo caſu &c. Quoniam reſpondetur, quòd quando adeſt voluntas teſtatoris, nihil faciunt uerba illa, quo minus ſeruetur ſua diſpoſitio: Neq; taxatiua uerba excludunt caſus ſimiles & eandem rationem habentes. Not. in l. ob æs.C.de præd.minor. In terminis declarat Curt.ſen.in conſ.75. col. antepen.in fi. & ſeq. ubi loquitur etiam quando non eſt expreſſa ratio, & dicit quòd taxatiua ſtat ad excluſionem caſuum extraneorū: Ideò ſic in caſu noſtro ſtat ad excluſionem caſus, quando illi ſe vocare velint aut poſſint de Cantellis, & ita ſe vocent de Cantellis, tunc uerum eſt quòd alij filij Mariæ Caterinæ aut eorùm deſcendētes non admitterentur. Dec conſ. 227.col.pen.& ult. ver.non obſtat quòd extenſio. & Pariſ.conſil.20. col.3.ver.non obſtat. & conſ. 50. col.pen.num.52.& conſ.66.col.7. ver.nō obſtat quarto loco. vol.3. Soc.iun.conſ.166.col.antepenult. ver.præterea. & ſecundo. uol.3. In quib' locis oībus habetur, dictiones illas taxatiuas non impedire quominus extenſio ſtat ad caſus ſimiles & eandem rationem habentes

tes ex veroſimili & coniectura ta mente teſtatoris, Optimè confirmatur ex his, quæ dicit Crot. in l. Gallus. § & quid ſi tantum. nu. 49. ff. de lib. & poſthum. ubi etiam in materia pœnali fit extenſio ad caſum ſimilem, hoc eſt eandem rationem habentem, non obſtante dictione taxatiua: Et eſt deciſio Oldr. in conſ. 185. in fi. Gozad. cõſ. 64. in fin. ubi dicit quòd quilibet bonus iudex ſequi debet uoluntatem teſtatoris, non obſtantibus illis verbis. Soc. iun. conſ. 114. col. pen. uer. Etiam ex iſtis. vol. 3. & cõſil. 145. col. 4. ver. Secũdò etiam reſpondetur. vol. 3. Sed in caſu noſtro voluntas huius teſtatoris fuit vt nomen familiæ ſuæ per iſtos filios Mariæ Caterinæ ſuæ filiæ, & eorum deſcendentes maſculos in infinitum conſeruetur: Ideò vocauit primò maiorem natu & ei' deſcendentes maſculos, ita vt ſe nominent de Cantellis: Ipſo autem nolente aut ſe non nominante de Cantellis, tunc & eo caſu vocauit quemlibet alium filium &c. Certè cùm teſtator iſtos vocauerit eo caſu, quo maior ętate ſe nollet nominare de Cantellis, ea ratione vt nomen ſuæ familiæ in perpetuum per iſtos conſeruaretur, non video rationem cur nòn idẽ dicendum ſit, quando linea maſculina maioris ętate deficeret; Et quomodo ſi iſti alij deſcendentes maſculi Mariæ Caterinæ excludãtu, quomodo inquam ſeruabitur voluntas teſtatoris expreſſa, vt per iſtos perpetuetur nomen ſuæ familiæ, cùm verum ſit iſtum maiorem natu & eius deſcendentes maſculos non vocari de Cantellis, cũ omnes defecerint; Et ſic etiam dici poteſt quòd verificetur diſpoſitio teſtatoris etiam ſecundum naturam verborum reſtrictiuorum, Et iſta eſt ſecunda reſponſio, quia aduertendum eſt qđ teſtator non ſimpliciter dixit ipſo nolente, ſed addidit aliud verbum, vl't; vel ſe non vocante &c. Quæ verba comprehendunt quemcunq; caſum, ptopter quem ſe non vocet de Cãtellis, præter illum expreſſum nominatim voluntatis, Conſequenter etiam iſtum ob mortem & lineam maſculinam defitientem: Adeo quòd iſta verba reſtrictiua nullam prorſus facere poſſunt difficultatem, Quia etſi in eorum reſtrictiua ſignificatione ſumãtur, includunt caſum, quando maior ętate ſe nolit vocari aut ſe non vocet de Cantellis, & ſic etiam aliter quàm per caſum voluntatis.

¶ Non obſtat quintum, Nam multis modis reſpondetur. Et primò, quòd illa diſpoſitio ſeu teſtamentum Antonij Manfredi factũ inter dictos ſuos filios, vl't. Vgolinum iuniorem, & Ioan Ludouicum, à quo deſcendit, & cuius nomen refert Comes Ludouic' Modernus nunc actor, non potuit

quicquam alterare aut immutare voluntatem & diſpoſitionẽ Vgo-
38 lini antiquioris; Nam fideicommiſſum aut alia diſpoſitio nõ trahitur ad ea, quæ aliunde proueniunt, quàm ex ipſo teſtamento grauantis.l.cohæredi.§.cum filio. ff.de vulg.& puppill. Ang.in cõſ. 287.col.vlt. Cor.conſ.228. uol.2.& ſeq.vol.4. Soc.iun.complura allegans in conſ. 72. col. antepenult. ver.2.facit.uol.j. Ideoq; nullam legem imponere ille potuit illis bonis debitis ittis fratribus & deſcẽdentibus eorum maſculis ex teſtamento Vgolini antiquioris, eo maxime, cum ipſe Comes Antonius non erat eius filius aut deſcẽdens, immo nec etiam hæres: Pręterea illud teſtamentum Comitis Antonij mandat, ne Ioan.Ludouicus aliquid peteret ex dictis bonis Vgolino dimiſſis, & è contra; Sed hoc fuit ad vnguem oſſeruatum, quia Ioan. Ludouicus nihil vnquã petijt ab Vgolino eius fratre, nec nũc ab eo petit quicquã; ſed petitur ab extraneis fœminis, aliarum familiarum virtute iuris fideicommiſſi Vgolini antiquio-
39 ris, cui⁹ caſus extitit ob eius lineã maſculinam finitam, cui fideicõmiſſo non potuit derogari per diſpoſitionem Antonij per ſupradicta, neq; etiam per approbationẽ à dictis fratribus factam; licèt ẽt verbis generalibus & vniuerſalibus facta fuiſſet, ad not. in l. qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerbor. obligat. vbi ego copiosè tradidi in 1.2.4.5.6.queſtionibus Bart.tradit egregiè Corn.conſ.102. uol.4. Dec.conſ.495. in ſecundo dubio. Nam fideicõmiſſo non aliter poteſt renuntiari, aut de eo conuentio fieri, quàm inſpectis & cognitis verbis teſtamenti.l.de his.ff.de tranſact.l.j.ff. Quemadmod. teſt. aper.Ruin.conſ. 92. col. antepen. vol.3.vbi loquitur quando erat iuratum: Præterea etſi iſte actus inducerct inter eos fideicommiſſi renuntiationẽ, tamen non traheretur ad eorum deſcẽdẽtes, qui fuerant ad illud fideicom. vocati, etiam quòd de ipſis fuerit in renũtiatione habita mentio ſecundũ Alban.in conſ.74.Sed ex alio etiã ſumus extra omnem difficultatẽ, Quoniã Comes Ludouicus actor non eſt hæres Comitis Antonij aui ſui; Ideoq; nullo modo adſtringitur illi diſpoſitioni aut renuntiationi, Prætterquàm quòd illa diſpoſitio teſtatoris eſt intelligenda, ne quicquam petatur ab ipſis ſuis filijs aut eorum filijs & deſcendẽtibus; Sed hoc nihil prodeſſe poteſt illis fœminis extraneis & alienæ familiæ, de quibus teſtator nullam penitus conſiderationem habuit, nec eis voluit hanc ſuam diſpoſitionẽ prodeſſe, maxime in præiuditium deſcendendentium ſuorum. l. cum acutiſſimi.in fi.C.de fideicom.cum ſimi lib.

lib. Facit optimè quod tradit Signorol. de homode. in fortiorib' terminis, nempe in interpraetando ſtatuto in conſ. 208. in verſi. Si igitur hoc eſt cautum.

41 ¶ Non obſtat ſextum, quia ex priuilegijs ciuilitatum in ciuitate Parmae ceſſat difficultas: Namq; poteſt quis eſſe ciuis alicuius loci tribus modis, origine, domicilio, aut priuilegio, ut probatur in l. priuilegio. & l. ſequenti C. de incol. lib. 10. & iſti tres modi potiſſimum hodie in vſu ſunt: Licèt ergò origine Com. Io. Ludouicus actor dici nõ poſſit Parmẽſis, aut nec ẽt domicilio, quia Ferrariæ habitauit huc vſq;: tamẽ priuilegio & maiorũ ſuorũ, & proprio ciuis Parmenſis eſt, & habilis ad ſuccedendum: Nã Com. Albericus pater Com. Antonij, qui fuit marit' Mariae Caterinae creatus fuit ciuis Parmenſis ipſe & deſcẽdentes ſui, ut in eius priuilegio videri poteſt, Itẽ nouiſſimè fuit conceſſum priuilegiũ ciuilitatis ab Excellentiſs. Duce Octauio Com. Io. Lud. Moderno, qui nunc agit, in quo redditur habilis ad ſuccedẽdũ, & ad oĩa alia, in quibus habiles ſunt ciues originarij Parmẽſes: Et licèt ĩeò dicatur abſq; tertij præiuditio, cui eſſet fortè ius aliquod quæſitũ, nunc dico iſtis fœminis, quæ nũc iſta bona poſſidẽt, nullum poteſt dici ius fuiſſe quæſitum, quia ad eas non pertinebãt hæc bona nec pertinẽt, ſtante teſtamento illo Vgolini antiqui, immò ius fuerat iſtis deſcendentibus ex filio Mariae Caterinae quæſitum: Nam

42 huiuſmodi clauſulæ intelligũtur de iure legittimè & verè competente argumen- eorum, quæ dicit Felin. in C. ſuper eo. col. j. de offic. de leg. ubi clauſula, nõ obſtante collatõe alteri facta intelligitur de illegitima: Ita ergò clauſula reſeruãs ius tertij ĩtelligitur de iure legitimo, nõ ãt de illegitimo, Et reſeruatio nihil dat, Bal. in l. vlt. in prin. in vlt. verbis. C. de temp. app. Ang. in l. ſcriptum. c. qui potior. in pignor. hab. & in l. omnes C. de praeſcript. 30. vel 40. annor. Et quod tradit Dec. in conſ. 394. ante nu. 9. poſt Bar. quẽ ibi allegat in l. ſi ſic. §. j. in fi. ff. de leg. j. Crau. cõſ. 30. col. 5. ver. Quintò iſta quæſtio. & conſ. 79. col. 2. ver. Quartò verba, Soc. iun. conſil. 65. col. vlt. vol. j. Ideò remanet, quòd hæc ciuilitas illi prodeſſe debet: Addo etiã quòd ſtatuta iſta condita fuerunt poſtquam delata erat ſucceſſio iſtis deſcendentibus Comitis Ioã. Lud. ſenioris ob lineam maſculinã finitã dicti Vgolini: Ideò ſtatuta ſeu decreta Excellentiſſ. Ducis Octa. Farneſij & genitoris ſui ad hunc caſum trahi nõ poſſunt,

43 quoniã lex futuris non præteritis dat formam negotijs. l. Leges & conſtit. C. de leg. Bal. cõſ. 207. vol. 5. Aret. conſ. 164. col. j. in fi. Innoc. in C.

in c. cum omnes. col. j. de conſtitut. vltra quod adeſt expreſſum ſtatutum Parmæ, quo cauetur ſtatuta omnia ad futuros caſus tantummodo trahi, & hoc mod etiã tollitur aliud ſtatutum loquens de muliere nubente forenſi: Nam ipſa nupſit Com. Anton. de Manfredis ãno 1450. deceſſit ãno 1472. Statuta autem Parmenſia condita fuerunt de anno 1494. meritò nihil obſtare poſſunt; Et hæc dicta ſunt ex abundanti vltra ciuilitatem obtentam per Com. Albericum patrem Com. Antonij de Manfredis mariti Mariæ Caterinæ, propter quam non poteſt dici nupta forenſi.

44 ¶ Non obſtat conſ. Soc. 259. vol. 2. & Decij 272. quia caſus illarum conſultationum longè differunt à caſu noſtro: Et quo ad conſil. Soc. dico in primis, quòd illa Panphila priuigna teſtatoris fuerat vocata ſub illa conditione ſignãter, ſi inſtitutus ſe noluerit vocare de familia teſtatoris, aut aſſumere arma ſua: In caſu autem noſtro teſtator non ſe reſtrinxit ad caſum voluntatis tantum, ſed dixit, ſi noluerit ſe vocare de Cantellis, vel ſe non vocauerit, quæ vltima verba poſt præcedentia prolata neceſſariò ſignificãt alium caſum vltra illum voluntatis, & ſic importat etiam caſum impotentiæ, vt ſupra dictum eſt.

¶ Præterea & ſcdò reſpondeo, quòd ibi, vt ipſe Soc. fatetur, illa erat tranſlatio in meram pœnam & odium facta nolentis aſſumere arma & cognomen teſtatoris, ꝗ in caſu noſtro eſt ſecus, quia teſtator vocat alium filiũ Mariæ Caterinæ & eius filios maſculos, dummodò ſe vocet de Cantellis, non principaliter in odium præcedentis nolentis ſe vocare, ſed principaliter in fauorem ſuę agnationis & ſui nominis, Quod patet, quia non ſe reſtrinxit ad caſum voluntatis, ſed dixit ipſo nolente aut ſe
45 non vocante de Cantellis; quo caſu attenta principali intẽtione, fauorabilis diſpõ eſt dicenda, vt eſt tex. not. in l. qui except. ff. de cõdit. in deb. Bal. in cõſ. 433. vol. 3. Rom. conſ. 39. Aret. conſ. 29. Decius in l. venia, col. pen. C. de in ius vocan. Anch. in conſ. 112. col. vlt. ver. vlt. pro hac parte. & conſ. 404. ver. nõ obſtat ſi dicatur, cum ſimil. Præ-
46 terea potiſſimũ eius fundamentũ quãdo ſumus in ſubſtitutione eſt, quia conditio voluntaria debet in forma ſpecifica impleri. l. Qui hæredi. & l. Meuius. ff. de condit. & demonſt. quod fundamentum ſatis debile eſt, vt ex ſupradictis in reſponſione ad tertiũ argumentum contrariæ partis apparet, prępſertim ſi in cõditione fuit effectus aliquis cõſideratus, prout in caſu noſtro fuit conſideratus effectus iſte, vt nomen ſuæ familiæ p iſtos deſcendẽtes Mariæ Caterinæ filiæ

ſuæ ſucceſſiuè conſeruaretur, quo caſu conditio etiam voluntaria per æquipollens impleri poteſt, vt eſt tex. in l. mulier in prin. ff. ad Trebel. & in l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. vbi ſubſtitutio facta ſub conditione emancipationis verificatur in morte patris, vel ſi aliàs ſui iuris effectus fuerit, quia idẽ effectus ſequitur, videlicet quòd ille ſibi acquirat & efficiatur ſui iuris, Et dicit Iureconſultus in d. l. mulier. quòd teſtator non expreſſit illum caſum, qui euenit, qnia de eo non cogitauit euenturum fore, non autem quia nollet etiam in eo suam diſpoſitionem verificari, & ideo tex. mandat etiam in eo verificari voluntatem ſeu diſpoſitionem teſtatoris: Et hoc idem probatur in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. & Bart. & alij omnes: Et ſi dicas ibi conſiderauit effectum, ut hæreditas illi acquireretur, Dico quòd & hic pariter conſiderauit teſtator effectum, ut bona ſua inter filios & deſcendentes maſculos filiæ ſuæ conſeruarentur, & per eos nomen ſuæ familiæ, ideò eos omnes ſucceſſiuè tamẽ ſubſtituit ſub illa conditione, ſi vocauerint ſe de Cantellis ad hunc effectum, vt perpetuò conſeruaretur illud nomen; Ergò quocunq; modo eueniat, qđ maior filius aut deſcẽdentes ſui ſe nõ vocarẽt de Cantellis, ſiue quia nolint, ſiue quia nullus eorum amplius ſuperſit, cũr non erit locus ſucceſſioni alterius filij & ſuorum deſcendentium maſculorum, vt per eos nomen familię conſeruetur iuxta voluntatem expreſſam teſtatoris, vt in infinitũ conſeruaretur: Quo caſu ipſemet Socinus, vt alios nunc omittam, ſincerius fortè loquendo ita declarauit iſtam materiam, & ita docuit in dict. l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. in vlt. not. ff. de lib. & poſthum. cum alijs ſupra allegatis: Vnde diſpoſitio illa, quòd conditio voluntaria in forma ſpecifica impleatur; procedere poterit in conditione merè & ſimpliciter voluntaria, & in qua effectum aliquem non conſiderauit teſtator, ſed merum illud factum ſeu caſum; vt ſi nauis ex Aſia venerit: Si Titius conſul factus fuerit: Si hæredi decem ſoluerit, vt in caſu legis, Qui hæredi, & legis Meuius; Non ſic autem quãdo effectum aliquem conſiderauit teſtator, quia illum tũc ſequi debemus, non autem mera verba, ut in d. §. Et quid ſi tantum. & in d. l. mulier. & in l. 3. cũ alijs ſuperius allegatis: Et eo maximè quia in caſu noſtro, etſi ſubſtitutio trahatur ad iſtum deſcendentem maſculum alterius filiæ Mariæ Caterinæ, non per hoc excluditur aliqua alia perſona, quæ eſſet magis coniuncta ipſi teſtatori,

ri,& conſequenter magis dilecta, prout hoc conſiderabatur in caſu Soc.ab alio quodã, qui illi cõſilio ſubſcripſit: Qm̃ imo nullus alius ſupereſt, q̃ proximior ſit, aut magis dilectus à teſtatore, quia iſtos omnibus alijs prætulit: Et iſta pariter deſeruire poſſunt pro reſpõſione ad conſ.Dec.273.Quoniam non erat conſiderabilis in ſubſtituto admittendo ratio familię cõſeruandæ ex voluntate teſtatoris, quia ſubſtitutus ibi non debebat nec poterat ſubire nomen familiæ,quia erat hoſpitale,in quo ceſſat ratio ſeu effectus à teſtatore cõſideratus: Non enim vocauit hoſpitale teſtator, quia per illum cõſeruandum foret nomen ſuæ familiæ, prout erat in caſu noſtro, Sed illum vocauit in meram pœnam illius, qui contemneret eius volũtatem & diſpoſitionem; qui contemptus cùm non fuerit ſecutus, meritò nec hoſpitale admitti potuit, in quo non cadebat effectus nominis familiæ. Prætereà eſt aduertendum, quia inſtitutus ibi viuo teſtatore deceſſit,vnde vidit teſtator caſum, in quem hoſpitale vocauit, non extitiſſe; Et tamen non immutauit ſuam diſpoſitionem expreſsè vocando hoſpitale etiam in caſu iſto, qui euenit, vſ. Quòd ſcriptus ſe non vocet de familia, quòd in caſu noſtro non eſt: Et propterea non poteſt habere hic locum illa ratio quòd ſi teſtator caſum ſeu euentũ hunc cogitaſſet, ita veroſimiliter diſpoſuiſſet iuxta notata in l. tale pactum.§.vlt.ff.de pact.& in l.Titius.ſ. Lutius. ff.de hæred.inſtir.

47 Quoniam teſtator cogitauit & vidit illum caſum, & tamen nihil in eo diſpoſuit: Ideo ceſſat ibi præſumpta voluntas, quæ tantũmodò in caſu dubio locũ haber, non autem vbi teſtator aliter diſpoſuit, vt in l.cum ex filio.§.filio impuberi.ff.de vulg.& puppil.iũcta l.iam hoc iur.eo. tit. vel diſponere potuiſſet,ut in caſu Decij textus eſt notabilis de hoc.in l.tractabatur. iuncto fine legis præcedentis.ff.de milit teſt.& in l.3.C.de in offi.teſt. Facit etiam tex.in l. ſicut certi iuriſ. & in l.ſi cum vel in vtero.C.dę milit. teſt. Ideoq; in caſu Decij nõ licet argumentari, neq; à coniectura ta aut pręſumpta mẽte teſtatoris, neq; ab identitate rationis, cùm ſuperuixerit teſtator, nec diſpoſuit p̃ ſupradicta: Neq; eadem ratio militat, quia hoſpitale illud non poterat aſſumere nomen aut inſignia familiæ ſuæ.

¶ Nõ obſtat vltimò, qđ de præſcriptione dicebatur, quoniam nulla hic adeſſe poteſt pręſcriptio contra Comitem Ioan.Ludouicũ actorem: Nam ſi conſideramus perſonam aui aut patris ſui, non fuit contra eos completa præſcriptio, cũm vltimus ex linea maſculina Com. Vgolini iunioris deceſ

ſit de anno 1528. ſeu 1529. & ipſi auus & pater actoris deceſſerunt de anno 1542. ita quòd lapſi fuerunt tantùmodo anni 13. ſeu 14. contra eos, ideò nõ eſt finita præſcriptio: Contra Com. Ioan. Ludouicum actorem minus cucurrit præſcriptio aliqua; Nam viuẽtibus eius patre & auo non potuit currere contra eum pręſcriptio aliqua, quia nec agere aut petere potuit, cùm ille ſit poſt illos tan-
48 tum vocatus, & ſic ordine ſucceſſiuo ad not. in l. Gallus. §. primo ff. de lib. & poſthum. Ideo non valenti agere non currit pręſcriptio l. j. in fi. C. de Anali except. Bal. cõſil. 331. in fi. vol. 3. & conſ. 193. eo. vol. & conſ. 78. vol. 4. & conſ. 420. vol. 2. Balb. in tract. præſcript. in j. parte ſextæ partis princip. in 21. & 22. caſu: Poſtea verò quàm illi mortui fuere, & ſic cum cœpit competere huic actio, & ſic agere potuit, dico nõ fuiſſe lapſum tempus pręſcriptionis: Nam illi ſcilicet pater & auus deceſſerunt de anno 1542. vt ſupra dixi; Vnde uſq; ad annum 1565. lapſi tantummodo fuerunt anni 23. præterquàm qđ ipſe actor minor ſemper fuit, & adhuc eſt, vnde ſaltem quouſque durauit ætas puppillaris, nullum tempus cucurrit ad pręſcribendũ
49 aduerſus eum, Nam tota puppillorum ætas tuta eſt ipſo iure aduerſus labentem præſcriptionem; vt inquit Bal. in conſ. 62. vol. 5. An-

cha. in conſ. 170. in prin. & eſt tex. in l. vlt. c. in quibus caſibus in integrum reſtit. non eſt neceſſ. & in l. nõ eſt incognitum. C. quibus nõ obij. longi. tem. præſcript. in l. ſicut §. primo. C de præſcript. 30. vel 40. an. tradit Balb. in d. tract. pręſcrip. in prima parte ſextæ partis principalis verſi. vigeſimus tertius caſus.

50 ¶ Nec etiam obſtat ſi dicatur, quòd alij filij Mariæ Caterinæ & eorum deſcendentes fuerunt vocati in pœnam maioris natu, & illius deſcendẽtium maſculorum nolentium ſe vocare de Cantellis, vnde cùm omnes deceſſerint, nihil dicuntur delinquere, Immo nec quicquam facere cõtra diſpoſitionem teſtatoris, ergò nullam pœnam merẽtur. l. aliud eſt fraus. ff. de verb. ſignificat. & l. ſancimꝰ. C. de pen. & in terminis videtur tex. in l. pater ſeuerinam. in prin. ff. de condit. & demonſtrat. vbi non dicitur nolle, qui non poteſt & ibi Doct. no. Et hanc rationem conſiderabat Soc. in l. j. ff. de vulg. & puppil. & in ſupra allegato conſilio 259. vol. 2. & Dec. in d. conſ. 273. & alibi ſæpè Doctores. Rimin. in conſ. 250. col. 2. & 3. vbi conditio in pœnam facta in caſu voluntatis, non verificatur in caſu impotentiæ. ¶ Nam reſpondeo & primò non eſſe verum qđ hęc diſpoſitio (dato ſed non conceſſo, quòd eſſet pœnalis) ſit fa-

cta

ćta tantúmodo in caſum volunta tis, ſic quòd dicatur fieri extra caſum expreſſum, quando traheretur ad caſum impotentiæ, quod fieri non debet per ſupradicta: Quoniam immo fuiſſet compręhenſus etiã caſus impotẽtiæ propter illud verbum ipſo nolẽte vel non ſe vocãte de Cantellis, quod verbum non vocãte poſitum poſt
51 verbum nolente neceſſariò importat aliquid vltra volũtatem, quia non debet intelligi, quod ſit ibi ſuperfluum aut otioſum. l. ſi quan do. ff. de leg. j. l. hæc ſtipulatio. §. Decius. ff. vt legat. no. caueatur. C. ſi Papa de priuilegio in 6. gloſſ. in. l. j. ff. quod met. cauſ. & in l. j. §. Ait prętor in ver. familia mea. ff. de vi & vi arma.. Iaſ. conſ. 137. nu. 2. vol. 4. Bal. in Rub. C. de contrahend. emption. in 9. Quæſt. cum ſimil. Et conſequenter etiam caſum im potentiæ ob illorum defitiẽtiam contingentem ſignificat: Præterea & ſi verſaremur in caſu, in quo eſſet etiã expreſſus ſolus caſus voluntatis, dico quòd diſpoſitio illa abſq; aliquo dubio trahenda foret etiam ad caſum impotentię per ſupradicta, & quia militat eadem omnino ratio: Et ita veriſimile eſt, quòd teſtator reſpondiſſet, ſi de hoc fuiſſet interrogatus: Nec obſtat quòd dicitur pœnam non trahi ad aliũ caſum &c. Quoniam dico non eſſe verum, quòd hæc ſit diſpoſitio in pœnã facta; Nec enim principalis intentio teſtatoris fuit imponere pœnã iſtis, ſed principalis ſua intentio fuit, vt bona illa in eius familiæ nomine conſeruarentur: Et ob hoc ita diſpoſuit iubendo ſuos deſcendẽtes maſculos ex filia, qui aliàs de alia familia fuiſſent denominati, appellarentur de Cantellis; alioquin ſi non ſic ſe denominarent, priuauit eos: Ideoq; hæc in fauorem agnationis ſuæ, ſeu familiæ conſeruandæ gratia potius inducta dici debent, quàm cauſa infligendæ pœnæ, niſi in conſequentiam, & ſecundario, Ideò non debet dici pœnalis hæc diſpoſitio & ſic odioſa, immo verò fauorabilis attenta principali intentione diſponentis. l. qui exceptionem, vbi Doctores omnes notant. ff. de cõdit. in deb. cum alijs adductis ſupra in reſponſione ad conſil. Soc. 259. Quod apparet ſcilicet q̃d hęc fuerit illius intentio principalis, conſeruare nomen ſuæ familiæ, quia iſtud idem onus vocandi ſe de Cantellis impoſuit etiam alijs filijs Marię Caterinę & eorum de
52 ſcendentibus maſculis: Ideo non obſtat tex in d. l. pater ſeuerinam. in prin. quia ibi erat mera pœna: Nam teſtator ibi conſiderauit tãtummodò, quòd illa filia ſua nollet nubere Ellio Philippo, & ad hoc ut compelleret illius voluntatem ad illud faciendum, priuauit eam legato ei prius relicto, ſiquidem

quidem illi non nuberet: Vnde cum prius illa deceſſerit, dici non poteſt eam noluiſſe nubere, & ſic non habuiſſe voluntatem nubendi illi, quam voluntatem tãtum ipſius filiæ conſiderauit teſtator & non vltra, & quam eo modo arctare curauit: At in caſu noſtro teſtator uoluit in perpetuum nomen ſuæ familiæ inter ſuos deſcẽdentes maſculos filiæ ſuæ conſeruari; Et ut effectus iſte ſequatur, iuſſit eos nominari de ſua familia; Aliàs ſe non nominantes priuat, & alios vocat cũ eodem præcepto ſeu onere; Siue ergò priores nolint ſe nominare, ſiue non poſſint, quia deficiunt omnes, locus eſſe debet poſterioribus vocatis, in quibus æquè reſultat effectus per teſtatorem conſideratus, ut nomen ſuæ familiæ inter oẽs filios ſuæ filiæ ac eorum deſcẽdẽtes maſculos in perpetuum conſeruetur, ut tradit Soc. in l. Gallus. §. quidam rectè in 5. col. ver. quartus caſus ff. de lib. & poſthum. Et cùm hæc fuerit voluntas teſtatoris, illa ſeruanda eſt alijs ſepoſitis d. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat. cum alijs ad hoc ſupra allegatis: Sed in caſu d. l. pater ſeuerinam. effectus matrimonij contrahendi cum Ellio Philippo nullo modo ſequi (illa mortua) potuit, ſed tãtummodo illa uiua, & uolente cõtrahere matrimonium, Ideo non mirum ſi ibi conſideratur tantũmodò caſus voluntatis: Vnde ſi intrinſecus caſum illum & eius rationem conſideramus, non autẽ corticem tantum verborum, perſpicuò apparebit illum à terminis noſtris longè diſtare; Et de illo etiam tex. dixi in tract. ſubſtitut. in vulg. num. 98. Et quòd in caſu noſtro teſtator cõſiderauerit hũc effectum, vt agnationis ſuæ nomen inter iſtos filios & deſcendẽtes maſculos Mariæ Caterinæ cõſeruaretur, ex iam dictis apertiſſimè probatum eſt: Sed vlterius ẽt hoc conſtat, quia teſtator vocauit in perpetuum iſtos deſcendentes
53 maſculos, ex quo lex interpræatur mentem diſponentis, quòd voluerit ſucceſſiuè vnum poſt alium admitti, vt eſt tex. in l. cum ita. §. in fideicom. ff. de leg. ij. & in l. peto. §. fratre. eo. tit. Quos eo amplius vocauit, nedum quando linea primogeniti defeciſſet, ſed ẽt ſi ſupereſſet, ſed nollet ſe vocare de illa familia, verum iſte caſus nõ excludit illum, cum de vtroq; teſtator loquutus fuerit & ſenſerit, Et ad prædictorum confirmationem videri poteſt conſultatio Petri de Anch. in conſ. 27. non ſeruato ordine dubiorum. in 2. col. vbi quando vocati erant duo antiquiores de familia, cenſentur nedum primi vocati, ſed ſucceſſiuè & alij propter verbum in perpetuum ibi poſitum, & etiam per alias

lias rationes, ut ibi per eum, non obſtante diſpoſitione legis Boues §.hoc ſermone.ff.de uerborum ſignificat. & alijs etiam contrarijs non obſtantibus, quæ hoc caſu non procedunt, quem ſequitur Dec.in conſi.516.col.4. Ruin. in conſ.110.col.4.ver.Nec obſtat. vol.2. Quomodo enim in infinitum admittentur maſculi deſcendentes ex alijs filijs Mariæ Caterinæ, ſi deſcẽdẽtibus maſculis prioris filij defitientibus, hæreditas deuolueretur ad fœminas aliarũ familiarum, exiſtentibus iſtis maſculis; quas fœminas ipſe teſtator exiſtentibus maſculis expreſsè excluſit, eaſq; in Ducatis centũ dotari iuſſit, vt in eius teſtamẽto eſt

54 expreſſum: Ideò apparet hic non procedere regulam l.boues.§.hoc ſermone. quia illa non habet locum in diſpoſitionibus vltimarũ voluntatum fauorabilium, qualis eſt iſta, vt ex ſupradictis apparet, Et pręſertim quando effectus per diſponẽtem conſideratus nõ verificatur ex primo actu, prout eſt in caſu noſtro, quia bona nõ conſeruabuntur in perpetuum in deſcendentes maſculos Marię Caterinæ, ſi in priori denominatione tantum intelligeretur: Et ita declarat regulam illam Decius in conſ.517.nu.6. & Calcán.in conſ. 20.col.j.ver. iſta tamen regula. Felyn.in C.ſecundo col.pen. verſic. Fallit quinto de treug. & pace pulchrè Ant. de But. in conſil. 30. in primo dubio: Et in caſu noſtro omnis dubitatio ceſſat, quia teſtator expreſſit mentem ſuam, cũ in perpetuum iſtos vocauerit, & ſic ut conſeruetur iſtud nomen familiæ, Et declarat Tiraquell.in d. l.boues.§.hoc ſermone.in 5.limitat.& ſeq. & 10.11.12. & 13.& 26. Dec.in conſ.562.in primo dubio: Ex quibus omnibus reſultat manifeſta & expreſſa voluntas teſtatoris, quòd poſt filium maiorem natu Mariæ Caterinæ & illiùs deſcendentes maſculos admitti ſucceſſiuè debeãt alij filij dictæ Mariæ Caterinæ & eorum deſcendẽtes maſculi in infinitum, quoad ſuperſint; eo ordine vt primogenitus & eius primogeniti deſcendentes maſculi ordine ſucceſſiuo ſemper primogenitus in primogenitum ſuccedat: Et iſta interpretatio ſumitur fauore familiæ ſuę, quam teſtator ſummo ſtudio conſeruari curauit, & dicunt iura & Doctores ſupra allegati, quibus addo quòd dixit Andre. Sicul. in conſ.18.col.3. verſic. Tertiò prę mitto. vol.2. & Dec.d. cõſ.562.

Laus Deo.

Paulus Leonius Patauinus Iuriſconſultus, Conſiliarius Ducalis ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum per principem filio Spurio abſq; clauſula ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, an valeat. & num. 8.*

2. Vali-

2 *Validitas cuiuslibet diſpoſitionis à duobus potiſſimum pẽdere videtur, videlicet à poteſtate & à voluntate diſponentis.*

3 *Princeps non recognoſcens ſuperiorẽ, eandem habet auctoritatem, quam Imperator.*

4 *Voluntas ex verbis colligitur.*

5 *Princeps omnia poteſt, et eius actus non ſubiacet formis à lege poſitiua inductis, & nu. 2. & 19.*

6 *Actus principis, in quo de praeiuditio tertij agitur, ſtrictius intelligitur quàm ille, in quo de rebus ſuis agitur. & nu. 20. & ſeq.*

7 *Praeſentia Principis ſupplet omnem defectum in aliorũ diſpoſitione, multò magis in ſua.*

9 *Clauſula ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, non ſunt de forma, ſed adhibentur ad declarandã mentem indubitatam principis. & num. 13. & 16.*

10 *Non curatur de modo, dum modò habeamus effectum.*

12 *Qui diſputat an princeps illud facere potuerit, facit ſe ſupra principem.*

14 *Clauſula ex certa ſcientia, ſine dubio non eſt neceſſaria, quando inhabilitas ſeu defectus prouenit ex facto diſponentis.*

15 *In facto proprio non cadit probabilis ignorantia, praeſertim quando non eſt de longinquo.*

17 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, ſuppletur per clauſulam, oĩ meliori modo. & ſeq.*

18 *Clauſula omni meliori modo, ſupplet quoſcunq; defectus etiam formae, et ſic etiam tituli inſtitutionis.*

21 *Lex interpretatur quem diſponere eo modo, quo actus melius ſuſtineri poteſt.*

22 *Princeps licèt non praeſumatur vti plenitudine poteſtatis, tamen ſecus, quando eius actus aliter non valet.*

23 *Qui habet priuilegium legitimandi, an poſſit ſpurios proprios legitimare.*

24 *Legatum annuum certorum introituũ an trãſeat ad haeredes legatarij.*

25 *In vltimis voluntatibus, praeſertim autẽ in legatis & fideicom. voluntatem potius quàm verba inſpicere debemus, etiam quae eſt tacita & veroſimilis.*

26 *Verba intentionis vti ei⁹ pediſſequa deſeruiunt, non autem contra.*

27 *Voluntas teſtatoris attenditur coniecturata etiam quando verba omiſſa omnino fuere, ſi mens ex expreſſis in eadem diſpoſitione colligatur.*

28 *Vna pars teſtamenti aliã declarat.*

Dominus dirigat mẽtem meam in viam veritatis et iuſtitiae.

Q VONIAM praeſens difficultas tam diligẽter & copioſe tractata & diſcuſſa fuit per clariſſimos conſulentes, Dominum Ludouicum Catum Sereniſſimi Domini mei Domini Ducis Ferrariae Conſiliarium digniſſimum; nec non per Dominum Traianum Delphi

num mihi vti fratrem honoran-
diſs. Ideò pauca ſuperſunt, quæ ad
di per me nũc poſſint, præſertim
in hac modica temporis dilatio-
ne, Et cùm ego pluribus alijs one
ribus arduis ad officium meũ ſpe
ctantibus præmar, ſic vt penè ob
ruar: Igitur de ſimplici ſubſcri-
ptione requiſitus pauca hæc tan-
tum dicam, ne nomen meum nu
dum annotaſſe videar, non degu-
ſtato puncto, in quo iacet diffi-
cultas.

1 ¶ Vis igitur præſentis cauſæ in
eo potiſſimum reſidet, Ex quo in
legato relicto per Illuſtriſs. & Ec-
cellentiſs. Federicum Mantuæ Du
cem Illuſtri Domino Alexandro
eius filio ſpurio dilectiſs. non eſt
expreſſa clauſula de plenitudine
poteſtatis, nec clauſula ex certa
ſcientia, An ex hoc ſubſiſtere poſ-
ſit legatum: Item præſuppoſita
dicti legati validitate, An dicti Il-
luſtris legatarij morte extingua-
tur, an verò & ad illius filios tranſ
eat poſt eius mortem: Et quo ad
primum procul dubio ſubſiſtere
in caſu iſto legatum dicẽdũ eſt;
tùm per ea, quæ eleganter & co-
piosè per dictos clariſſimos Iure-
conſultos ſcripta fuere, quorum
ego ſententiam amplector; tùm
2 etiam quia validitas cuiuſlibet di
ſpoſitionis ſeu cuiuſlibet actus a-
gentis à duobus potiſſimum de-
pendere videtur, vlt. à poteſtate
& voluntate diſponentis; Et om-
nes actus humanos fabricant au-
ctoritas & voluntas, vt tradit Bal.
per illum tex. in l. omne verbum.
c. coĩa. de legat. canon. in c. cum
ſuper Abbatia. de offi. & pot. iud.
deleg. Alex. conſ. 123. in prin. vol.
4. Dec. conſ. 231. col. j. & conſ. 198.
col. 2. Barbat. inter conſ. Cur. ſen.
conſi. 46. Boetius Seuerinus in 4.
d. conſolat. Hic autem concurrit
ſine dubio poteſtas ſeu auctoritas
agentis, itẽ voluntas eius ergo &c.

3 ¶ Primum probatur, quia iſte
eſt princeps talis, qui in ſuo ſtatu
vicem imperatoris obtinet; hoc
eſt, in hoc parem cum ipſo habet
poteſtatem, vt plenè fuit per cla-
riſs. Catum deductum, qui profi
tetur ſe maximam auctorum con
geriẽ cumulare ad hoc, ideo ego
vnam tantum auctoritatem vltra
eum adducam, non tamen quia
putem valde neceſſariũ; Alex. hoc
tradit loquendo in Sereniſſimo
Domino meo Duce Ferrariæ,
in conſ. j. vol. 5. col. 7. num. 31. Et
ideò dicitur, quòd princeps non
recognoſcens ſuperiorem, poteſt
eſſe iudex competens ĩ cauſa pro-
pria quemadmodùm Imperator,
iuxta l. Et hoc Tyberius Cæſar. ff.
de hær. inſtit. Ita tradit Corn. cõ
ſil. 48. col. fi. vol. 4. Secundum etiã
4 concurrit, ſcilicet voluntas ipſius
diſponentis; eo enim ipſo, quòd
ſic reliquit, apparet eum voluiſſe
ſic fieri & obſeruari. Nam verba
voluntatem loquentis declarant,
l. La-

l. Labeo. circa finem de ſupp.leg. Crau. plenè in conſil. 290. in fin. & præſertim hoc caſu, in quo iſte teſtator (vt audio) ex pluribus in ſuo teſtamēto oſtēdidit maximo amore hunc Illuſtrem Dominum Alexandrum proſequi, & vehementer illum diligere; adeò ſanè vt nulla prorſus dubitatio hic exiſtat de eius teſtatoris Eccellentiſs. voluntate: Igitur cùm poteſtas & voluntas hic ſimul concurrant
5 quia princeps, qui omnia poteſt, & cuius actus non ſubiacent formis inductis à lege poſitiua ſecundum Bal. in l.fi. c. ſententiam reſcindi non poſſe, nulla videtur dubitatio quin valeat hoc legatum, præſertim hoc caſu, quo diſpo-
6 nit de rebus ſuis proprijs. Et ſic conſiderandum eſt, quòd non eſt actus iſte principis, qui reſpiciat perſonas extraneas, & conſequēter aliorum bona, quo caſu ſtrictiùs eſt procedendum, ne tertiò præiuditium inferatur arg. l.ij. §. meritò. ff. ne quid in loco pub. c. ſuper eo. de offi. deleg.cum ſimil. Sed cùm de ſuis proprijs bonis diſponit, non ſubiacent eius diſpoſitiones legis ſolēnitatibus. l.cum multa.C. de bon. quæ lib. l. benè à Zenone in fi. C. de quadr. præſcript. l.penult. C.de donat. inter
7 virū & vxorem: Si enim ſola præſentia ſupplet omnem defectum in aliorum diſpoſitionibus, l.omnium. C.de teſtamen. quantò magis id operabitur ſpecifica & expreſſa ſua voluntas in ſui ipſius diſpoſitione: Ideò nulla ratio hic ſubeſſe videtur, cur hæc vltima voluntas principis ſic diſponere valentis & volentis non debeat ſeruari: Namq; eandem poteſtatem habet princeps de ſuis bonis diſponendi in perſonas prohibitas, quam habet priuatus in permiſſis iuribus ſupra allegatis, cùm alijs; quæ copiosè & eleganter adducūtur per clariſſimum Traianum: Ergò ita ſeruanda eſt iuxta textū in §. diſponat.in auct. de nupt.in l.j. C. de ſacroſanct.Eccl.cū vulg.

8 ¶ Nec obſtat quòd dicit principem hunc non appoſuiſſe clauſulam de plenitudine poteſtatis: Item clauſulam ex certa ſcientia: Quoniam in primis reſpondeo, quòd iſta nō ſunt neceſſaria, quādo princeps de ſuis bonis diſponit, iuribus ſupra allegatis: Pre-
10 terea dico, quòd iſta non requirūtur pro forma ipſius actus, ſed tantummodo ad iſtum effectum, vt exinde non poſſet eſſe dubium de volūtate ipſius principis, quia fortè ſic diſponat ignorans qualitatē ſeu defectum perſonæ, quē effectum quotieſcunque aliunde habemus, non eſt vltra de modo curandum, tum quia hoc pro regula habetur in l. iij. C. de inſtit. & ſubſtitut. ſub condit. fact. in l. Mulier. ff. ad Trebell. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſt

hum. Alex.conſil. 100.vol.4.tum
11 etiam quia, poſito etiam quòd eſ
ſet de forma, tamen princeps nõ
intelligitur iſtis formis eſſe ſubie-
ctus, ut tradit Bald. d. l. in fi. C.
ſentent.reſcin. non poſſe. Et qđ
12 dicit Crauet. conſ. 71. col.j.num.
3. Facit optimè quod idem dicit
conſil.276. in princ.vol.2. ubi qui
diſputat an princeps id facere po
tuerit, facit ſe ſupra principem:
13 Et quòd illud verum ſit huiuſmo
di clauſulas non eſſe de forma di-
ſpoſitionis, ſed ad illum effectũ
tantum, de quo ſupra, notab. tra
dit Aret. in conſ.15.col.3. ver.Prę
terea certa ſcientia.& col.penult.
verſic. His tamen non obſtanti-
bus.ubi id magis firmat: Et tra-
dit Rota notab.dec. 331. Sed Ro-
mana curia in nou.refert & ſequi
tur Gem.in c.ſtatutum.col.4.ver.
nota benè iſtam gloſſ. de reſcrip.
in 6.vbi expreſsè tenet certam ſciẽ
tiá inhabilitatis aut defectus poſſe
probari etiam per teſtes, dato qđ
in literis nulla de ea fiat mentio:
Et Felyn. in c. præterea. col. 3. de
teſt. cog. dicit hanc eſſe commu-
nem cum multis alijs, quæ addu-
ci poſſent.
14 ¶ Quòd autem nũc iſte Illuſtriſs.
teſtator certò ſciuerit ſe ſpurio,
non autem legitimo legare, res
mihi adeò & manifeſta & perſpi
cua videtur, ut non ſit ſuper hoc
immorandum: Namq; ſi iſte eſ-
ſet ſpurius alienus; cui per prin-
cipem fuiſſet relictum, tunc verũ
eſſe poſſet, quòd requireretur clau
ſula ex certa ſcientia, quia poſſet
probabiliter de ea dubitari: Et
ita loquuntur conſilia illa Oldr. p
iſtos dominos martirizata, ꝑut
ipſi aiunt, Et alij Doctores requi
rentes clauſulã iſtam ex certa ſciẽ-
tia, loquuntur quãdo inhabilitas
aliunde proueniebat, quàm ex fa
cto ipſius diſponentis; puta de il
lo infante cõſtituto in conſpectu
Pontificis, de cuius defectu pote-
rat probabiliter Summus Ponti-
fex aut ignorare, aut dubitare, aut
non cogitare: At cùm iſte eſſet fi
lius ipſius Illuſtriſs. diſponentis,
& illum vti filium ſemper tractaſ-
ſet & reputaſſet, & ſic ab omni-
bus habitus retentus & reputatus
fuerit, nihil remanet probabiliter
dubitandum de ſcientia ipſius Il-
luſtriſſimi Ducis, vt quòd ſi ſciuiſ-
ſet illum eſſe talem, & pati talem
defectũ, fortè nõ reliquiſſet, Quo-
niam apertè & notoriè, & ipſo fa
cto, & ex rei euidentia id ſciebat,
15 quia in facto proprio nulla datur
probabilis ignorantia.l. fi. ff. pro
ſuo. pręſertim quando non eſt ex
longinquo tempore, vt per Alex.
16 conſil.7.col.3.vol.4. Et conſequẽ-
ter clauſula illa ex certa ſciẽtia hic
nullo modo fuit neceſſaria, cùm
ex facto ipſo & rei euidentia con
ſtet de ſcientia; Quod quidẽ non
ſolum ſufficit, immò verò maio-
rem dicitur inducere certitudinẽ
quàm

quàm illa clauſula: Ita eleganter Aret. in d. conſ. 15. col. 4. ver. Præterea certa ſcientia. & certius col. ſeq. ver. His tamen non obſtantibus &c.

17 ¶ Nec obſtat quòd alia clauſula defitiat, ſcilicet de plenitudine poteſtatis, quia poſito quòd eſſet neceſſaria, dico eam fuiſſe virtualiter expreſſam, dum mihi in facto præſupponitur (quia teſtamentum nec aliæ ſcripturæ facti exhibitæ mihi fuere) quòd in teſtamē-
18 to adeſt illa clauſula omni meliori modo &c. quæ quidem clauſula eſt multum potens & pregnans, & ſupplet quoſcunq; defectus et formæ, adeò vt ſi quid filio ſit relictum, non tamen ſit dictum titulo inſtitutionis, iuxta tex. in ʃ. aliud quoq; capitulum in auct. vt cùm de appellat. cognoſ. ſi tamen in teſtamento ſit appoſita dicta clauſula, valet: Et ſic ſuppletur clauſula inſtitutionis, quæ (vt dixi) eſt de forma: Ita Bal. concludit in l. quoties. ver. quæro ſi pater, C. de hæred. inſtit. refert, & ſequitur Dec. in conſil. 77. col. 2. verſic. Secunda ratione. Curt. iun. conſi. 71. cū duobus ſeqq. & 142. & conſ. 30. in fi. Si igitur in diſpoſitione priuati hominis ſuppletur virtute illius clauſulæ defectus formæ, quæ dat eſſe rei l. Iulianus. §. j. ff. ad exhib. & qua ſublata perit ſubſtantia rei &c. Multò magis & quidem neceſſariò eſt hoc in principe dicendum, vt ſuppleatur per hanc clauſulam defectus iſte, qui non eſt formalis, ut ſupra dictum eſt: Et cùm princeps non ſit iſtis formis aſtrictus ſecundum Bald. in d. l. ſi. c. ſentent. reſcin. non poſſe: Et Dec. in d. conſ. 77. & conſi. 14. col. 2. refert card. in c. ex literis.
19 de offic. deleg. quem ibi ſequitur Imo: Et in c. cùm ex offic. de præſcript. dicens quòd ſi iudex ordinarius procedat in cauſa vt delegatus, cum non eſſet, virtute tamen illius clauſulæ ſuſtinetur ex iuriſdictione, quam habebat in effectu, ſcilicet vt iudex ordinari⁹, licèt id non expreſſiſſet: Et facit quod idem Decius dicit conſi. 11. col. pen. in fi. Ergò multò magis hoc eſt dicendum in principe, qui ſine dubio hanc poteſtatem habebat relinquendi illud legatum de ſui plenitudine poteſtatis, licèt id non expreſſerit, ſuſtineatur virtute dictæ clauſulæ, quando etiā alia non concurrerent, alioquin eſſet infirmioris potentiæ actus à principe geſtus, quàm ab alio, quod minimè eſt admittendum. ¶ Itē quando princeps habilitat ſeu diſpenſat circa perſonam extraneā, & ſic circa actum, qui reſpicit ter-
20 tij præiuditium, tunc procedunt diſputationes Doctorum, an requiratur expreſſio certæ ſcientiæ, item clauſula de plenitudine poteſtatis &c. Quia cùm agatur aut agi poſſit de præiuditio tertij, cenſetur

ſetur remiſſus procedere prīceps: Ideò neceſſe eſt quòd omnia illa concurrant, quia nō creditur aut non præſumitur cum his diſpenſationibus velle tertio ius ſuū auferre ſeu præiudicare: Sed in caſu noſtro hęc videtur omninò ceſſare, quia princeps de bonis ſuis proprijs ſcienter & animo certo ac determinato diſponit, vnde ceſſat hic prçiuditium tertij, & ſtatuit in perſona, circa cuius qualitatem aut cōditionem nulla poteſt cadere ignorantia, quia proprius filius ſpurius à ſe ipſo ſic genera tus & procreatus, nutritus & ſemper tentus & reputatus ac vehementer dilectus: Vnde hoc caſu nulla alia videtur qđ ſumi poſſit interpretatio, niſi quòd Illuſtriſſimi huius teſtatoris intentio fuerit velle huic ſuæ vltimæ diſpoſitioni, quam in ſuo teſtamento facit de proprijs bonis, & in perſona ſui filij ſic dilecti, adhibere omne robur, omnem vim, omnē poteſtatem, quæ penes ſe vti principem erat, vt ſuſtineatur & valeat, non autem vt deficiat & pereat:

21 Et iſta interpretatio vti rationi conſona ſumitur ab ipſa lege, vt in l. quoties. de reb. dub. & de reg. iur. l. quoties. & in l. quoties. ff. de verbo. obligat. in l. miles qui deſtinauerat. ff. de milit. teſt. vbi ſi opus eſt iure ſpeciali ad ſuſtinendā diſpoſitionem, quo poterat vti teſtator, cenſetur eo & omni ſua poteſtate, quam habebat, vſus:

22 Et in ſpetie per illū tex. not. Paul. de Caſtr. in l. ex imperfecto in fi. C. de teſtamē. quòd princeps, licèt præſumatur vti iure cōmuni, tamen quando ſuus actus valere non poteſt de iure communi, præſumitur vti illa poteſtate, quæ facit illum valere: Sequitur Dominus Alex. in l. quamq. ver. iuxta prædicta. C. de teſtamen. milit. Pulchrè & not. idem Paul. de Caſtr. conſ. 414. col. 3. ver. itē nō. ob vol. j. Dec. conſ. 11. col. pen. & in c. Quoniam Abbas. de offi. & poteſt. iud. deleg. Hyppol. de Mar. conſ. 107. col. fi. & in ſuo ſingulari 84. vbi complures alios alleg. Nouiſſimè probat Alciat. ī ſuo tract. præſumpt. reg. 3. prçſumpt. 34. Igitur cùm hæc opinio ſit tantorum patrum teſtimonio approbata & recepta, ab ea recedere aut de ea dubitare piaculum quodammodo exiſtimarē, Et præſertim hoc caſu, in quo princeps de reb' ſuis proprijs diſponit, & ſic non poteſt tractari de præiudicio tertij, nec etiam dici poteſt, quòd in facto errauerit, quia in facto proprio non præſumitur error d. l. fi.

23 ff. pro ſuo. ¶ Vnde non videtur ex prædictis ad propoſitum dubitare per conſil. Pet. de Anch. 320. an liceat proprium filium ſpuriū legitimare: Primò quia non agitur hic de legitimatione generali ter ad omnia, ſed ad obtinendū

tan-

tum iſtud legatum: Vltra quod
vetum eſt, quòd priuilegium ali-
cui per principem conceſſum legi
timandi ſpurios, non intelligitur
de proprijs ſpurijs, ne ſcilicet in-
ducatur ad committenda flagitia
&c. Sed nos non loquimur in pri
uilegio alicui ꝑ principē cōceſſo,
ſed de ipſo principe, qui à ſe ipſo
habet poteſtatē & auctoritatē: Vn
de ceſſant illę rōnes, Et eſt de intē
tione Anch. ibi in vltimis verbis,
dum alleg. in oppo. c. per uenera-
bilem, qui filij ſint legitimi: Et
reſpondet quòd loquitur in eo, q̃
nullum recognoſcit ſuperiorem,
qualis & iſte eſt.

¶ Quo verò ad ſecundam dubi-
24 tationē, in qua quæritur, An hoc
legatum, præſuppoſita eius validi
tate, trãſeat ad filios dicti Illuſtris
Domini Alexandri, An vero illius
morte extinguatur, quia Illuſtriſ-
ſimus Dominus teſtator reliquit
introitum annuum Ducat. 1500.
Ideò videtur eius morte finiri, iux
ta tex. in l. in ſingulos. ff. de an. leg.
ſimile in hoc legato vſufructus, q̃
pariter morte finitur, ſ. finit. in-
ſtit. de vſufruct. l. corruptionem.
c. eo. l. in ſingulos. ff. illo tit. de an.
leg. vbi dicit Iureconſultus, quòd
huiuſmodi legatum ánnuum pro
primo anno eſt purum, ideò trã-
ſit ad hæredes; Proſequentibus
autem eſt conditionale, ideò nō
poteſt tranſmitti, ut ibi: Et fa-
cit ad hoc textus in l. j. §. Sin au-
tem aliquid. C. de cad. toll. cum ſi
milibus.

25 ¶ Attamen puto iuridicam etiã
in caſu iſto eſſe concluſionem per
Dominum conſulentem firmatã
tum per ea, quæ ipſe eleganter &
copioſè deduxit, tum etiam quia
(vt & ipſe fatetur) & veriſſimum
eſt, in vltimis voluntatibus, præ-
ſertim autem in legatis & fideicõ
miſſis voluntatem potius, quám
verba inſpicere nos oportet, l. in
conditionibus primum locum. ff.
de condit. & demonſtrat. in l. 3. §.
conditio de adimend. leg. in l. 3.
C. de lib. præter. in l. quoniam. in-
dignum. C. de teſtamen. in l. cum
proponebatur. in l. vnum ex fa-
milia. §. pen. & fi. de leg. ij. in l. pē.
de leg. j. l. cum virum. C. de fidei-
com. illud enim quod veriſimile
eſt ex tacita mēte teſtatoris, ſequi-
mur. l. Publius. §. fi. ff. de condit. &
demonſtrat. Verba enim inten-
26 tioni tanquam eius pediſſequa de
ſeruire debent, non autem con-
tra. c. intelligentia. de verb. ſigni-
ficat. c. ſecundò requiris. de appel-
lat. c. ſedulò. 28. diſtinct. c. huma-
27 næ aures. 22. quæſt. 5. Hocq; pro-
cedit nedum quãdo verba aliqua
expreſſa fuere, quæ tamen fortè
non propriè id ſignificent, ſed &
ſi omninò prætermiſſa fuerint, ut
dicit tex. in d. l. cum proponeba-
tur. & in d. l. vnum ex familia. §. ſi
omiſſa. de leg. ij. in l. errore. C. de
teſtam. pulchrè Soc. conſ. 26. vol.

4. quæ tamen omnia procedunt, & veriſſima ſunt, quando voluntas tacita & coniecturata non ſumitur aut confingitur ex proprio capite alterius, nec ex alia diſpoſitione ipſius teſtatoris, quia his caſibus non procederēt ſupradicta, ſed quando ſumitur coniecturata voluntas ex his verbis, quæ expreſſa fuere in ipſomet teſtamento p eundem teſtatorem : Ita declarat not.Bald.in l.j.C.de his, qui ante apert. tab. & inc. mandat. de Reſcript. quē refert & declarat Soc. in l.hæredes mei.§.cum ita. col. 5. ff.ad Trebell. Idem Soc.in conſil. 250.col.3. verſi. primo ex ordine. vol.2.Dec.conſ. 396. 465. col.3. in prin.& 477. in fin.cum multis ſimilib.Modò in propoſito ex his, quæ per teſtatorem in ſuo hoc teſtamento expreſſa fuere, complures ſanè colligi poſſunt coniecturæ, ut eas conſiderat Magnifi. D. conſultor, qui teſtamentum præ manibus habet, Et ego aliàs latiſſimè dixi in alijs meis conſil. materiam hanc coniecturatæ mentis teſtatoris pertractando : Ex quibus liquidò conſtat ipſius teſtatoris mentem fuiſſe, dictum legatū fore perpetuum conſequenter, & ad hęredes ſeu filios Illuſtris legatarij poſſe tranſire; inter quas illam potiſſimùm conſidero (iudicio meo) neceſſariò concludentē, quia idem teſtator declarat ſe ita intelligere iſta verba ſeu huiuſmodi legatum de introitu annuo&c. vt tranſeat ad hæredes: Quoniā hiſdē ad vnguem verbis vſus fuit, dum legauit Illuſtriſs. alijs filijs, Quę legata non reuocantur in cōtrouerſiam an ſint tranſitoria ad hęredes nec ne, per ipſos Illuſtriſ. executores, utpote cū eis liqueat talem fuiſſe in his legatis relinquēdis teſtatoris mentem: Si ergò teſtator in eodem teſtamen. in ſimilibus legatis relinquendis declarauit in qua ſignificatione ſumpſerit hæc verba, vtiq; nō poſſumus dicere in alia parte eiuſdem teſtamenti in alia & diuerſa ſigni-

28 catione eadem verba intelligere voluiſſe: Quinimmo contrarium omnino dicendū, quia vna pars teſtamenti aliam declarat.l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.ff.de leg. j. Bar. in l. Centurio. col. 2. & ibi Ripa num. 124. de vulg. & pupill. Soc. conſ.63.uol.3.Dec.conſ. 399. 442. 445.480.& 495.Pariſ.conſ.73.vol. 2. cum multis alijs, quæ adduci poſſent, & vti nota omittuntur. ¶ Quæ igitur in contrarium adducuntur procedunt, quādo ſimpliciter diſponit teſtator, nec aliud de eius mente apparet in teſtamento, aliàs autem ſecus per ſupradicta: Et tantò magis, quia vt audio, iſti Illuſtriſs. executores ſeu commiſſarij teſtamentarij videntur declaraſſe & interpretati ſic ſemel fuiſſe hanc mentem teſtatoris, dum aliàs demandarunt aſſi-

aſſignationem fieri pro dicto legato in bonis immobilibus, adeò ſanè vt non videatur ſalua maieſtate, quam principem decet conſeruare, amplius licere aliter interpretari, præſertim in re modica & in perſona ſic ipſi Illuſtriſs. ac Excellentiſs. teſtatori dilecta, pro ut Illuſtris Dominus Alexander: Cetera verò religio & doctrina iudicantium ſupplebit.

Laus Deo Opt. Max.

Paulus Leonius Patauinus Iuriſconſultus, Conſiliarius Ducalis ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non trahitur ad bona poſtea quæſita.*

2 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari illo pendente minimè poſſunt, ita ut nõ retractetur eueniente caſu. nu. 18.*

3 *Lex ſummoperè ſtudet voluntates teſtatorum ſuum ſortiri effectum.*

4 *Teſtator ſi excluſit fœminas ſuæ agnationis propter maſculos, multò magis alias cenſetur excluſiſſe.*

5 *In legato generali omnium bonorum non veniunt bona fideicommiſſo ſubiecta, nec etiam in inſtitutione. nu. 7. & 8. & 9.*

6 *Teſtator præſumitur illud velle, quod de iure poteſt, & ſe iuris diſpoſitioni conformare.*

7 *Teſtator legando omnia bona ſua non intelligitur legare ea, in quibus hæres ius aliquod habebat. num. 19.*

8 *Teſtator poteſt hæredem ſuum grauare etiam in proprijs bonis, quatenus tamen fuit ab eo honoratus.*

9 *Quatenus quis honoratur à teſtatore, eatenus poteſt grauari etiã in proprijs bonis honorati, ac etiam in bonis fideicom. ſubiectis.*

11 *Verba declarant mentem diſponẽtis.*

12 *Qui omne dicit, nihil excludit.*

13 *Geminatio multum oſtendit mentem diſponentis.*

14 *Titulus hæreditarius eſt habilis ad transferendum dominium & poſſeſſionem, etiam quòd bona ſint fideicommiſſo ſubiecta.*

15 *Communis vſus loquendi attenditur etiam ſepoſita propria verbi ſignificatione.*

16 *Legata ex coniecturis, immo & ſolo nutu inducuntur, & quomodo iſtud procedat.*

17 *Veriſimile attendendum.*

An in legato vſufructus ampliſſimi relicto contineantur bona fideicom. ſubiecta?

Dei optimi ſuffragio ex corde inuocato.

POSTQVAM præ anguſtia temporis res adeò arctata eſt, vt vix momenti moram patiatur: Ego, qui etiam compluribus alijs detineor negotijs, breuitati temporis conſulendo perbreuiter ſcribam: Clariſſimi Domini Vincentij Ma

dij mihi amoris vinculo coniunctiſſimi votis annuendo: Ideoq; duo tantummodò verba tangam rem perſtringendo, vbi mihi videtur qđ difficultas reſideat, pluribus alijs omiſſis, atq; id præſertim, quia per clariſſimos conſultores copioſè & eleganter omnia diſcuſſa & pertractata fuere.

¶ Nodus igitur, qui maiorem in præſenti cauſa parere poſſit difficultatem, mea quidem ſententia, eſt quando parti aduerſæ con cederemus, abſq; tamen præiudi tio veritatis, extare adhuc fideicō miſſum in bonis demaclo reſpectu vtilis Dominij tātum, de quo fuerat antiquitus inueſtitus D. Iacobus Chizolius, nempe de anno 1377. à Reuerendo Priore S. Nicolai de Verſiano, prout in facto narratur: Super quo tamen puncto, An ſcilicet extet vel non extet fideicom. aliter non inſiſto, propter temporis breuitatem, remittens me ad ea, quæ diſertiſſimè p Dominos cōſultores dicta fuere.

¶ Admittendo igitur nunc (ſalua veritate) qđ in his bonis reſpectu dicti vtilis Dominij, quod tantum erat dicti Domini Iacobi in his bonis adhuc extet fideicom. quia de directo dominio non poteſt eſſe dubitatio, cum fuerit illud longè poſt teſtamētum dicti Domini Iacobi, ac poſt eius mortem per plures annos acquiſitum per heredes dicti Domini Iacobi, ſcilicet de anno 1472. ſatis magna pecuniarum quātitate per eos ſoluta, l. 3500. Igitur nulla ſubeſſe poteſt quæſtio aut dubitatio de illo iure, quod poſt factum fideicom. & per alios quęſitum eſt, quia omnibus notum eſt in fideicom. facultates teſtatoris tantum contineri, non etiam hæredum ſuorū, vt eſt caſus in l. cohæredi. §. cum filio. ubi omnes ff. de vulg & pupil. Petr. de Anch. in conſi. 27. col. 2. in prin. ver. Quartū dubium. Quod enim hæres aliunde habet, quàm ex iuditio teſtatoris, non venit in fideicom. Idem Anch. in cōſ. 137. col. j. in fi. ver. Et confirmat hoc ſubtilius. & in conſ. 144. num. 3. Ang. in conſ. 287. col. vlt. ver. Vnde ex præmiſſis. Alex. conſ. 11. col. 4. & 5. ver confirmatur. vol. 3. Cor. conſ. 228. col. 2. verſi Nec veniunt. num. 9. vol. 4. Pulchrè Soc. iun. in conſ. 72. col. antepenult. ver. Secundò facit. nu. 62. vol. j. Rimin. conſ. 78. col. 2. num. 7. & 468. col. 2. Dubium igitur ſolum remanet reſpectu iuris, quod erat Domini Iacobi, An valeat legatum factum per D. Ioan. Antonium Chizola, in quo reliquit Magnificam Dominam Caterinam eius vxorem dominam & vſufructuariam omniū & quorumcunq; bonorum ipſius teſtatoris, ita & taliter, quòd habeat totum plenum & integrum vſufructum dictorum bonorum, prout in teſtamento: Quòd quidem

dem legatum fuit poſtmodum ap probatum & cõfirmatum per D. Io. Baptiſtam filium communem dictorum, vt in eius teſtamento apparet, An inquam dictus D. Antonius potuerit & voluerit in huiuſmodi legato vſufructus contineri ét vſufructum illorũ bonorũ de maclo reſpectu illius iuris, ꝙ in his bonis habebat d. D. Iacobus: Et ſic ſui vtilis dominij præſuppoſito qđ eius fideicõ. adhuc extet.

2 ¶ Et videretur dici debere, quòd nõ potuerit nec voluerit, quia primò trictiſſimũ eſt, rẽ onere fidei com. ſubiectam alienari p grauatum minimè poſſe, ita ſcilicet, vt eueniente caſu fideicom. non remaneat nulla ipſa diſpoſitio vulg. l. fi. §. Sin aũt. & §. pręcedẽ. & auct. res quę ibi poſita. & in corpore vn de ſumitur. C. coĩa. de leg. cũ alio-

3 quin daretur via fraudandi voluntates teſtatorum, quas tamen maximoperè ſtudet lex ſeruari & effectũm habere. l. j. C. de ſacroranct. Eccl. §. diſponat. in auct. de nup. l. in condit. primum locũ. ff. de con dit. & demonſt. cum multis ſimil. Voluntas autem iſtius teſtatoris, ſcilicet Domini Iacobi ea fuit, vt bona ſua preueniant caſu, quo aliquis ſuorum hæredum ſine filijs decedat, ad alios inſtitutos ſeu ad eorum deſcendentes maſculos ex

4 cluſis fœminis: Igitur ſi fœminas ſuæ agnationis excluſit dicto caſu, quantò magis eſt dicendum, eum noluiſſe fœminas extraneas ſeu alienæ agnationis admitti di ctis maſculis in medio ſuperexiſtentibus, vt tradit Dec. conſilio 23. & 481. Soc. conſil. 43. col. 6. ver. circa ſecundam difficultatem. uol. 3. Rub. cõſ. j. col. 3. qui omnes concludunt matrem ipſius graua ti licèt ĩſtitutam ad bona fideicõ. ſubiecta admitti non poſſe: Vnde apparet de iure id eſſe, qđ grauat' per fideicom. nõ poſſit de his bo-

5 nis diſponere; Et ex hoc conſequi tur qđ iſti teſtatores, ſcilicet Dominus Ioan. Antonius maritus, & D. Io. Baptiſta filius Dominæ Caterinæ noluerint, neq; id ſenſerĩt in illo eorũ legato generali oĩum bonorũ comprehendi huiuſmodi bona fideicom. ſubiecta.

6 ¶ Primò quia teſtator in dubio pręſumitur id velle, quod de iure poteſt, & eius diſpoſitio cenſetur conformis diſpõni iuris coĩs, vt p Doc. habetur in l. hęred. mei. §. cũ ita. ad Trebell. per Bal. in l. precib. C. de impub. & alijs ſubſtit. Curt. iun. conſ. 22. nu. 3. Dec. conſ. 45. ad fi. & in conſ. 278. col. pen. ver. Deci mò quia in dubio, vbi loquitur in legat. vxori relict. Crau. conſ. 250. in prin. cũ ſimil. ¶ Scdò p reg. qđ teſtator cẽſetur min' velle grauare hęredẽ ſuũ, ꝙ̃ fieri poſſit. l. vnũ ex fam. ꝟ. ſi rẽ. de leg. ij. Igitur dicamus intellexiſſe tantummodò de bonis ſuis liberis, non autem de his, quæ erant fideicõmiſ. ſubie-

7 cta; Et præſertim quia quando teſtator diſponit de bonis ſic adijciendo, puta lego oïa bona mea, tunc non intelligitur loqui de iure, quod in his bonis habebat ei⁹ hæres, vt tradit ad literam Bar. in l. ſerui electione. §. fi. ver. Item quęro de leg 1. & ibi Iaſ. col. 5. ver. extra glo. & in fi. vbi idem dicit: Ad quod inſuper facit quod tradit egregius Doct. Paul. de Mõte pico in l. Titia cum teſtam. ſ. Titia cũ nuberet. col. 87. in fi. de leg. ij. vbi vult, quòd ſi teſtator reliquat vſufructum omnium bonorum vxori ſuæ, non comprahendũtur bona, in quibus hæres habet ius, puta quia feudalia, & ita limitat d. l. vnum ex familiá. ſ. ſi rem. de leg. ij. ipſe tamen cõtrarium tenet in rebus emphiteoticis, vt poſſit in eis relinquere vſufrũctũ vxori, vt ibi quæſt. 38.

8 ¶ Tertiò magis in ſpetie, quando ille qui eſt grauatus alij hęreditatem reſtituere, ſi ipſe inſtituat eum, cui venit reſtituenda hęreditas, & poſtea diſponat verbis etiã generalibus de ſuis omnib⁹ & quibuſcunq; bonis; tamen ille hæres inſtitutus licèt adeat, etiam non confecto inuentario, nihilomin⁹ non tenebitur ad illa bona, quæ ei erant debita ex cauſa fideicom. Quinimo illa vti æs alienũ prius detrahet, ita egregiè per multa iura, auctoritates, & rõnes conſuluit D. Aymo conſ. 144. vbi latè p eũ.

9 ¶ Sed tamen prędictis non obſtantibus, puto in caſu propoſito ſi iuſtitiæ & veritati inhærere volumus omiſſis ſuperſtitionibus & cauilloſis argumẽtationibus, pro ut æquos & bonos iudices decet, & prout Eccellentiſs. D. Iudicem facturum omninò confidendum eſt, contrarium de iure verius, & ad fauorem dictæ Magnificæ Dominę Caterinæ benè per priorem D. Iudicem fuiſſe iudicatum, & itidem per ſecundum fore iudicãdum; Et ſic quòd in d. legato vſu fructus ſic relicto veniant quæcũque bona de maelo, etiam quòd aliquod in eis ſuperesset fideicommiſſum reſpectu vtilis Dominij Domini Iacobi, quia reſpectu alterius iuris nulla ſubeſt difficultas vt ſupra dictum eſt.

10 ¶ Pro cuius veritatis maiori ac pleniori euidẽtia conſiderandum eſt, quòd iſte Dominus Ioannes Franciſcus aduerſarius hoc caſu non grauatur in iſtis bonis, quæ dicuntur fideicommiſſo ſubiecta ex teſtamento Domini Iacobi propter legatum vſufructus relicti per Dominum Ioan. Antonium ſuæ vxori: Ex eo quoniam in alio ab eodem D. Ioan. Antonio, ſeu à Domino Io. Baptiſta eius filio & hęrede & tantundem quidem vel plus cõſequitur; quia grauatur legato vſufructus iſtorum bonorum prætenſo fideicõmiſſo ſubiectorum, quod grauamẽ finietcum morte ipſius Domi-

Dominæ Caterinæ: At honoratur in proprietate perpetuò duratura in eius vita; & poſt quorum cunq; ſuorum hæredum, quos ipſe voluerit, non ſolum bonorum ſubiectorum fideicōmiſſo, vt contenditur, ſed etiam illorum, quæ eius Domini Ioan. Franciſci propria & libera ſunt, vt eſt directū dominium acquiſitum per ipſum in eiſdem bonis: Item & omnia eius bona vndecunque quæſita, cuius rei emolumentū procul dubio præponderat & præualet grauamini vſufructus vxori relicti, quo caſu iura perſpicua & manifeſta ſunt volentia ſic honoratum poſſe grauari, non ſolum in bonis ſibi aliàs relictis ex fideicom. prout eſt caſus noſter; Sed etiam in ſuis proprijs, quæ iam habet & poſſidet, caſus eſt in l. ex facto. in prin. ver. non tātum. ff. ad Trebell. vbi poſtquam Iureconſultus dixit poſſe quem inſtitui & grauari, vt receptam hæreditatem alij reſtituat, ſubdit quòd non ſolum quādō hæres inſtituitur quis, ſed etiā quando iure legati quid relinquitur, poteſt grauari, vt in ſuis bonis, ſcilicet ipſius legatarij, quem hæredem fideicom. faciat, ſi modò non minus fuerit ex legato cōſecutus: Si igitur is, qui titulo legati honoratur, poteſt grauari, quantò magis erit neceſſariò dicēdum id poſſe fieri, quando honoratur titulo vniuerſali inſtitutionis non in ſuis proprijs iam quæſitis, ſed in ſibi debitis per fideicom. cùm iſtud grauamen ſit temporale, ſcilicet in vita Dominę Caterinæ vſufructuariæ tātum: Certè argumentum videtur ex pluribus neceſſariò concludere. Ad idem adduco tex. ſimilem in l. Imperator. §. cum quidam. ff. de leg. ij. vbi cum teſtator inſtituiſſet filium & fratrem ſuum, à fratre petijt vt eundem filium inſtitutum ipſi fratri teſtatoris vnà cum ſuis filijs hæredem faceret, Dicit text. quòd ſi portio, in qua frater fuit inſtitutus ſimul cū fructibus perceptis, & qui per dolū omiſſi fuerunt, æquiualeant grauamini, ꝙ valet grauamen. Et ſic eſt ibi caſus qđ hæres inſtitutus poteſt in ſuis proprijs bonis grauari ab ipſo inſtituente, quatenus ad illum per ſuam inſtitutionem peruenerit; Ergò idem & multò magis eſt dicendum, quòd poſſit per ipſum inſtituentē grauari in bonis nondum ſuis, ſed ei debitis per fideicom. præſertim cùm non ſit grauamen perpetuum, ſed temporale, & quo ad vſufructum tantum.

¶ Ad idem tertio loco eſt caſus in indiuiduo, quicquid aduerſarij videantur dicere, in l. cum pater. §. Titio fratri. ff. de leg. ij. vbi in terminis noſtris, is cui ex fideicō. erat reſtituenda hæreditas, poteſt per teſtatorem, ſi hæres illum inſtituat, grauari de ea reſtituenda alij,

alij,& ſic non reſpectu vſufructus tãium, de quo eſt quæſtio noſtra, ſed & proprietatis, vt ibi, ſi modò ex fructibus bonorum,in quibus grauatus fuit inſtitutus, tantundem fuerit aſſecutus; Et idem etiam probat in ſecundo caſu, licèt Iuriſconſul. dicat iniquitatem inde occurrere, puta (licèt tex.nõ aperiat) ſi fortè falcidia non ſufficeret, & licèt tradit cõſilium ad illam euitandam: Ex quibus iuribus adeò apertè quæſtio iſta videtur decidi, ut nulla prorſus videatur poſſe ſupereſſe difficultas; Quoniam in caſu iſto fideicommiſſarius nõ grauatur in proprietate, nec perpetuò, ſed temporaliter, & quo ad vſufructum tantũ, & non ſolum in tantũdem remanet in eodem teſtamento honoratus, ſed in decuplum, ergo &c. Vnde ex his ſatis apparet primum cõcurrere, vſt. quòd iſte teſtator potuerit ſic diſponere legando vſufructum iſtorum bonorum vxori, etiam quod perſpicuum & expeditũ extaret fideicom. Ad quod eſt, pręter iura ſupra alleg. deciſio Dec. in conſil. 184. in fi. Soc. in cõſil. 249. col. vlt. vol. 2. Bal. in conſil. 83. col. j. vol. j.

¶ Quo verò ad ſecundum, ſcilicet quòd etiam voluerit & ſenſerit de iſtis bonis, ex quàm pluribus poſſet oſtẽdi & comprobari; Sed breuitati ſtudendo, vt conſulentem decet, quem morem & in uitus nunc cogor ſeruare, paucis

11 agam, Et primò: Nam nullus poteſt eſſe certior iudex, nec certius teſtimonium voluntatis aut mentis diſponẽtis, quàm ſint ipſa verba. l. Labeo. ff. de ſuppell. leg. volũtas enim hominis ſic apparet in verbis, ſicut facies in ſpeculo, vt inquit eleganter Bal. in conſ. 102. col. 3. vol. 3. & in ore & mente præſumitur vnum & idem. Bal. conſ. 462. col. j. vol. 2. Item uerba ſunt notæ paſſionum earum, quæ in animo ſunt, vt alibi idem Bal. ait, Et quod idem dicit in C. ex tranſmiſſa. de reſtit. ſpoliat. in l. voluntas. C. de fideicom. in conſ. 160. vol. j. Sed verba D. Ioan. Franciſci teſtatoris legantis vſufructũ ſunt adeò clara & perſpicua, quid voluerit ipſe, vt non videam quid poſſit dubitari; Sic enim dixit teſtator, Quia iuſſit & mãdauit q̃d nob. Domina Caterina eius vxor ſit donna, domina, & vſufructuaria omnium & quorumcunq; bonorum ipſius teſtatoris; Hæc. n. verba ſatis ſuperq; oſtendunt & ſignificant ex eorum proprietate, quæ fuerit mens teſtatoris, ergò ab eis non poteſt recedi. l. non aliter. ff. de leg. iij. l. j. §. is qui nauem. de exercit. Nam propter verborũ

12 generalitatem comprehendũtur ſine dubio hæc bona, quia qui oẽ dicit nihil excludit. l. Iulianus. de leg. 3. c. ſi Romanorũ. 19. diſtinct. Et quod in ſimili caſu tradit Dec. conſ.

conſil.472. in primo dubio: Item propter eorum geminationem, 13 quæ mirum in modum operatur ad declarandam mentem enixam ipſius loquentis. Not.in l.Balliſta ff. ad Trebell. Bart. in l. ſcimus de agric.& conſ.lib.11.c.tradunt Doctor.in rub. ff. de verb. oblig. vbi aliquando dixi, tradit Crau.conſ. vlt.num.6.Dec.conſil.64. col. 2 & conſ.666.nu.4.Corn.cõſ.187. col. 3. vol.4. adeò quòd per huiuſmodi geminationem nihil excluſum eſſe videatur, ut per Clariſſimum Dominum meum D. Marianum Socinum conſulentem in hac cauſa: Sed nõ contentus teſtator his uerbis ſic generalibus & geminatis ſic ſubiunxit alia uerba ad maiorem ſuæ mentis expreſſionem & declarationem, uſ'. ita & taliter, quòd habeat totum plenum & integrum uſufructum dictorũ bonorum, Adeò qđ ſumus in caſu, de quo per D. Crauetam conſil.294. uol.4. ut ibi uideri poteſt: Vnde ſtantibus uerbis teſtatoris perſpicuis, ſic generalibus geminatis, immo toties repetitis, quia dixit omnium & quorumcunque bonorum meorum totum plenũ & integrum uſufructum &c. neſcio uidere quæ ſit dubitatio circa eius uoluntatem; Nec uideo ẽt
14 quomodo poſſit dubitari, an iſta bona omnia uerè & propriè ſint ipſius teſtatoris, poſito etiam qđ in eis eſſet perſpicuum & abſolutum fideicom. Iſte enim pleno iure & legitimo quidem habuit poſſeſſionem & etiam dominiũ iſtorum bonorum, quia hæres ex teſtamento D. Iacobi, qui ſine dubio eſt titulus, ex quo transfertur & poſſeſſio & dominium bonorũ hæreditariorum ꝑ aditionem hæreditatis, toto tit.de acquir.hær.ꝑ acquiſitionem poſſeſſionis. l.cum hæredes.de acquir.poſſ. Deniq; titulo diuiſionis factę tandiu ſtetit in poſſeſſione uti dominus iſtorum bonorum, nam traditionib. & uſucaptionibus dominia rerũ acquiruntur. l. traditionib. C. de pact. Quinimo emit iſtorummet corporum dominium, ſcilicet directum ex proprio contractu, utile uerò ex ſucceſſione habuit, ut dictum eſt: Vnde non uideo cur ſit dubitãdum iſtum teſtatorem, dum locutus fuit de omnibus & quibuſcunq; bonis ſuis, nõ intellexiſſe de iſtis, quæ pleno iure, & ex legitimis titulis ſine dubio erãt ſua tanto tempore tenta & poſſeſſa: Et quid quæſo obſtat, quòd iſta bona ſint fideicom. ſubiecta, Remanet ne propterea quin hæres aut primus fideicommiſſarius interim, dum pendet conditio fideicom. non ſit dominus, Certè hoc dici nõ poteſt, alioquin quis interim erit dominus, ille alius fideicommiſſarius pendente ſua cõditione nõ poteſt dici dominus, nec ius aliquod in his bonis habere. l.

re.l.cedere diem.ff.de verb.ſignif.
l.j.§.Sin autem.C.de cad.tol.adeò
quòd ſatis inſulſum eſſet dubitare
an iſta bona ideò non dicantur il
lius, quia ſunt ſub fideicom.

15 ¶ Accedat etiam præmiſſis, qd
ex communi vſu loquendi (vt no
torium eſt) bona non minus di-
cuntur alicuius,licèt ſint alicui fi-
deicom. ſubiecta, qui communis
vſus loquendi attenditur, & adeò
attenditur, vt præualeat & præfe-
ratur propriæ verbi ſignificatio-
ni,quando diuerſa ab illo eſſet,vt
eſt tex. & ibi Bart. in l. librorum.
§.quod tamē Caſſius.ff de leg.iij.
Idem Bar. in l.Labeo.col.2.de ſup
pellect.leg. Abb.Butr.& alij in C.
quamuis de ver.ſig. Idem Abb.in
C.2.de arbitr. cū multis alijs, quæ
congerit Fely. in prohem.decret.
Iaſ.in l. Gallus.§.quidam rectè.ff.
de liber.& poſthum.conſilio 397.
num.7. & Dec. conſil.540. nu.8.
Sed quid in caſu noſtro dicemus,
vbi & communis vſus & proprie-
tas verbi ſimul concurrunt: Poſ-
ſent etiam ſupra dicta confirma-
ri, quando opus eſſet aliquibus cō
iecturis; Sed non eſt multum ne
ceſſarium, quia in claris non eſt
locus coniecturis.l. ille aut ille.§.
cùm in verbis.de leg.3. l. contin°.
§.cum ita ff.de verb.oblig. Lega-
16 ta enim non ſolum verbis expreſ-
ſis, ſed etiam coniecturis inducū-
tur, immo & ſolo nutu.l.nutu.de
leg.iij.l.Licèt Imperator. de leg.j.
Immo etſi verba omiſſa penitus
ſint, tamen ex coniecturis poteſt
induci voluntas ex ipſis ſumpta.l.
cùm proponebatur.l.vnum ex fa-
milia.§.ſi omiſſa.& §.fi.ff.de leg.ij
Pulchrè Soc.cōl. 26.vol.4. Et hoc
potiſſimum procedit, quando cō
iecturæ ſumuntur ex his, quæ in
eodem teſtamento expreſſa ſunt,
vel eis cohærent, ut declarat hoc
Bal.in l.j.C. de his qui ante aperr.
tab. & in l. quidam cum filiū. ff.
de hæred.inſtit.& in C. mandatū
de reſcript.declarat Soc.in l.hære
des mei.§.cum ita.col.5. ff.ad Tre
bell. Et facit quod idem Soc.dicit
in conſ.250.col.3.uer.primò ex or
dine.vol.2. vbi ita augumentatur
ex his, quæ ſcripta erant in teſta-
mento ad aliū caſum,de quo erat
quæſtio: Modò in caſu noſtro ex
uerbis in legato expreſſis colligi-
tur, quòd voluntas teſtatoris fuit
amplum relinquere legatum vſu-
fructus vxori ſuæ, quia dicit, om-
nium & quorumcunq; bonorum
plenum integrum &c. Certè ſi ex
hoc legato demantur bona iſta,
quæ aſſerūtur fideicom. ſubiecta,
legatum non ſolum non eſſet am
plum, prout uoluiſſe teſtatorem
manifeſtò conſtat,ſed minimum
& ad exiguam redigeretur ſum-
mam: Namq; uſufructus bono-
rum de maclo reſpectu directi do
minij ſeparati eſt nullus aut certè
modicus.: Alia autem eius bona
iſta ſunt (vt mihi præſupponitur
in fa-

in facto non magnæ quantitatis, ita qđ eorũ vſufructus legatus poſſit dici amplus & magnus, prout colligitur mentem teſtatoris fuiſſe amplum ei conſtituere vſufructum, ita quod aliud dici non poteſt, niſi quod teſtatoris voluntas fuerit de omnibus ſuis bonis in
17 telligere, nullis exceptis: Adeo qđ plus quàm veriſimile ſit mentem teſtatoris fuiſſe intelligere de omnibus bonis omnino, & ſic & de iſtis, de quib⁹ nunc quæritur, prout verba multiplicia apertè oſtendunt, & veriſimile fit ex prędictis: Id autem, quod ueriſimile eſt, attendi debet in caſu dubio, nedum aperto, prout iſte, quia veriſimilitudo eſt cognata naturæ. Bald. in conſil. 180. uol. 3. & veriſimilitudo habetur pro lege, ſecundum Oldr. conſilio 13. in fin. & meritò, quoniã lex id dicit in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. Et plura alia dicit circa id, qđ eſt veriſimile, Et in ſpecie quod teſtator cenſetur id voluiſſe, quod eſt ueriſimile, & ex ueriſimili eius voluntas declaratur, tradit pulchrè Crau. conſil. 297. num. 6. & idem in materia probationis, & alijs tradit conſ. 175. nu. 9. Sed iſta ex abũdanti poti⁹ dicta ſint, quia cum uerba ſint perſpicua & aperta, non eſt opus coniecturis, nec vllus relinquitur dubitationi locus: Igitur concurrente in vnum voluntate ipſius teſtatoris, quæ manifeſta & aperta eſt ex verbis, ſiue eorum propriam ſignificationem, ſiue communem vſum loquendi attendamus, Item ex manifeſtiſſimis coniecturis: Item concurrente poteſtate à iure ſibi conceſſa, nulla certè in cauſa iſta ſubeſſe poſſe videtur probabilis dubitatio penes præſtantiſſimum Dominum iudicem. Et licèt ex prædictis ſatis colligatur reſponſio ad ea, quæ ſupra in contrariũ adducta ſunt, Attamen ſingulis placet maioris dilucidationis gratia reſpondere.

18 ¶ Primum igitur non obſtat videlicet qđ de re fideicommiſſo obnoxia non poſſit grauatus diſponere, quin fideicommiſſarius eueniente caſu fideicommiſſi, nõ poſſit retractare diſpoſitionem: Quia illud procedit, quando ſimpliciter is, qui eſt grauatus reſtituere, diſponeret de illis bonis, ex quo reſultaret fraudatio voluntatis & commodi percipiendi per ipſum fideicommiſſarium: Sed ſecus, quando ipſe, cui eſt reſtituendum fideicommiſſum, inſtituitur & tantundem ex ipſa inſtitutione, immo etiam ex legato conſequitur; quia tunc ſiml la haberi debet ratio ipſius fideicommiſſi detrahendi tanquam æs alienum, immo tunc valet diſpoſitio per grauatum facta de illis bonis reſtitutioni ſubiectis, nõ ſolum reſpectu vſufructus, prout

eſt in caſu noſtro, ſed etiam reſpectu proprietatis, prout in caſu d.l.ex fact.ad Trebell.& in l.Impe rator. §.cũ quidam.de leg. ij. per me ſupra alleg.

19 ¶ Non obſtat ſecundum; Quia imo tex. in l. vnum ex familia. ℱ. ſi rem probatur contrariũ, quia licèt dicatur ibi quòd teſtutor nõ præſumitur grauare hæredem in redimendis rebus alienis, tamen non ſic in his, quæ ſunt ipſius hę redis, quia in his valet legatum, etiam quòd teſtator errans id fecerit, exiſtimans ſcilicet rem eſſe ſuam propriam: Si igitur valet legatum in re ipſius hæredis, etiã quòd id ignoret teſtator, multò magis valebit in re, quæ non erat ſimpliciter hæredis, ſed in ea ius in ſpe tantum habebat, vt prętenditur per partem aduerſam: Et tanto magis valebit, ſi verum eſſet id, quod dicunt aduerſarij, videlicet quòd Dominus Ioannes Franciſcus habuerit ſcientiam & memoriam dicti fideicommiſſi; Quia ille textus vult, quòd valeat legatum rei hæredis, etiam quòd teſtator ignoraret & ſic erraret, multò magis vult valere, quando teſtator ſciebat ſe legare rem hæredis: Et ad doctr. Bart. & aliorum in d. l. ſerui electione. ℱ. fi. dum dicunt, quòd ſi teſtator dicat lego rem meam, tunc nõ cenſetur legaſſe partem, quæ erat hæredis: Reſpõdeo in primis quòd loquitur quando res erat communis eodem tempore inter teſtatorem & hæredem: At in caſu noſtro tempore legati hæres nec partem, nec ius aliquod habebat in re illa niſi ſpe: Præterea dico qđ illa doctr. procedit quando ſimpliciter dicit lego rem meam, tũc non venit pars hæredis, ſecus autem quando appoſita ſunt verba vniuerſalia, prout erat in caſu noſtro, quia dixerat omnium & quorumcunque &c. Nam eo caſu veniet etiã pars hæredis: Ita in ſpetie illam doctrinam intelligit & declarat Dominus Aymo conſil. 80.num.15. vltra quod, vt proximè dixi, tempore legati facti teſtator non habebat bona iſta cum aliquo communia, ſed omnia erant ſua propria, nec hæres aut alius habebat in eis partem.

¶ Et ſecundum prędicta iura ſupra per me allegata, ſcilicet l.Imperator. ℱ. cnm quidam. de leg. ij.& l.ex facto.ff.ad Trebell.& per Eccellent.Dominum meum Soc. conſulentem eſt intelligẽdum & declarandum ilud, ꝙ dicit Crau. in d. ſuo conſ.144. alioquin malè loqueretur,& cõtra iura prędicta, quia intelligi debet quando fideicõmiſſarius non tantundem conſequebatur ex bonis grauantis, prout erat ſuum fideicom.

¶ Ex quibus omnibus & ex his, quæ p clariſ. D.meum Soc.adducta

cta fuere facilè in hac ſententiam deſcendo, dictam Magnif. Dominam Caterinam fore tuēdam & conſeruādam in ſuo vſufructu omnium iſtorū bonorum luctuoſo, vt verbo Imperatoris vtar in l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub con dit. fact. prout ei per maritum & poſt per filium defunctos eidem relictum fuit vſquequo Deo placuerit illam ſuperſtitem fore; Et prout hacten' ei permiſſum fuit, & per primum Eccel. D. Iudicem rectè & ſanctè fuit iudicatum.

¶ Et hæc pauca de ſimplici ſubſcriptione requiſitus adijcere volui, non quia multum neceſſariū fore exiſtimauerim; ſed potius ne fortè inconſideranter, & cauſa nō prius cognita videret in aliorum Eccellentiſs. conſulētium ſententiam iuiſſe.

Laus Deo.

Paulus Leonius Patauinus Iuriſconſultus, Conſiliarius Ducalis ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 Sententia an & quando ferri poſſit ſuper petitorio, ſi in libello fuit de poſſeſſorio & petitorio narratum, at in concluſione de poſſeſſorio tantum. & num. 7. & 8.

2 Clauſula petens ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari. Item clauſula omni meliori modo &c. & num. 7.

3 Libellantis intentio eſt adiuuāda potius, quàm infirmanda, etiam verba impropriando.

4 Omnia, quæ in libello venire poſſūt, cenſentur deducta, niſi ſpecialiter excepta fuerint.

5 Ad actorem pertinet declarare libellum, non autem ad reum.

6 Ius proprietatis & poſſeſſionis poſſunt ſimul in eodē libello cumulari.

8 Si in libello fuerunt deducta iura cōcernentia petitorij cauſam, & pars non oppoſuerit, poteſt iudex ſuper illo iudicare, licèt in libello nihil fuerit dictum.

9 Appellare debet pars, quando iudex in poſſeſſorio permittit aduerſarium deducere iura concernentia petitoriū parte ipſa reclamante; aliàs poteſt iudex proferre ſententiam etiam ſuper petitorio.

10 Datio in ſolutū ob debitum extinctū aut pro maiori quantitate facta quādo non valeat.

11 Scriptura priuata pro ſcribente non probat.

12 Literæ, niſi ſint recognitæ, non probant.

13 Inſtrumentum fundat intentionem et dr̄ probatio ꝓbata, et caſus legis.

14 Inſtrumentum tandiu probat creditum, quādiu per debitorem non probatur ſolutio facta.

15 Qualitas allegata eſt per allegātem probanda.

16 Vna præſumptio tollit aliam, multò magis plures tollunt vnam.

17 Illud, quod in iuditio eſt vno modo deductum, puta per viam exceptionis, non poteſt alio modo haberi in conſideratione, puta per vim compenſationis.

18 Sta-

18 *Statutum non comprehendit caſum iuratum in eodem iudiuio.*

19 *Si Papa vel Imperator caſſat ſtatuta vel conſuetudines, non cenſentur caſſare illas, in quib' eſt iuramentū.*

20 *Statutum inducens præſcriptionem ad tollendum debitum, non habet locum in debito iurato.*

21 *Statutū prohibens forenſem acquirere, non procedit in muliere forenſe ciui nupta.*

22 *Mulier alibi nupta ſequitur forū viri, et dicitur ciuis vere illius loci, nō autem per fictionem, & procedit ēt quandiu eſt vidua.*

23 *Vidua enim quandiu in viduitate et honeſtate perſeuerat, fingitur eſſe in obſequio viri & in matrum.*

24 *Forenſis non dicitur in loco vbi domiciliū habet vel originem, ſed ibi ciuilitatem dicitur habere, & forū ſortiri.*

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

An in libello attendatur tātum concluſio, An etiam alia narrata, ſtantibus clauſulis in libello apponi ſolitis?

IVſtiſſimā ego quoq; arbitror eſſe ſententiam Mag. D. Iudicis latam ad fauorē 1 Illuſtris Dom. Herculis Pij, prout etiam Clariſsimis alijs Dominis Conſulentibus & ſubſcribētibus viſum fuit: Quorum ſententiam ſic requiſitus, ea prius diligenter inſpecta & conſiderata approbo & confirmo: Et complura etiam argumenta, & rationes adducere potuiſſē niſi omnia adeo accurate, & copioſe pertractata, ac enucleata animaduertiſſem, vt ſuperflua poti', ac tædiū afferrentia, quam multum neceſſaria mihi viſa fuiſſet. Nonnulla tamen & breuiter quidem addam, vt difficultates ſubſcribendo deguſtaſſe videar.

¶Omittendo igitur nunc illam difficultatem an Illuſtr. D. Actor, ex capite interdicti poſſeſſorij recuperādæ in libello propoſiti poſſit obtinere, vt quia non eſt primus hæres ipſius ſpoliati, vel quia poſſeſsio reperitur per alium occupata; quibus caſibus ſtatutum cōtinuās poſſeſsionem defuncti in hæredem locum nō habet: Super quo tā pūcto multa dici poſſent, Verū quia ex alio capite manifeſtè apparet victoria, iccirco hoc nūc dimitto: Namq; in petitorio ſine dubio in hoc iuditio iuſtiſſimam fouet cauſam, prout etiā ſic fuit iudicatum: Probata etenim ſunt incumbentia neceſſaria ad iſtud iuditinm, vt ex proceſſu colligitur & fuit late deductum, & conſideratum per Dominos Aduocatos; ideo nō repeto. Sed quoniā eſt difficultas, An in iſto iuditio rectè potuerit ſuper cauſa petitorij ſententia ferri, ideo ſuper hoc duo verba dicam. Et ſtantib' clau-

clauſulis, de quibus in libello, Itē
ſtantibus deductis in ipſo proceſ
ſu, res omni prorſus dubitatione
caret, quòd potuit, Et quòd rectè
quidem ac iuſtè fuit ſic ſuper peti
torio iudicatum: Namque facta
narratione in libello, ex qua appa
ret de iure Illuſtriſs. D. Herculis,
non ſolum reſpectu poſſeſſionis,
ſed etiam reſpectu proprietatis &
dominij, poſtea ſubijcitur clau-
ſula illa, Super quibus omnibus
& ſingulis petit ſibi ius & iuſtitiā
2 miniſtrari, non ſolum modo prę
dicto, ſed alio meliori modo, via,
iure, forma, quibus magis, me-
lius & validius fieri potuit & po-
teſt &c. Quibus verbis & clauſu-
lis ſic ſtātibus, ſine dubio aliquo
actor non intelligitur reſtringere
intentionem ſuam ad ea, quæ cō
tinentur in concluſione tantum,
ſed etiam ad illa omnia, quæ in li
bello narrata ſunt, reſpexiſſe, vt
verba ſua apertè, & quam ex-
preſsè dicunt: Si ergo iſte actor
expreſsè petijt ſibi ius fieri, & iu-
ſtitiam miniſtrari ſuper omnibus
& ſingulis narratis, Et in narra-
tis cōtineatur ius dominij & pro-
prietatis, nō video quomodo pro
babiliter dubitari poſſit, an ſit ſu
per his iuſtitia miniſtranda: Et
pſertim cū in libello adſit ēt alia
clauſula omni meliori modo, pro
ut in terminis tradit Cep. in con
ſil. 11. col. 2. verſi. Item probatur.
& ver. ſeq. poſt. cald. Ant. de Butr.
3 Card. Zaba. & alios in C. dilectus.
de ord. cognit. & intētio libellan-
tis eſt coadiuuanda potius, quàm
exterminanda, vt not. in l. ſi ꝗs.
intentione ambigua. ff. de iudit.
tradit idem Cep. in conſ. j. nu. 8.
Et in fauorem actoris fit interpre
tatio libelli ſecundum Bal. in cōſ.
489. col. j. ver. Item nō obſtat. vol.
3. Verba enim impropriantur, ſi
opus eſt: Ad hoc vt intentio libel
lantis ſuſtineatur, tradit Dec. in
conſ. 449. in prima difficultate; Fa
cit ēt quod tradit Bald. in conſil.
290. vol. 4. & conſ. 468. vol. 2. Itē
4 regula libellorum eſt, vt omnia vi
deantur in petitione venire, quæ
quomodocunq; poſſunt ſub peti
tione claudi, niſi ſpecialiter exce-
pta fuerint, vt tradit Oldr. in cōſ.
199. col. 3. ver. ad idem autem. Itē
5 ad actorem ſpectat ſuum declara
re libellum, non autem ad reum,
quia ipſe ſemper negaret illud, ꝗ
ſibi nocere poteſt, contineri, Et
declaratio etiam ſumitur ex ad-
ductis in articulis & in proceſſu,
vt ibidem dicit Oldr. In caſu au-
tem noſtro ex deductis in proceſ-
ſu manifeſtiſſimè colligitur acto-
rem voluiſſe deducere, & ita dedu
xiſſe in iſto iudicio iura ſua etiam
reſpectu dominij & proprietatis,
& ſuper ipſis petijſſe ſibi ius fieri,
& iuſtitiam miniſtrari omni me-
6 liori modo, ergo &c. Nec enim
dubium eſt poſſe in eodem libel-
lo ius dominij & proprietatis ſi-
mul

mul cum poſſeſſione cumulari, vt per Inn. in capit. quærelã. in prin.
7 de elect. per quas clauſulas omne ius, omnis actio, quæ ex narratis concipi poſſunt, videntur conclu ſa & expreſſa, vt inquit Pet. de Ancha. in conſi. 73. col. 2. in prin. ver. præterea in fine libelli: Et de virtute iſtius clauſulæ tradit Soc. in conſ. 128. in prin. vol. j. Dec. conſi. 445. nu. 22. Et vulgo dici ſolet, qđ hæc clauſula habet vim herbæ Betonicæ ad omnia valẽs, vt per Iaſ. in ſ. omnium. num. 147. inſtit. de action. vbi infert in terminis ad deciſionem caſus noſtri, quando ſcilicet fuit in libello narratum ſuper petitorio & poſſeſſorio, licèt in concluſione de poſſeſſorio tantum dictum ſit, tamen potetunt iura in proceſſu deduci etiã ſuper petitorio, & ſuper his cognoſci virtute illius clauſulæ; Et idẽ Iaſ. in l. petens. C. de pact. Crauet. conſ. 201. col. fi. in prin. & in conſ. 278. col. pen. ver. Secundò reſpondeo. & maximè accedente ẽt alia clauſula oĩ meliori modo, q̃ eſt magnæ virturis, vt per Alex. conſ. 80. col. 2. ver. præſumitur. n. vol. 5. Et ꝙ de iſtis clauſulis tradit Curt. iun. in conſil. 30. in fi. Item Corn. in conſ. 91. col. j. ver. quia reſpondetur. vol. 4. dicit quòd ſi ex narratis in libello colligi poteſt deductum eſſe etiam petitorium, debet iudex virtute dictæ clauſulę petens ſibi ius &c. ſuper illo iudicare, ſed ſecus eſſet quando ex narratis nullo modo colligi poſſet. Idem in conſ. 151. col. 2. in princ. eo. vol. Et dicit Dec. in conſil. 221. quòd per iſtam clauſulam non ſolũ inſpicitur concluſio libelli, ſed etiam omnia in eo narrata attenduntur: Idemq; dicit Crauet. in conſ. 299. num. 2.

8 ¶ Sed inſuper ex alio apparet, in hoc iuditio ſententiam rectè ferri potuiſſe etiã ſuper iure proprietatis, ẽt circumſcriptis illis clauſulis, de quibus ſupra: Nam cum in proceſſu fuerint producta iura ẽt reſpicientia cauſam dominij & proprietatis, dato quòd in libello nihil penitus narratum fuiſſet de petitorio, attamen cùm pars non fuerit proteſtata, cenſetur cumulatum etiam petitorium, vt poſt Bart. tradit Alex. in l. naturaliter. ſ. nihil commu. col. 11. ver. Quartodecimo fallit. ff. de acquir. poſſ. Pariſ. in conſ. 113. col. j. vol. j.

9 ¶ Imo verò etſi pars ſe opponeret ne admittantur iura reſpicientia petitorium, non ſufficeret, niſi ẽt appellaret ab admiſſione per iudicem facta; Aret. in d. ſ. nihil commune, quem ſequitur Felyn. in capit. inter monaſterium. col. 12. de re iudi. Crauet. in conſ. 248. col. j. ver. & ſi dicas. & in conſ. 299. col. pen. num. 8. & in conſi. 302. col. 2. ver. ſed poſito & non conceſſo.

¶ Non obſtat quod in contrarium allegatur, vſt. Dationem in

ſolu-

ſolutum eſſe nullam, per ea, quæ
habentur in l.ſi non ſortem. in §.
ſi centum. ff. de condit. inde. Ad
hoc enim reſpondent D. conſulē
tes, vt per eos: Vltra quos dico cō
cluſionem illam procedere, quan
do pro maiori ſumma fuiſſet fa-
cta, quàm in inſtrum. crediti cō-
tineretur, vel ſaltem quando ap-
pareret concludenter & neceſſariò
creditum illud fuiſſe extinctum p
ſolutionem; Quia vltra quòd li-
bri ſunt ipſius ſcribentis, qui non
probant pro ipſo. l. exemplo. C. de
probat. vbi eſt caſus, & literæ nō
11 fuerunt recognitæ, prout de iure
requiritur; Gram. deciſ. 84. & 93.
in fi. & 106. num. 33. & ſeq. vbi de
ſcriptura notans loquitur. Dico
12 quòd in illis non dicitur quòd fue
rint factę illæ ſolutiones ad cōpu-
tum crediti, de quo in inſtrumen
to, quod eſt neceſſarium ad hoc,
vt tollatur creditum, de quo eſt
confectum inſtrumentum, quod
intētionem fundatam ipſius acto
ris. l. cum precibus. C. de probat.
13 dicitur .n. probatio probata in-
ſtrumentum. Cyn. & alij in l. j. C.
de probat. Soc. conſil. 89. col. pen.
vol. j. & inſtrumentum dicitur ca
ſus legis. Bal. in conſil. 215. col. 2.
ver. in eo autem. vol. 2. & conſil.
233. vol. j. pulchrè Dec. conſil. 423.
col. 2. & 682. in prin. ideo qui vult
14 tollere hanc euidentem ac neceſ-
ſariam probationem, & euitare
ea, quæ ſubſecuta ſunt, vſt. datio-
nem in ſolutū per ipſummet de-
bitorem ſeu per eius procuratorē
factum, neceſſe habet aliam con-
cludentem, & neceſſariam afferre
probationem; alioquin firmum
remanet inſtrumentum, contra
quod nihil affertur, quod ipſum
15 tollat per ſupradicta: Et qualitas
illa eras probanda per illum, qui
vult dicere ſublatum eſſe illud cre
ditum, quod in inſtrumento con
tinetur, vſt. quòd fuerit ad com-
putum eius crediti facta ſolutio,
arg. eorum, quæ dicit Ioan. And.
in cap. j. de homic. in 61. Bald. in
conſ. 447. col. j. vol. 5. Bar. in l. j. §.
quod autem ait. ff. ne quid in flu.
pub. Alex. in conſ. 82. col. 4. verſic.
Sed ad hoc ſtatutum. vol. 3. & cōſ.
224. col. j. vol. 2. & conſ. 100. col. 2.
ver. oportebat ergo. vol. j. cum ſi-
mil. Idq́; tanto magis, quia con-
currit præſumptio, quòd iſta fue-
rint ſoluta ex alijs cauſis, cum ip
ſe debitor in ſuo vltimo teſtamē-
to confeſſus fuerit illud debitum,
& tamen iam factæ erant ſupradi
ctæ ſolutiones, & complures aliæ
concurrunt præſumptiones: Vn
de apparet qđ inde, videlicet ex il
lis ſolutionibus allegatis non re-
ſultat neceſſaria nec etiā præſum-
pta probatio: Neceſſaria non, qa
non dicitur quòd ad dictum com
putum mille florenorum fuerint
factæ illæ ſolutiones; non etiam
præſumpta, vt ex ſupradictis ap-
paret: Et ſi fortè diceretur, quòd
non

non præſumitur debitor quis ex
pluribus cauſis, cũ non appareat,
dico qđ hoc caſu militat contra-
ria præſumptio; Quia cum poſt
illas ſolutiones iam factas ille plu-
ries debitum agnouerit, & nouiſ-
ſimè in teſtamento confeſſus ex-
16 preſsè illud fuerit, meritò vna præ
ſumptio tollit aliam.l.diuus.ff.de
in integr.reſtit. multò magis plu-
res tollunt vnam, prout ita arguit
Crauet.conſ.149.col.fin.nu.17.Et
ſi diceretur, quòd ſi hoc non ſuf-
ficit ad annullandam dationem
in ſolutum per prædicta, tamen
ſatis eſt, quòd conſtat iudici has
pecunias fuiſſe creditori ſolutas;
Ideò non conuenit vt iterum con
ſequatur ſuum creditum; & has
pecunias ſine cauſa ſibi retineat:
17 Nam reſpondetur has ſolutiones
fuiſſe oppoſitas in iſto proceſſu tã
tum per viam exceptionis etiam
ad annullandam dationem in ſo-
lutum, quod fuit demonſtratum
in præcedenti: Si autem fuiſſet
hoc oppoſitum ad compenſatio-
nis ſeu reconuentionis effectum,
fuiſſet pariter pro parte actoris de
monſtratum et ex iſtis capitibus
iſtud nihil obſtare: Ideoque non
eſt conueniens quòd actor ſic re-
maneat quodammodo deceptus,
vt reus has exceptiones oppoſue-
rit vno modo; actor autem ſe de-
fendendo oſtendit eas nihil ſibi
eo reſpectu obſtare: Nunc verò
ipſe velit dicere alio reſpectu vo-
lo quòd mihi deſeruiant; cum ta
men actor ſuper hoc iura ſua nõ
deduxerit; & ſic remaneret dece-
ptus; quod eſſe non debet; Satis
enim remanet ipſi reo ſuccurſum
in alio iuditio petendi, Et tunc
ibi per actorem oſtẽderetur nullum
ſibi ius competere, & conſequen-
ter oſtenderetur ex quibus cauſis ſo
lutiones illæ factæ fuerint: In iſto
enim proceſſu non reperitur op-
poſita exceptio compenſationis,
neq; etiam reconuentio aliqua eſt
propoſita; ſed tantũmodo eſt op
poſita exceptio nullitatis: Ideoq;
ſuper non exceptis non eſt feren-
da ſententia, aut per iudicem eſt
de exceptione non propoſita ha-
bẽda conſideratio, Crauet. conſ.
248.col.j.ver.reſpondeo.Facit etiã
qđ habetur in l. ſi vnus. §. pactus
ne peteret.ff.de pact.Caſtren.in l.
j.ver.pen.ff.ad Trebell. Bar.in l.cũ
qui ita. §.qui ita.ver. moueo tibi
vnum dubium.ff. de verb.obliga.
vbi dicitur quòd exceptio, quæ ex
trinſecus venit, & non ineſt, vt eſt
quando eſt pactum in continen-
ti appoſitum, eſt neceſſariò oppo
nenda. Sequitur Bal. in l.in bona
fidei.in fi.C.de pact. Et quòd no-
tabiliter in terminis tradit Alex.
in l.filio licet.circa prin. C.de col
lat.vbi vult quòd debitum ex vna
cauſa non poſſit compenſari cum
credito ex alia cauſa, niſi petitum
fuerit, Et ſic ibi deciditur hæc ob-
iectio.Rippa in l.ita ſtipulat. nu.
87.

87.verſic.ſecunda dubitatio.ff.de verb.oblig. ¶ Non ēt obſtat ſtatutū ſiue decretū prohibens alienationem poſſe fieri in forenſes: Nam placet illa reſpōſio inter cæteras, qđ ſtatutum laicorum non comprendat caſum iuratū,qualis eſt iſte, vt tradit notabil'r Alex. in conſ.102.vol.4.aſſerens ita cōmuniter tenere canoniſtas & legiſtas & quidem indiſtinctè, ſiue loquatur in rem , ſiue ēt in perſonā , vt ibi p eum. Idem Alex.in conſ.37. col.5.& 6.vol.2. vbi dicit expreſsè in ver. Quinimo qđ ſtatutum nō trahitur ad caſum,quando interueniſſet iuramentū: Et iſtud abſq; aliquo dubio procedit,qn̄ in ſtatuto nulla eſt facta mētio de iuram. prout eſt in caſu noſtro,vt p eum ibi in ver.& licet.Et in ver.confir
19 mo, Dicit, quòd ſi Papa vel Imperator caſſat ſtatuta aut conſuetudines, non intelliguntur caſſata illa, in quibus adeſt iuramētum, Et in ſequenti verſic.infert ad aliā quæſtionem poſt Caſtrenſ. vt ibi per eum. Idē dixit in conſ.62. col. fi.vol.7. vbi dicit magis coēm opinionē eſſe iſtam, ēt quādo ſtatutū loquitur dirigēdo verba in pſonā & non in rem; quā opinionem ēt tenet idē Alex. in conſ. 151. col.3. ver,hanc opinionē.eo.vol.Et nunquam cenſetur de caſu iurato cogitatum , niſi expreſſum ſit, vt p Dec.in C.conſtitutus. col.3. de reſcript. Pariſ.conſi.96.col.pen.ver.

Nam aduertēdum.Et vol.1.conſi. 16.col.13.verſic. ad huc tamen dicitur.vol.2.& conſil.33.col.6.nu. 47.vol.3.vbi loquitur etiam qđ in ſtatuto per laicum cōdito expreſſe mentio fieret de iuramento , & etiam quòd à ſummo Pontifice id fieret, & hāc atteſtatur eſſe coēm:
20 Sicuti etiā videmus , quòd ſi ſtatutū inducat preſcriptionem ad tollendum debitum,non habet locū in debito iurato. Corn. conſ.328. col.3.ver.&maximè.vol.1.Felyn.et Pariſ.in ca.ult.de præſcript. Balb. in tracta.de præſcript. in ſecunda parte tertiæ partis princip. queſt. 14.in ver.ſecundò limita.
21 ¶ Non ēt ob.illud decretum, qđ phibet ī forenſem fieri poſſe alienationem bonorū immobilium: Qm̄ reſpondetur Illuſt. D. Æmiliam non poſſe dici forenſem , ex quo nupta erat viro,qui erat ciuis illius loci,& attenditur domiciliū viri, Bal.in conſ.53.in fi.uol.5. Im
22 mo & ipſa effecta eſt conciuis verè & naturaliter, non autem per fictionem, vt per Bald. notabiliter in cōſ.100. uol.5. Et qđ mulier ſit ciuis loci viri ſui, etiā qoſtq̄ vidua eſt effecta,eſt deciſio eiuſdem Bal. in conſil.456,verſi. præterea quia
23 iſta Seia. uol. primo. Vidua enim quàm diu in viduitate & honeſta re perſeuerat, fingitur eſſe in matrimonio viri & ī eius obſequio: Idem Bald.conſ.159.eo.vol.& cōſil.86.verſic.circa alementa.uol.2,

Vltra quod Illuſtris Dom. Æmilia non poteſt dici aliquo modo forenſis in illo loco, vbi domicilium & habitationem propriam
24 habet: Nam vel ratione originis vel ratione domicilij quis deſinit eſſe forenſis, vt per Dec.conſ.550. col.fi.Et ibi forum ſortitur. Bald. conſ.60.num.4.vol.4.Facit etiam quod idem Bal.tradit in cõſ. 393. vol.j.Imo verò ciuilitas eſt, vbi qs domicilium habet.glo.in cap. ſtuprum.ꝟ.cum vero. & ibi Gemin. de reſcrip.in 6. Dec.in conſil.352. col.j.ver.ſed dubium eſt.

Paulus Leonius Patauinus Iuriſconſultus, Conſiliarius Ducalis ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *A verbis teſtatoris claris non eſt recedendum, niſi ex magna et euidente cauſa.*

2 *Qui omne dicit, nihil excludit.*

3 *In ſocietate generali omniũ bonorum veniunt coĩcanda omnia bono vndecunq; quæſita, vide tamen infra num.13.37.40.46.50.51.*

4 *Teſtatoris voluntas vti lex eſt ſeruanda, vide num. 54.*

5 *Hæres adeundo quaſi cõtrahit, ideo obligat̃ ſeruare diſpoſita per teſtatorem, vide num.55.*

6 *Inſtrumenta acquiſitionum communi nomine facta arguunt ſocietatem de illis bonis confectis.*

7 *Bona virtutis propria, quæ ſita ſunt præcipua acquirentis, Nec alij coĩcanda ſunt ad ſimilitudinem caſtrenſis peculij.*

8 *Nec etiam pater ius aliquod habet in huiuſmodi bonis.*

9 *Diſpoſitio teſtatoris intelligitur conformis diſpoſitioni iuris, & nu. 6.*

10 *Diſpoſitio teſtatoris contra iuris diſpoſitionem non eſt ſeruanda.*

11 *Teſtator non poteſt diſponere, vt bona aduentitia in legitimam filij debitã imputentur, & vide nu.47.*

12 *Teſtator non poteſt diſponere de bonis Linellarijs in præiuditium dñi.*

13 *Verba teſtatoris quod quæſita vndecunq; per hæredes ſuos coĩcentur, An et quãdo inducant ſocietatem inter eos, & nu.37. & 43.46. & 50. & 51.*

14 *Diſpoſitio teſtatoris reſtrincta ad certum tempus non porrigitur vltra illud.*

15 *Societas etiam re ipſa et tacitè inducitur, puta ex cohabitatione & c. & nu.ſeq. quomodo procedat.*

17 *Si qua tamen ſocietas reſultat, eſt tacita, non autem expreſſa.*

18 *Ad hoc vt in ſocietate dicãtur comprehendi bona quaſi caſtrenſia aut ſimilia, oportet vt ſit ſocietas omnium bonorum.*

19 *Quæ requirantur vt dicatur ſocietas omnium bonorum.*

20 *Societas nõ protẽditur vltra quàm actus ſociales oſtendant.*

21 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

22 *Societas eſt contractus, qui conſenſu celebratur.*

23 Con-

23 *Conſenſus in cõtractu ſocietatis aut eſt expreſſus, aut tacitus ex coniecturis & ex actibus ſocialibus, num. 40. & ſeq.*

24 *Ideo prout diuerſæ ſunt coniecturæ ita etiam diuerſa reperiũtur conſilia imo etiam contraria interdum.*

25 *Contractus ſocietatis eſt bonæ fidei imo in ſupremo exigit bonam fidem, & æqualitatem, & nu. 31.*

26 *Contractus ſocietatis fit ad commodiorem vſum & lucrum ſociorum, & vt lucrum et damnum ſit cõe.*

27 *Iuuenes regulariter ſunt magis proni ad perdenda bona, q̃ ad quęrẽda.*

28 *Pręſumptio donationis eſt euitanda, & quæcunq; alia ſumenda.*

29 *Pater non præſumitur bona virtute propria quæſita filijs ſuis auferre, et alijs donare.*

30 *Nullus affectus eſt, qui vincat paternum.*

32 *In contractu ſocietatis prout vnus plus pecuniarũ aut induſtrię poſuit, ita etiam plus lucri conſequi debet.*

33 *Societas à lege reprobata vti iniquiſſima & leonina, et nu. 50. in qua nõ ſit commune lucrũ & damnum, ſeu commodum & incommodum.*

34 *Voluntatem teſtatoris uti præcipuã magis quàm corticem verborum attendere debemus.*

35 *Diſpoſitio teſtatoris trahenda eſt ad illud, quod per eum veriſimiliter fuit cogitatum.*

38 *Verba teſtatoris licèt generalia, intelligenda tamen ſunt ſecundum terminos, de quibus loquũtur.*

39 *Aliud eſt quòd ſocietas cõtrahatur per eos, qui acquiſierunt bona, vt in tex. legis ſi fratres. §. idem Pomponius. ff. pro ſo. Et aliud ſi aliter dicatur contracta, vt in caſu iſtomet, & num. 38.*

40 *Arg. ab abſurdo conſideratur à lege, ideò diſpoſitio teſtatoris ita interpretanda eſt, vt abſurdum ceſſet: Item in ſtatutis, & nu. 42.*

41 *Pater præſumitur velle inter filios æqualitatem conſeruare.*

42 *Statuta pariter intelligẽda ſunt, vt abſurdum ceſſet.*

46 *Pater cenſetur magis diligere filiũ præſertim maiorem, & virtute pręditum, quàm nepotem pupillum, cõcurrentibus etiã alijs, de quib' hic.*

47 *Pater non poteſt bona per vnũ ex filijs quæſita in alium filium ſuũ trãſferre: Quod nedum in caſtrenſibus & quaſi caſtrenſib. ſed etiam in aduentitijs procedit.*

48 *Bona quæſita in obſequijs principũ ſunt ſpecie digniori, quàm quæſita in bello, & ſic quàm caſtrenſia.*

49 *Peculium quaſi caſtrenſe æquiperatur per omnia peculio caſtrenſi.*

53 *Intellectus ad tex. in l. ſi fratres. §. idẽ Pompon. ff. pro ſo.*

55 *Si vnus ex fratrib' in cõione viuentibus de ſuis proprijs pecunijs acquirat, licèt in inſtrum. dictũ ſit quòd cõi nomine eſt acquiſitum, nõ tñ communia erunt bona quæſita, niſi alij portiones ſuas pecuniarũ errogant, & hoc multò magis in patruo & nepotibus ex fratre.*

16 *Et pecunia illo caſu præſumitur cõmunis, imo propria ſoluentis, niſi aliud expreſſè dictum fuerit,*
17 *Et eo caſu An & quando intelligatur contracta ſocietas.*

Patruus ſimul cũ nepote ex fratre habitãs in communione, an teneatur quęſita ex ꝓpria virtute communicare?

Eternæ veritatis implorato ſuffragio, quo breuius materia patitur, dicam quid de iure ſuper hoc facto verum exiſtimo.

FACTVM enim tale proponitur: Magnificus D. Alfonſus de Claris de ciuitate Ebuli, filium ſuperſtitem maiorem Cæſarem nomine, ac nepotem ex alio filio præmortuo Ioannem Antonium noie infantem tunc habens, ſuũ condidit teſtamentũ: In quo eoſdem Cæſarem filium ac Ioan. Antonium nepotem inſtituit hæredes, iuſſitq; inter cætera vt D. Io. Antonius ſtaret in communione cum dicto Cæſare, donec perueniret ad pubertatem, & oẽ lucrum, cõmodum & incommodũ, quod eis ex quacunq; cauſa perueniret, eſſet inter eos commune, & vt cõmune diuideretur: Poſt ei⁹ mortem ſimul vixerunt dicti hęredes, & D. Cæſar eundem Io. Antoniũ nepotem infantem educauit, & bona communiter adminiſtrauit vſque ad tempus pubertatis expſſum per teſtatorem, & vltra etiam ſimul cohabitarũt per aliquod tẽpus: Demum Ioan. Antonius duxit vxorem inſcio & fortè inuito D. Cæſare eius patruo, & petijt ſeparationem ſeu diuiſionem bonorum: Verũ quia D. Cæſar nũc reperitur vltra bona per patrẽ ſibi relicta & nepoti, complura alia propria ſua virtute quæſita habere: Quoniam iuris Doctor egregius, & vir ſummæ ac integræ apud omnes exiſtimationis eſt, & idcirco per diuerſa tempora fuit à diuerſis huius regni Illuſtriſs. Dominis publico ſtipẽdio aſcitus ad diuerſas adminiſtrationes pluriũ ciuitatum, adeo quòd magnam ſibi pecuniæ quantitatem comparauit, ex quibus plura bona ſtabilia acquiſiuit: Vnde nunc petit ea præcipua, ac ex cæteris bonis paternis ſibi detrahere: Reliquum vero, quod ſupereſt, cum nepote ſuo diuidere: Ex aduerſo vero petitur, vt omnia indiſtinctè communicentur nulla facta ſeparatione: In hoc ſtat punctus difficultatis: Quæritur quid iuris? Iſte caſus maximam videtur habere difficultatem, & primo aſpectu quilibet contrarium eius, quòd de iure verius eſſet, aſſerreret: Verum ſi cuncta diligenter, prout decet, veritatis indagandę gratia rimẽtur,

iuxta tex. i c.iudicantē.30.q.j.omnes difficultates ceſſabunt, & veritas manifeſtiſſima ſe ſe oſtendet.

¶ Primum igitur videtur in caſu propoſito reſpondendum, qđ prædict. D. Cæſat nullo pacto ſit audiendus, ſcilicet quòd omnia bona debeant communicari: Et
1 primò ſtantibus verbis ipſius teſtatoris apertis & claris, à quibus in dubio nō licet, niſi ex magna & euidenti cauſa, recedere.l.non aliter.ff.de leg.iij.l.j.§.ſi is qui nauem. ff. de exercit act. Verba autē illa teſtatoris, vt omne lucrum & commodum, quod ex quacunq; cauſa ei euenerit, debeat communicari, ſunt verba generalia conſequenter cōplectentia in ſe quaſcunque cauſas, & ſic ēr bona iſta hoc modo quęſita: Nā diſpoſitio generalis generalr̄ debet procedere iuribus vulg. Ergo teſtator fuit oēs cauſas in his verbis com-
2 plexus: Quia qui omne dicit, nihil excludit.l.Iulian⁹.ff. de leg. iij. c.ſolite. de maio. & obe. in fi.c. ſi Romanorum.19. diſtinct. in ver. dicendo.cum ſimilibus.
3 ¶ Præterea & ex hoc reſultat ſecundum fundamentum: Stantibus enim prædictis, quòd ex quacunq; cauſa communicentur quęſita, oritur generalis ſiue vniuerſalis ſocietas, & ſic omnium bonorum; in qua omnia vndecunque quęſita veniunt communicanda. vt eſt tex.in l.3.§.j.& fortior in l.ſi fratres.aliàs Papinian⁹.§. idem Papinian.ff.pro ſo.iunc. glo. in ver. initium.vbi ſtipendia & ſalaria,& ſic bona; de quib⁹ tractamus nūc veniunt communicanda: Quando voluntarium conſortium eſt initum,& d.glo.dicit hoc verum, quando inita eſt ſocietas,vt bona ex quacunq; cauſa quæſita communicentur, vt eſt in ſpetie in caſu noſtro.
4 ¶ Vlterius adduci poteſt, quia poſito etiam qđ nulla ex his verbis inducatur ſocietas, ramen debent omnia iſta bona communicari ex præcepto ipſius teſtatoris: Ita enim dixit teſtator, & voluntas eius vti lex eſt ſeruāda. §.diſponat.in auth.de nup l.j.C.de ſacroſanct.Eccl. cum ſimil. Quam voluntatem teſtatoris approbarunt & confirmarunt iſti adeundo hæreditatem, & ei ſeipſos quodammodo ſubiecerunt, ita quidem vt ei amplius non liceat contrauenire, iuxta tex.in auth. de iuteiura. mor.præſt.poſt prin.Hæres enim adeundo quaſi contrahit.l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de act. & oblig. l.apud Iulianum. in fi. ff.ex quib. ca.in poſſ.ea.& in §.hæres.inſt.de oblig.ex qua contract.
6 ¶ Item vrgere multum contra D.Cęſatem videtur quòd omnia inſtrumenta acquiſitionum de dictis bonis aut pecunia ſunt confecta nomine communi proprio,& dicti Io. Antonij nepotis ſui, Ergò

gò ex hoc videtur qđ iſtè expreſsè quodãmodo & facto ipſo voluerit nedum approbare, verum etiã exequi volũtatem teſtatoris: Imo ex hoc videtur induci coniectura ſocietatis in iſtis bonis, vt in ſpetie traditur per Bal. in l. ſi fratres. in prin.ff.pro ſoc.p Bar.in l.Titiũ aut Meuium.§.altero.ff.de admi niſt.tutor.

¶ Quibus tamen & alijs multis, quæ adduci poſſent,non obſtantibus cõtrarium puto verius eſſe, & partes Illuſtriſs.D.iudicantis fore ac eſſe in pronunciando, prædictum D. Cæſarem dicta bona propria virtute quæſita præcipua habere: Et quia res coram iuſtiſſimis & peritiſs. agitur, non multum me extendam. Vt tamen tota veritas huius cauſæ omnino pateat, licèt in ea ita confusè de his bonis quæſitis per D.Cęſarem tractetur, puto ego tria tempora eſſe diſtinguenda: Quoniam apparebit quòd bona quæſita aliquo ex his temporibus minus difficultatis habent,quàm alijs temporibus quæſita: Ideo conuenit vt de his diſtinctè tractemus.

7 ¶ Dico igitur in primis conſideranda eſſe bona, quæ per D. Cęſarem quæſita fuere viuo iam patre ſuo, & ſic ante teſtam. Secundò conſideranda ſunt bona per eundem quæſita poſtquam Io. Anto. nepos fuit factus pubes. Tertiò ſunt conſideranda bona per eum quæſita poſt mortem patris vſq; dũ nepos fuit impubes, & ſic durante communione, de qua p ipſum teſtatorem.

¶ Circa primum, ſcilicet circa bona vel pecuniam quęſita & quęſitam per D.Cęſarem viuo adhuc patre ſuo,puto nullam penitus eſſe difficultatem, quin debeant eſſe omnino præcipua; Iſta enim bona hoc modo, vt in facto præſupponitur per D. Cæſarem,quęſita ſunt bona, quæ per conſtitutiones Principum quaſi caſtrenſia appellantur, & ad ſimilitudinem eorum, quæ per milites in caſtris quæruntur, conſiderantur,vt habetur in l.fi.C.de inoffi.teſta. in l. fori.C.de aduo.diuer.iud.opt.tex. in l.erat.C.de caſtr.pecu.mil. lib. 12. & ibi Doct. præſertim Luc. de penna.& Ioan.de platea.& ibi, & in l.fi.C.de ſilent.lib.eo. vbi apparet quòd omnia, quæ habent locum in caſtrenſi peculio, procedunt etiam in quaſi caſtrenſi: Et quicquid in cæteris ſit, hoc veriſſimum & abſolutum eſt patrem in his bonis nihil iuris habere, vt probatur in d.l. fori.& in d.l.erat.effugiunt namq; iſta bona dominij acquiſitionẽ: Imo nec vſu-8 fructũ pater habet, ſed præcipua apud filios remanent: Et ſpecialiter ac expreſsè per hãc rationem hoc prouidit lex, ne pater id, ꝙ per vnũ ex filijs ex huiuſmodi cauſa eſt q̃ſitum,poſſit in extraneum

nec

nec in alium ſuum filium träsferre; quod quidem luctuoſum ipſi quærenti videtur videns id, quod ipſe vel ex propria virtute, vel proſpera fortuna aut induſtria quæſiuit, ad alium fratrem peruenire: Quod nedum in caſtrenſibus aut quaſi habet locum, verum etiã in aduentitijs, vt eſt tex. in ſ.j.inſt. per quas perſo.nobis acqui. & plenius in l.cum non ſolum.§.j.C.de bonis, quæ lib. Ex hoc ergò manifeſtè patet, quòd pater non potuit de his bonis, quæ iam quæſita erant, cauere, vt communicarentur cum dicto ſuo nepote, qa hoc eſt de directo contra diſpoſitionem illorum iurium: Iſtud.n. nihil aliud eſſet, niſi relinquere partem iſtorum bonorum quaſi caſtren. per D. Cæſarem quæſitorum nepoti ex fratre præmortuo, quod quidem eſt de directo contra illa iura: Vnde cùm pater nõ poſſit de huiuſmodi bonis diſponere in alium filium transferẽdo, nec aliquod ius in his habet, vt dictis iuribus; ſequitur dicendum

9 quòd non ſit præſumendum qđ de huiuſmodi bonis ſenſerit in illa ſua diſpoſitione, Quia diſpoſitio legis repugnat, & voluntas teſtatoris intelligitur conformis iuri communi, vt habetur in l.hęredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel. Faciũt quę habentur in l.nemo poteſt.ff.de leg.j. cum multis ſimili.

10 Imo dato etiam quod teſtator de his ſenſiſſet, adhuc ſua voluntas in hoc non eſſet ſeruanda, quia cõtra legem d.l.nemo poteſt: Ad quod optime confert quod tradit Alex.in conſ.8. col.3.nu.9. ver. Et licèt pater.vol.3.vbi pater non poteſt in teſtamento diſponere, vt bona aduentitia filij computentur in ſuam legitimam: Et Bal.in conſ.j.uol.2.vbi non poteſt teſtatór diſponere de bonis liuellatijs in pręiuditium domini: Et in hoc vltra non inſiſto, quia omni difficultate caret.

11 ¶ Eſt inſuper conſiderandum aliud tempus ſeu alia pars bonorum per D. Cæſarem quæſitorũ, ſcilicet poſteaquam dictus Io. Antonius fuit pubes factus: In quibus pariter modicã uidetur habere locum difficultatẽ: Nam poſito quòd illa verba teſtatoris inducerent

12 ſocietatem; De quo tamẽ eſt videndum ut per Bar.in l. quint᷑. in fi.ff. de annu.lega. & in conſil. 168.hens.&c. Et per Alex.conſ.76. uiſo themate.in prin.vol.4.Tamẽ

14 iſta diſpoſitio teſtatoris quicquid inducat, procedit tantummodo vſque ad illud certum tempus, videlicet pubertatis dicti nepotis: Ergò vltra illud ceſſabit arg.l. miles ita.in prin.ff.de milit.teſtã.l. ſi quis ita ff.de vulg.& puppil.cum multis ſimil. In quęſitis ergo poſt pubertatem non ſequitur aliquo modo voluntas aut diſpõ teſtatoris, ergò debẽt iſta eſſe ꝑcipua D. Cęſaris.

¶ Non

15 ¶ Non obſtat ſi forte dicatur, quòd licèt nō ſit ſocietas ex diſpoſitione teſtatoris, tamen eſt inducta inter eos ex eo, quia in ſimul habitarunt, & fructus fuerunt cōmunicati, Nec rationes vnquam redditæ fuerunt; Ex quibus ſocietas præſumitur, arg l. procula.ff. de probat. Namque etiam re ipſa inducitur ſocietas, vt per Bar. in l. Titium aut Meuium. ¶. altero.ff. de admi.tut. Et l. ſi patruus.C.cōmunia vtriuſq; iud. & alibi ſepe.

16 ¶ Primò.n. poſſem abſolutè negare quòd hic ſit contracta aliqua ſocietas, licèt paternam hæreditatem communem retinuerint, & in ſimul uixerint: Nam ultra etiā requiruntur actus omnino ſociales conſequenter, quòd hinc inde ſit facta communis collatio, aliàs non inducitur ſocietas, ut tenet Corn. complures allegans auctoritates in conſil. 89. licèt uideatur col.j.ver. tamen his non obſtantibus. & in conſ.299. præmittendū eſt in primis. & in conſ.251.vol.4. ubi expreſsè dicit, quòd ad hoc ut inter fratres ſimul habitantes cenſeatur contracta ſocietas, oportet ut ex utraque parte interueniant actus ſociales: Et Petr. de Anch. conſil.31. quia quæſt. ubi requirit actus ſociales reciprocos: Et in effectu etiam ita concludit Bart. in d. ¶. altero.uer.ex prædictis. & in d.l. ſi patruus. ubi vult, quòd licèt fratres in ſimul habitent, & indiuiſam poſſideant hæreditatem, non tamen cenſetur contracta ſocietas, niſi uterq; negotiatur, uel ſi actum inter eos non ſit expreſſe: Et idē dixit in l. ſi fratres. aliàs Papinianus ff.pro ſoc. per tex. illū: & in l. ex parte. §. filius. ff. fam. herc. & ibi Bal. & Sal. ſequitur Paul. de caſt in d.l. ſi patruus. Alex. cōſ. 24. uiſis dubijs. in ult. col. uer. ſup alio. j. uol. Io. de Anania conſ. 65. & illic Ludo Bolog. in addit.

17 ¶ Præterea poſito etiam pro vero quòd hic ſit cōtracta aliqua ſocietas, illa eſt tacita, nec de hoc eſt dubitandum, Quia nō fuit inter iſtos inita aliqua conuentio ſuper hoc: Ergo aut eſt nulla, aut ſi qua, eſt tacita: Et in ſupra alleg. locis dicunt omnes Doct. quòd illa ſit tacita, quæ in dubio poteſt præſumi ex illa communione: Et vltra ſupradicta tradit Alex. conſ. 76. in ult. col. uer. tandem accedo. uol. 4. & in duobus aut tribus ſeqq. per Bar. in tract. de duobus fratribus. Petr. de Anch. conſ. 302. materia, de qua quæritur. col. j. & in conſi. 149. plura dubia. expreſſius in cōſ. 3. Soc. conſil. 160. j col. uol. 2. per Bal. Iaſ. plenè de hac materia in l. j. C. qui teſtam. facc. poſſ. Iſta ergò ſocietas concurrentibus his, quæ ſunt neceſſaria, dicetur tacita: Ex

18 quo ſequitur, quòd in ea talia bona, de quibus nunc eſt q̄ſtio, non comprehenduntur, quia requiritur ut ſit ſocietas omnium bonorum;

rum, aliàs non veniunt, licèt com munem hæreditaté, & indiuiſam retineanr, vt eſt tex. in l. ſi fratres. in prin. & §. ſociū. Et not Alber. ibi ff. pro ſo. & in l. ex parte. §. fili⁹. ff. fam. hercis. Si enim eſt ſocietas particularis, non eſt dubium, qđ hæc bona nō veniūt in ea, ſed hic videtur impoſſibile, ꝙ ſit ſocietas
19 oium bonorū, quia oportet vt ex preſsè id dicatur, vt eſt tex. in l. 3. §. j. cū glo. ff. pro ſo. Pulchrè declarat Alex. in d. conſ. 76. col. 2. ver. accedo ad ſecundū. vol. 4. vbi p prędictam rōnem concludit qđ hęreditas materna, quæ vni fratrū obuenerat, non debet cōicari, quia .ſ. nō poteſt ſocietas oīum bonorum eſſe contracta, quem quæſo, vt iudices videanr. Hoc idem tenet ī conſ. 77. in fi. pirmæ col. ver. ex quibus patet. eod. vol. 4.
20 ¶ Vlterius adduco, poſito. n. qđ hic inter iſtos ſit contracta ſocietas ex hac cōione, illa tamen eatenus ſe extendit, quatenus act⁹ ipſi ſociales & promiſcui arguunt, & neceſſariò demonſtrant, Actus. n. noſtri non operantur vltra quàm gerātur. l. ſi. C. nec vxor pro mari. l. j. §. Iulianus. in glo. Et ibi Bar. ff. de itine. actuq; priua. Not. p eundem in d. l. ſi fratres. aliàs Papinianus. in fi. prin. ff. pro ſoc. Idem in d. l. Titium aut Meuium. §. altero. ff. de admi. rut. in d. l. ſi parruus. C. cōia vtri. iudi. Et Bal. vtrobique. Et Saly. & Fulgo. Idem Bal. in addit. quā fecit ad tract. Bar. de duobus fratribus. Ang. conſ. 58. propè fin. Petr. de Anch. conſ. 302. col. 2. Abb. pulchrè & notab. conſ. 65. artingam breuiſſimè. Spec. in tit. de iudi. §. ſequitur. verſi. quòd ſi iſti, & complures alij adduci poſſunr, quos omitto: Et allegant tex. in d. l. ſi fratres. in prin. pro ſoc. & d. l. ex parre. §. ſi filius. ff. fam. hercis.
21 Item quia limitata cauſa limitatū producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. domi. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in teſta. deben. Corn. conſil. 98. col. j. ver. tamen his non obſtantibus. Idem conſ. 251. uol. 4 Adduco tādem conſ. eiuſdē Cor. quod eſt multum in terminis, & rogo ut inſpiciatur: In conſi. 212. videtur in præſenti conſultatione per totum uol. 4. Namq; erat inter fratres plures iſta cōmunio patrimonij: Item erat etiam tacita ſocietas ſuper re rurali; Alrer verò fratrum ex pecunia propria, quā mutuo recepit, exercuit quandam negotiationem pecudum, conclu dit per prædictas rationes, quòd omne lucrum ex illa negotiatione ſit propriū illius, nec cenſeatur ſuper ea aliqua ſocietas cōtracta, licèt ex actibus negotiatiuis erat inducta ſuper alijs bonis ſocietas, eſt enim valde ī terminis: Et not. quia ibi etiam ille frater de pecunia ex illa propria negotiatione quæſita erogauerat in comparādis quibuſdam bonis cōmuniter:

Nec propterea magis intelligitur
inita ſocietas ſup illa negotiatio-
ne,in qua alter nihil pecuniarum
induſtriæ aut operæ poſuerat;ſed
intelligitur,qđ illa pecunia ſit cõi
noĩe erogata vel aĩo repetendi,vel
aĩo compenſandi induſtriã illius
interpoſitam ſuper alia cõi nego-
tiatione: Qđ arbitrio iudicis com
mittitur inſpecta quãritate pecu-
niæ, & qualitate induſtriæ: Quæ
induſtria nepotis cum in caſu no
ſtro nulla ſit conbderabilis, rema
net qđ aĩo repetẽdi ſit facta iſta ſo
lutio ꝓpriæ pecuniæ p D. Cæſarẽ
in emẽdis illis bonis cõi noĩe,pro
ut inf.latius dicetur: Optimè ẽt fa
cit q̃ dicit Pet.de Vbal.in tract.de
duob.frat.in 5.par.col.j. ver.circa
tertiũ,vbi vult qđ ea tantum com
municẽtur, q̃ ex negotiatione cõ-
muni quęſita ſunt, non alia.

22 ¶ Alia demũ adducitur rõ,& prę-
ſupono qđ ſocietas eſt cõtractus,
q cõſenſu celebratur, vt notũ eſt:
Et eſt tex.inſt.de obl.ex conſen.cũ
concord.qui conſenſus & expeeſ-
ſis verbis & tacitè re ipſa ex actib⁹
(puta ſocialibus) vel alijs conie-
cturis oſtendi poteſt,vt per Doct.
23 in locis ſupra allegatis: Quando
igitur aliter de conſenſu non con
ſtat, ad cõiecturas eſt recurrẽdũ,
vt tradit Alberi. ĩ d.l. ſi fratres in
prin.ff.pro ſoc. Quæ quidem,ꝓut
diuerſæ ſunt & variæ, ita interdũ
arguunt eſſe contractã ſocietatẽ,
24 interdum vero contrarium: Et i-
deo quandoq; in iſta materia re-
periuntur diuerſa conſilia, prout
in diuerſis caſibus diuerſæ repe-
riũtur coniecturæ: Imo ſunt quã
doq; contraria conſilia ſecũdum
Soc.in conſi.160.2.uol. in primis
verbis. Et ante eum dixit Petr. de
Anch.d.ſuo conſ.302.Item pręſu
25 pono quòd contractus iſte eſt bo
næ fidei,ut eſt clarum iuxta tex.in
§.actionũ autem.inſt.de act. Imo
dicitur contractus, qui in ſupre-
mo exigit bonam fidem, tradit
Corn.poſt Bal.in conſil.98.col.2.
ver.nam ſocietas.vol.4.&conſ.58.
ad euidentiam. ver.2. præmitten-
dum eſt.eod.vol. Et debet contra
hi ſocietas iuſta & æqua arbitrio
boni viri.l.4.in fi. Et l.mecũ coie-
rit ſocietatem, cũ multis ſeqq. ff.
pro ſoc.& l.ſi igitur i fi. & dicitur
ius fraternitatis.l.verũ in prin.eo.
26 tir.Itẽ ideo cõtrahitur ſocietas pp
cõmodiorẽ vſum, & vberiorẽ ſo-
ciorum q̃ſtum, vt ad quẽlibet ſo-
ciorum nõ ſolum lucrũ, ſed ẽt dã
num debeat ſpectare, ut declarat
Azo in ſumma.C.eo. Et refert An
tonius Capici.decil.174.in prin.

¶ Quibus ſic ſtantib. dico nul-
lam poſſe conſiderari coniecturã,
nec ullam ſubeſſe rationem, pro-
pter quam poſſit dici Dominum
Cæſarem voluiſſe ſuper bonis per
eum quæſitis ſocietatem contra-
here cum dicto ſuo nepote: Nam
cum ipſe nulla Bona præcipua
vltra Hæreditaria haberet, Nec
eſſet

eſſet in actu quęrendi, quia nō doctor vt ipſe D.Cæſar, nec ēt alicuius induſtriæ, imo tunc tantū ex-
27 cedebat pubertatē, qua ætate ſunt iuuenes potius ad perdenda proni, quàm ad quærēda bona, vt habetur in l.fin.§. filijs aūt familias. C.de bonis q̃ lib. non eſt veriſimiliter credendū, qđ talem tunc ſecū voluerit de bonis proprijs inire ſocietatem: Nec enim vllus inde ſibi commodior vſus aut vberior quæſtus futurus erat: Imo dico, quòd ſi aſſeramus iſtum voluiſſe hæc ſua bona coīcare, non dicemus eū voluiſſe inire ſocietatem, cum ex aduerſo nulla bona, aut nihil induſtriæ in medium afferebatur: Ideo oportet dicere quòd voluerit partem horum bonorū illi donare: Ad quod facit, quod dicit Corn. conſil.233. col.j.verſi. pro quo facit.vol.2. Quæ quidem
28 præſumptio donationis cum ſic ſemper ſit euitanda, vt vbicunq; alia poteſt ſumi, hæc ſemper ceſſat.per l.cū de indebito.ff.de probat.l.ſi cū aurū.vbi Bart.ff.de ſol. l.campanus.ff.de oper.libert. tradit Petr.de Anch. conſ.32.ſubtil'r & copioſe verſi.30.Alex.conſil.88. vol. 6. cum infinitis, quæ adduci poſſent: Et hæc præſumptio donationis nec inter fratres cadit ſuper re tā grandi, vt his verbis vtitur Alex.conſ.76.in 3.col.in prin. vol.4. vbi loquitur in fortioribus terminis, quia non de bonis quaſi caſtren. ſed de hæreditate materna, vt ibi per eū: Tum vero in caſu noſtro nō eſt quouis modo ſumēda pręſumptio donationis, cū
29 D. Cæſar reperiatur pluribus filijs grauatus, nec pōt veriſimil'r pręſumi, qđ voluerit proprio filio auferre bona, quæ propria virtute, proprijs laborib' quæſiuit, & alij donare, quos labores libenter ſuſcipiunt parentes pro filijs, ita dictante rōe nal'i arg.l.cū rō. ff.de bon.dam.l.nā etſi parentib. ff.de inoffi.teſta. Facit rō l.cum auus.ff. de condit.& demon.l.cū acutiſſi. C.de fideicō.vbi apparet qđ hoc ī
30 mente l.non cadit: Facit ēt qđ dici ſolet nullū eſſe affectū, qui vincat paternū.l.fi. C.de curat.furio. in prin. Facit l. iſti quidem. ff. qđ met.ca.cū multis ſimil. Ex quibus euidēter apparet voluntatē D.Cęſaris veriſimil'r nō fuiſſe talem, & ſic cōiecturas legitimas & naturales contrariū oſtēdere: Quinimo
31 dico omiſſis cōiecturis nullo modo dici poſſe qđ hic ſit ſup his bonis contracta aliqua ſocietas: Qm̄ prout ſupra pręſupoſui, cum iſte ſit contractus, qui maximā æquitatem, & boni viri arbitriū exigit, & æqualitas p oīa ſeruari debeat, vt not. proſequitur Math. de Afflic.decıſ.58.j.& 2.col. & ſic contributio vtrinque fieri debet, etſi non bonorum, ſaltem operæ &
32 induſtriæ: Et vult lex, quòd prout aliquis plus rei atque induſtriæ

poſuerit, ita plus lucri conſequatur, vt eſt tex. in l. ſi non fuerint. j.& ij. reſpon. ff. pro ſoc. Et not. tradit Corn. in conſ. 58. in 1. & 2. col. vol. 4. plenius conſ. 233. viſo diligẽter. col j. vol. 2. & conſ. 34. quia de pluribus. col. 2. ver. natura autem. vol. 4. & conſ. 98. Et videatur not. per eundem in conſ. 252. col. fi. eo. vol. & conſ. 299. in fi. & alibi pluries dicit in ſocietate eſſe ſemper proportionabiliter habendam rationem rei aut induſtriæ, quam quilibet habet in ſocietate, & ſecundum eam faciendam diuiſionem: Sed in caſu noſtro cum iſte Io. Anton. nihil rerũ appoſuerit, quia nihil præter hæreditaria bona habebat; nihil etiã induſtriæ, quia fuerunt quæſita omnia induſtria & virtute D. Cæſaris, ideo nõ poteſt eſſe contracta ſocietas, nec poteſt ſuper his bonis haberi aliqua ratio dicti nepotis: Quia vt probatũ eſt, prout quilibet aut bonorum, ſeu pecuniæ aut induſtriæ partem poſuerit, ita eius debet haberi ratio in diuiſione, vel participatione lucri: Sed iſte nihil horum poſuit, ergo &c. d. l. ſi igitur. in fi. Ipſe ãt D. Cæſar ſolus poſuit laborem & induſtriam in his bonis quærendis, ergo nõ poteſt habere aliquã ſocietatem cũ eo, qui nihil poſuit. Imo iſta eſt

33 ſocietas à l. reꝓbata, & leonina appellatur, vt in d. l. ſi non fuerit. §. Ariſto. Et per Anch. conſ. 103. Ad uerſaretur enim ſupremæ illi bonæ fidei & æquitati, quæ in hoc contractu requiruntur, ſi ille vellet partem lucri, qui nihil damni aut laboris ſenſit, contra d. l. ſi igitur. cum alijs. Et per iſtam rationem in effectu concludit Bar. in d. l. Titium aut Meuium. §. altero. vbi in ver. ex prædict. concludit, qđ ſi ſint perſonæ diſpares, puta qđ vnus negotietur, alter verò non, quando ſumus in dubio, non intelligitur inter eos inita ſocietas, niſi ſit dictũ expreſsè, prout hoc non erat in caſu noſtro dictum. Et tradit Pariſ. conſ. 84. concluſiuè j. vol. in 3. col. Iaſ. proſequitur totam hanc materiam in l. j. C. qui teſta. fac. poſſ. Ex iſtis igitur omnibus remanet concludendum, qđ cum reſpectu iſtorum bonorum quæſitorum per D. Cæſarem poſt pubertatẽ ſui nepotis non habeat locum communicatio facta per teſtatorem, quia illa ceſſauit adueniente illo tempore vſq; ad quod fuit extenſa per ipſum teſtatorem ſcilicet pubertatis Io. Anton. Item cum nulla fuerit facta ſocietas poſtea expreſſa inter ipſos; non etiã tacita reſpectu iſtorum bonorum inducta poteſt cenſeri p prædicta: Quicquid in paternis ſit, tũ quia illa ſuper paternis contracta fuit tacita, quæ non omnia comprendit; tum propterea quia actus ſociales, qui ex vtraq; parte ſunt neceſſarij, non interuenerunt; nec ex al-

ex altera ſufficiunt, vt tradit Cor. plures alios alleg. in d. conſil. 251. ver. actus enim voluntarij. vol. 4. Sed actus, qui interuenerunt, reſpiciebant tantum bona hæreditaria, & non inducunt ſocietatẽ, niſi quatenus neceſſario arguunt: Tum deniq; quia ex coniecturis aliud ſuadetur: Item quia ex legis diſpoſitione non poteſt ſuper his eſſe contracta ſocietas aliqua; remanet inquam illa indubitanter, & ſine aliquã difficultate pręcipua ipſius D. Cæſaris eſſe debere, ꝓut per eum petitur: Et hoc quo ad ſecundum tempus.

¶ Supereſt vt de tertio tempore diſſeramus, vl't. durante pubertate ipſius nepotis, in quo maior videtur difficultas, quia in hoc loquitur præcipuè diſpoſitio teſtatoris cum illis verbis generalibus, quæ in duobus alijs temporibus ceſſabat, vt dictum fuit. Puto tamen etiam in his bonis, quæ per D. Cęſarem quęſita per hoc tempus fuere, idem quod ſupra dicendũ eſſe: Et pro huius rei intelligẽtia eſt ad
34 uertendum, quòd hic ſumus in interpretanda ſeu coniecturãda mẽte teſtatoris, quam vti pręcipuam ſemper ſequi debemus. l. in conditionibus primum locum. ff. de cõdit. & demonſt. cum ſimil. & eam potiꝰ debemus conſiderare, quàm nudam corticem verborũ, vt eſt tex. in l. 3. C. de lib. præter. Facit l. quoniam indignum. C. de teſta. l. cum quæſtio. C. de lega. l. ſcire leg. C. de leg. opt. tex. in c. intelligẽtia. extra de verb. ſignif. &c. humanæ aures 22. q. 5. Et ſicut anima corpori, ſic verbis ſenſus eſt præpo-
35 nendus. c. ſedulo. 38. diſt. ¶ Item præſupono, quòd verba teſtatoris ſint referenda ad id, quod eſt veri ſimiliter per eum cogitatum. l. ſi quis ita. §. j. ff. de teſta. tute. l. ſolutum. ꝟ. ſolutam. ff. de pignor. act. l. ſicut certi iuris. l. ſi cum vel in vtero. C. de teſtam. milit. l. Titius. i prin. & ꝟ. j. ff. de lib. & poſthum.
36 ¶ Item quòd diſpoſitio teſtatoris ſemper intelligitur conformis diſpoſitioni legis, l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Trebell. vbi Doct. facit l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. cũ
37 ſimil. ¶ Quibus ſic ſtantibus dico iſta verba teſtatoris, vt omne lucrum & damnum ex quacunq; cauſa ſit commune inter eos debet reſtringi, vt ſtatim ſubijciam: Sed prius hoc vnum dico, qđ iſta verba, licèt ita generalia, tamen non inducunt ſocietatem omniũ bonorum: Iſta ratione, quia teſtator quædam bona particulariter in teſtamento legauit d. Dom. Cæſari; vt videre licet: Et ꝑ hanc rationem ita dicit Alex. conſil. 77. col. 2. ver. pro hoc etiam facit. vol. 4. qui in terminis loquitur in teſtatore diſponente inter filium & nepotem: Item hic alia accedit ratio, quia teſtator voluit quòd quilibet dotaret ſuas fœminas de pro

pria

pria portione, videlicet D. Cæſar ſuas filias, D. Io. Anton. ſorores: Ex quo arguitur quòd nõ ſit ſocietas omnium bonorum, prout doctiſſimè & elegantiſſimè conſiderabatur in allegationibus alterius Domini aduocati, ideò ſuper hoc
38 non eſt opus vltra inſtare: Dico igitur ad alia deueniendo iſta verba fore reſtringenda ratione ſubiectæ materiæ ad ipſam ſubiectã materiam, videlicet ad ipſam hæreditatem, in qua inſtituti fuere, vt oẽ lucrum & damnum ex quacunq; cauſa ex illa hæreditate proueniens, ſit inter eos commune, vt in terminis eſt doctr. Alex. cõſ. 76. in 2. col. ver. nec obſtãt illa verba. uol. 4. Vel ſi uolumus etiam generaliter intelligere, ita vt omnes cauſas etiã extra hæreditatem cõ-
39 prehendat; Admittatur, Sed nõ tamen ut poſſint bona ex huiuſmodi cauſa, dequibus nunc eſt q̃ſtio, aliquo modo comprehendere, quod quidem ex pluribus probatur: Et primò vt ſupra proximè oſtendi, iſta nõ poteſt dici ſocietas omnium bonorũ; In quo tãtum caſu huiuſmodi bona ueniunt in communione: Et ita loquitur tex. in l. ſi fratres. §. idẽ Papinianus. ff. pro ſoc. videlicet quãdo per ipſoſmet acquirentes huiuſmodi bona contrahitur ſocietas ex verbis expreſſis, Quod non eſt in caſu noſtro propoſito, ꝓut inf. dicã reſpõdendo ad cõtraria.

40 ¶ Præterea iſta verba ad illa bona non debent referri propter abſurda, q̃ inde ſequerentur, vt inf. apparebit ex ſubijciendis: Argumentum autem ab abſurdo euitãdo conſideratur à lego. l. nam abſurdum. cũ ſimil. ff. de oper. libert. Et l. Pompon. ff. de neg. geſt. Bar. in l. Gallus. §. et ſi parente. ff. de liber. & poſthum. Alex. in conſ. 93. col. 3. ver. Et ſi al'r diceremus. vol. 3. & in conſ. 17. col. 2. uol. 7. vbi dicit diſpoſitionem teſtatoris ita interpretandam eſſe, vt abſurdum aut iniquum ceſſet, etiam ſi a proprietate verborum ſit recedendũ: Crau. plura alleg. in conſ. 130. col. vlt. uer. Quinto volũtas teſtatoris. Bal. conſ. 29. col. 2. in fin. uol. j. Caſtren. in conſ. 110. ver. Illud aũt vol. j. Anch. conſ. 190. in fin. Plura allegat Soc. iun. in conſil. j. nu. 22. uol. j. Item ex veriſimili mente teſtatoris non porriguntur ad iſta bona, quæ uoluntas ex multis cõiecturis oſtenditur.

41 ¶ Et primò: Pater enim præſumitur æqualitatem inter liberos velle ſeruare l. vt liberis. l. illam. C. de collat. prout iſtos æquales uoluit habere portiones hæreditarias: Sed ſi dicamus, teſtatorẽ uoluiſſe partem bonorum p D. Cæſarem quæſitorum debere nepoti dari, qui nihil propriũ habebat, nec p id tẽpus vſq; ad pubertatẽ ſcilicet ex ſimili cauſa habiturus erat, quia ætas erat inhabilis ad acqui-

acquiſitionem ſumma inæqualitas eſſet ſeu potius iniquitas,quòd eſſe cenſetur alienum à mente teſtatoris,per ſupra proximè dicta: Quibus addo idem quoq; ſeruan eſſe in ſtatutis, videlicet vt i eis ità interpretatio fiat, vt abſurdũ ceſſet, vt per Rimin.in conſ.483.col. pen. uer. ad ſecundum reſpondetur. Et quod idem dicit in conſil. 40.col.pen.ver. Et propterea ſtatu
43 ta. Et hoc quidẽ euidenti alia con iectura demonſtratur: Namq; voluit teſtator ut onera cuiuſq; ſint propria, non autem communicẽtur, quia voluit ut D. Cæſar filias ſuas dotaret, & pariter D.Io. Antonius ſororem, quam habebat: Ex hoc ergo manifeſta colligitur mens teſtatoris,ut idem dici ac eſſe uoluerit in bonis per ipſos quæſitis,ut pariter non communicentur; vt idem in lucro cuiuſq; proprio uoluerit, quod in onere cuiuſque proprio ſtatuit: Et tanto magis, quia uterq; habebat onus dotandi, & tamen noluit cõmunicari: Ergo multo magis in bonis hoc eſt dicendum, quæ ex altera tantum parte erant, ſcilicet D. Cæſaris: Et prædicta confirmantur, quia reſtrinxit teſtator ad illud tempus ſuam hanc diſpoſitionem, ſcilicet pubertatis, quo ſibi liquido conſtabat dictum nepotẽ nihil poſſe ex ſimili cauſa ſibi quęrere: Remanet ergo quòd illa verba,ſi volumus ea generaliter intelligere, referri debeant ad caſus hęreditatis & ſimiles, puta ſi quod legatum vel qua hæreditas ad eos perueniſſet: Quod quidem in pſona cuiuſque æque euenire poterat, Non autem ad illam cauſam, quæ in vno tãtum cadebat: Quia non eſt hoc veriſimile, ut in terminis declarat iſta uerba Alex. in conſ.76.2.col.ver.nec obſtat.& tribus conſi. ſeqq. quæ inſpiciantur pro ueritate huius materię,vol.4.
44 ¶ Accedit ad hæc alia coniectura: Namque teſtator de proprijs ſuis bonis magis honorauit D.Cęſarem eius filium: Nonnulla .n. bona titulo donationis dedit ei, ut in inſtrumento apparet,ac etiã in teſtamẽto, ex quo præſumitur magis dilectus: Et hoc ideo fortè fecit, quia illũ videbat virtute ptęditum, ac etiam filijs grauatum: Si igitur teſtator in ſuis proprijs bonis, de quibus ipſe diſpoſuit, voluit D. Cæſarem eius filium potiorem eſſe quàm nepotem, quomodo poſtea veriſimi̓r dicemus, cũ ſenſiſſe quòd dimidia pars bonorum p ipſummet D. Cæſarem propria uirtute quęſitorum tranſeat ad ipſum nepotem in præiuditium filiorum D. Cæſaris: Hęc .n. eſſet inſana quodammodo inter-
46 ptetatio. ¶ Non omitto etiam aliam coniecturam,imo aliud abſurdum, quod inde ſequeretur: Namque hęreditas paterna (vt mihi in facto dicitur) aſcendebat

vſque

vſque ad ſex mille aureos, plus minus: Bona autem per D. Cæſarem quæſita tantundem, & forte vltra: Si igitur dicamus, iſta bona cōmuniter eſſe diuidenda, ſequitur quòd D. Cæſar parum cōmodum aut nullum cōſequutus fuiſſet ex addittione paternæ hęreditatis, imo forte damnum: Quia ipſe tantum, aut fortè plus de proprijs bonis nepoti erogabit, quātum ex bonis paternis foret conſequuturus, ita qđ nihil ſibi profuit paterna hæreditas: Quod q̄dem nunq̄ cadet in rectū ſenſum
46 alicuius teſtatorē hoc voluiſſe: Et quòd magis dilexerit illum nepotem infantem tunc, quàm iſtum filium maiorem factū, quem virtute p̄ditum cernebat filijs inſuper oneratum, & quem magis diligere re ipſa demonſtrauerat. l. ſi viua matre. C. de bon. mater. l. pulius. ꝭ. vlt. ff. de condit. & demon. Alex. in conſ. j. col. 4. uol. j. Soc. cōſil. 259. col. pen. ver. circa ſecundā concluſion. uol. 2. Concluditur ergo mentem teſtatoris non fuiſſe iſtam, ſed uoluit imbecillitati huius nepotis infantis proſpicere cauendo, vt quouſq; peruenerit ad maiorem ætatem, viuat ſub diſciplina & adminiſtratione D. Cæſaris, quem tutorem creauit, & eius fidei tantum tribuit, ut à reddendis rationibus eum liberauerit: Non autem quòd voluerit ſibi aut eius filijs bona virtute propria q̄ſita auferre & nepoti dare.

47 ¶ Vltimo dico, qđ ex ipſius legis diſpoſitione, quę quidē repugnat, non poſſunt iſta verba teſtatoris trahi ad huiuſmodi Bona. Namq; prout in prima parte dixi hæc ſunt bona quaſi caſtrēſia, In quibus lex noluit aliquid patri acquiri, nec qđ ſuperuiuēte filio haberet in eis ius aliquod: Et hoc ſpecialiter cōſiderauit lex, ne Bona huiſmodi p vnū ex filijs quæſita poſſent ad alium mediante Patris diſpoſitione, transferri, quod luctuoſum eſſe ſolet l. cū non ſolū ꝭ. 1. C. de bonisq; lib. Inſt. p quas perſo. nob. acqui. §. 1. quæ quidem iura loquuntur etiam in aduentitijs, in quibus Pater habet vſumfructum, eſt ergo multo magis hoc dicendū in his, quæ nullo modo patri quærūtur, nec ius aliquod viuo filio habet, vt ꝓbatur in l. ſeruum filij in prin. ff. de leg. 1. ſecundū intellectum Glo. ibi, quem ſequūtur Iac. de Are. Dyn. Alber. Bal. Paul. de Caſtr. & D. Iaſ. Item probatur in l. quæ res §. ratione ff. de ſolut. in l. hæreditate §. pater ff. de caſtr. pecu. expreſſius, vt in l. 3. C. eo. tit. lib. 12. & ibi Not. de Caſtren. pecul.

48 ¶ Et ſi quis forte dicat prædicta procedere in peculio caſtren. ſecus in quaſi caſtren. primo poſſem reſpondere tenendo vnā opinionem, quam tenet Luc. de pen. in l. fi. C. de ſilent. & decur. eorū lib. 10. vbi vult, qđ imo iſta bona

quæſita

quæſita in obſequijs principũ dicantur peculium caſtren. Imo verò qđ ſunt etiam ſpecie digniori,
49 vt ibi per eum: Præterea eſto, qđ iſta ſint peculij quaſi caſtren. dico quòd ſunt æquiparata adeo peculio caſtren. quòd idem in vtroque ſtatuitur à lege, præſertim in hoc, quod nunc agitur: vt d.l. cũ non ſolum.C. de bonisq; lib. & l. fi.C. de inoffi. teſta. Et eſt tex. expreſſus in l.fori.C. de aduo.diuer. Iud. qui ſpecialiter loquitur ĩ eo, quod aduocatus ſibi quærit: Et tradit Luc. de pen. in d.l. fi.de ſilent. in j. col. qui loquitur de eo, quod Medicus Iuris Doctor, aut Tabellio ſibi quærunt, licèt filij fam. ſint, præcipuum tamen habent, Et Ioan. de plat. ibi, & in d. l.errat.C. de caſt.pec.li.12. idẽ not.
50 ¶ Quibus ſic ſtantib. eſt dicendum teſtatorẽ non habuiſſe hanc mentem, cũ à lege id prohibeatur d.l. hæredes mei.§. cum ita. Et ibi DD.ff. ad Trebell. Sed poſito etiã qđ ita voluiſſet exp̄ſsè, vel ita ſenſiſſet, nõ tamẽ deberet valere, arg. l.nemo põt.ff. de leg.j. cum mat.

¶ Item alia rõne hoc à lege prohibitum eſſe cenſetur, vl't. quia ſi teſtator voluiſſet inducere inter hos hanc ſocietatem in huiuſmodi bonis, eſſet ſocietas illa, quam lex vt iniquiſſimam abhorret. l. ſi non fuerint. ſ. fin. ff. pro ſoc. & leoninam appellat, vt alter lucrũ tantum non etiam damnum aut incõmodum ſentiret, contra l. Si igitur in fi. illom et tit. Nam requirit ſocietas in ſupremo bonam fidem & æquitatem, ita vt pro modo rei aut induſtriæ portionem lucri conſequatur, vt dixi ſupra in ſecũda parte, q̃ pro repetitis hic habeantur: Ex quibus oĩbus remanet concludendum, iſta verba teſtatoris non poſſe continere in ſe iſta bona per D. Cæſarem quæſita, quia non eſt ſocietas omnium bonorum, Et quòd licet ſint verba generalia, debent tamẽ reſtrin-
51 gi ad ſubiectam materiam, ac ad ſimiles cauſas ex veroſimili mente teſtatoris, quæ ex pluribus fuit coniecturis probata: Item ex diſpoſitione legis. Ac ne iſtud nouum aut inſolitum videatur, Allego pulchras deciſiones Alexandri in terminis p̄dictas rationes reſtringentis huiuſmodi verba teſtatoris in terminis prolata inter filios ſuos & nepotem ex alio filio pręmortuo pręcipiendo omnia lucra & damna, & expenſas ex quacunque cauſa ſint communia inter eos: Et tamen concludit ſingulariter Alex. qđ illa verba ita generalia debeãt reſtringi ad terminos ſubiectæ materiæ & ad ſimiles, non autem in alijs verificari expenſis, & ſic in damno, nec etiam in lucro: Ideo concludit quòd onus dotandi non ſit cõmune, nec etiã hæreditas materna, quæ patruo obuenerat, ſit ne-

poti communicanda: Itẽ debeant reſtringi ex veroſimili mente teſtatoris: Ita Alex. concludit in cõſil.76. viſo themate formato cum quatuor cõſ. ſeqq. in eo. caſu. vol. 4. Et refert nonnullos alios Doct. qui ſuper eo idem conſuluerant, quorum conſ. approbat ibi Alex. Quæ conſilia ſunt Deciſio caſus noſtri: Etſi aliud non eſſet, ſola ſufficerent ad victoriam obtinendam: Ideò quæſo per iudicantes inſpiciantur.

52 ¶ Et ex prædictis iam ſatis apparet reſponſum ad argumẽta contraria: Primum .n. & ſecundum remanent penitus euacuata, quia
53 illa verba generalia non poſſunt ad hæc bona trahi, ſed reſtringũtur, vel in alijs verificantur: Similiter ſecundum, quia apparet non eſſe contractam ſocietatem vniuerſorum bonorum, ita quòd ad iſta bona non trahitur: Et in ſpecie ad textum, ſuper quo per aduerſarios fiebat tam maximum fundamẽtum, videlicet ad l. ſi fratres. §. idem Papinianus. ff. pro ſo. dico quòd nihil penitus facit: Primò enim quòd procedit in ſocietate vniuerſali: Præterea hoc om miſſo, dico quod loquitur quando ipſimet, qui ſtipendia & ſalaria acquirunt, conſequenter bona quaſi caſtren. ſunt, qui ineũt ſocietatem, domini enim ſunt, & pleno iure, ideo poſſunt ad libitum de his cõtrahere. Hic aũt ille, qui dicitur de his diſpoſuiſſe, non eſt dominus, nec ei ius aliquod in prædictis competit, ſcilicet pater, vt eſt ſupra demonſtratum: Tertio reſpondeo, quòd loquitur ille tex. quando vterque habebat ſtipendia & ſalaria, tunc verum eſt, quòd poteſt ſuper his cõmuniter contrahi ſocietas, quę omnia in caſu noſtro ceſſant.

54 ¶ Ad tertium reſpondeo, quòd debet ſeruari præceptum teſtatoris, quatenus præcepit & põt pręcipere p ea, quæ fuerunt ſupra declarata: Et facit ad hoc, quod in ſpecie dicit Alex. cõnſ. 77. in fi. verſic. ſed dubium reſtat. uol. 4.

55 ¶ Non obſtat vltimò illud, ꝙ prima facie videtur omnes deterrere, videlicet quòd Dominus Cęſar omnia inſtrumẽta acquiſitionum fecit communi nomine ſuo & nepotis: Nam dico, quòd ſi cõſideretur & aduertatur quid iuris ex hoc reſultat, facilè apparebit, nihil penitus facere: Et primò dicam vt dicit Corn. in conſil. 98. licèt videatur in 2. col. verſic. ideo eo caſu. vol. 4. qui dicit, qđ iſtud nõ arguit contractam ſocietatẽ ſed vel animo repetendi vel compenſandi, vel fructus communicandi factum eſſe, non autem qđ voluerit etiam proprietatem fieri debere communem, vt ibi latè p eum. ¶ Præterea dico, quod in propoſito noſtro Dominus Cęſar ea ratione has acquiſitiones eo modo

modo fecit, quia vellet nepoti ſua bona donare: Nec poteſt cadere hic præſumptio, vt dixi ſupra in ſecũda parte, etiam inter fratres, nedum inter patruum & nepotẽ ſuper re tam grandi, vt per Alex. in d. conſil. 76. in 3. col. in prin. uol. 4. maximè ſtantibus filijs pro prijs: Sed iſtud ea intentione fecit, vt patrimonium nepoti ſuo quoque in bonis ſtabilibus pararet, quem in ſuam fidem & tutelã à patre moriente recepit, ſed non ideo quòd voluerit ſibi donare, vt
56 ſæpè dictum eſt: Nec ideo arguitur, quòd pecunia ſoluta ſit communis, aut q̃d ſit ſuper ea aliqua ſocietas inita; imo contrarium præſumitur, ut ſtatim probabo: Benè eſt verum, quòd res ipſa quę ſita communi nomine eſt facta communis, quod non debet nec poteſt negari, & poterit ille nepos partem dictorum bonorum petere: Sed ita, ut prius pretium reſtituat pro ſua parte ſolutum, aliàs poteſt repelli: Hic eſt caſus in indiuiduo in l. 2. C. pro ſoc. vbi Bart. illum textum ad hoc in ſpecie not. & dicit, vt ſint cauti, q̃d in inſtrumento acquiſitionis ſit dictum, quòd de communi pecunia fuit facta ſolutio, aliàs cogetur ſoluere, qui petit partem: Q̃d ſibi valebit, dicit Bart. mille aureos. Idem ibi not. Bald. Saly. & Paul. de caſtr. Idem reperio tenuiſſe Corn. in conſil. 251. Licèt dici poſſet. verſic. hinc infertur vol. 4. quæ Doctrinæ ſunt ad terminos noſtros valde not. Et ſic apparet, quòd iſtud, in quo tãta vis fiebat, nihil facit, Quia fateor q̃d ſit inducta cõmunio ſuper re empta: Sed non ex hoc ſequitur q̃d pecunia eſſet cõmunis, & in hoc ſtat punctus: Imo contrarium eſſet, niſi expreſsè ſit dictum, quòd prętium eſt ſolutum de pecunia com muni, vt per Bar. & alios in d. l. 2. C. pro ſo. Et quòd de pecunia propria non de communi intelligatur facta ſolutio, eſt doctr. Alex. in conſi. 137. diſcuſſis. in vlt. col. uol. 5. per l. ſi defunctus. C. arbit. tut. Bar. in l. ſi patruus. C. cõia vtr. iud. Bal. & Saly. in l. pen. C. ſi quis alte. vel ſibi. Pulchrè Specul. in tit. de iudi. §. ſequitur verſi. vt autem. Petr. de Anch. conſil. 31
57 ¶ Non obſtat doctrina Bart. ad hæc in d. §. altero. Et Bal. in d. l. ſi fratres. ff. pro ſoc. vbi dicunt quòd ex eo, quòd contractus communi nomine celebratur, præſumitur inter eos inita ſocietas: Nã primò poteſt dici q̃d intelligatur, quãdo contractus vtrinque facti cõiter ſunt: Secundò dico, q̃d Bart. ibi loquitur, quãdo neceſſaria ad ſocietatem interueniunt, videlicet quã do vterque negotiatur, Aliàs verò ſi alter tantũ, tunc concludit Bar. in verſic. ex prædictis. quòd indiſtinctè non contrahatur ſocietas, niſi expreſsè dicatur. Præterea fa

teor, quòd ſit inducta ſocietas ſuper re communiter acquiſita, ſed tenetur ſoluere prætium, non autem inducitur præſumptio ſocietatis ſuper pecunia, ex qua fit cõparatio vel acquiſitio: Quo caſu procedunt arg. quia quãdo ex pecunia communi eſt facta ſolutio, tunc nulla eſt petitio pretij, vt per Doct. in d. l. 2. C. pro ſoc. Et ĩ hoc ſtat deceptio.

Paulus Leonius Patauinus Iuriſconſultus, ordinariam Cathedram matutinam in almo Gymnaſio Salernitano ſuſtinens.

SVMMARIVM.

1 *Societas inter fratres non cenſetur contracta per ſimplicem cohabitationem, vel etiam per retentionem patrimonij inter ipſos.*

2 *Sola fraternitas non eſt cauſa lucrorum communicandorum.*

3 *Complura ſunt neceſſaria ad hoc, vt inter fratres ſimul habitantes cenſeatur contracta ſocietas. & ſeq. & num. 6.*

4 *Quando plures fratres ſimul habitantes inuicem negotia gerunt, tunc videtur contracta ſocietas, imo ẽt ſi vnus tantum negotiatur.*

5 *Societas non tantum expreſsè, ſed ẽt tacitè re ipſa, imò magis declaratur aĩus facto, puta ex actibus ſocialib.*

7 *Inter fratres ſimul habitantes et negotia communiter gerentes datur actio communi diuidendo, non autem actio pro ſocio alijs non concurrentibus, quæ ad ſocietatem contrahendam ſunt neceſſaria.*

8 *Qui allegat ſocietatem in ea ſe fundãdo, debet eam concludenter & neceſſariò probare.*

9 *Societas nõ protenditur vltra quàm voluntas expreſſa aut tacita vult, & num. 11.*

10 *Societas eſt actus, qui conſenſu & voluntate partium contrahitur expreſſo vel ſaltem tacito, & nu. 11.*

11 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*

12 *Si vnus ex ſocijs vnius aut pluriũ negotiationum aliquid extra cauſam ſocietatis gerat, nihil ſocijs quærit.*

13 *Non quicquid vnus ex ſocijs contrahit, dicitur ſocietatis nomine cõtrahere.*

14 *Tacitũ non debet plus operari quàm expreſſum aut contra expreſſum.*

15 *Societas finit, ſi ſocij bonis cedunt, quia facti ſint non ſoluendo, & nu. ſeqq. & num. 24.*

17 *Quando ſocietas finita eſt, ſi vnus ex ſocijs iterum incipiat illudmet negotium gerere, non ideo cenſetur renouata ſocietas, & nu. 25.*

18 *Qui dicit ſocietatem renouatam, illud debet probare, & nu. 22.*

19 *Societas ſicut tacito conſenſu contrahitur, ita ẽt tacito cõſeſu diſſoluitur.*

20 *Societas diſſoluitur eo ipſo, qđ unus ex ſocijs ſuo proprio nomine gerere incipit alijs ſcientibus.*

23 *Societas intelligitur contracta reſpectu negotiationum, quæ tunc inter eos gerebantur, non autem ẽt reſpectu negotiationis, quæ per vnum nomine proprio geri cœpta eſt.*

In ma-

In materia ſocietatis, An inter fratres ſimul habitantes cenſeatur contracta ſocietas?

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

AD deciſionem caſus propoſiti deueniendo breuiter vt conſulentem decet, & quia etiam pars celeritatem flagitat, videretur primo aſpectu dicendum, iſtum Antonium eſſe audiendum & admittendum ad portionē ſuam in iſto apaltu vnà cum Ioāne eius fratre:
1 Namque licèt verum ſit non cenſeri inter fratres contractam eſſe ſocietatem per ſimplicem cohabitationem, vel etiam retentionem patrimonij cōmuniter inter eos, vt eſt tex.in l.ex parte.§. filius:ff.famil.her. & in l. ſi fratres. in prin. aliàs.l.cum duobus.§.ſi fratres. ff. pro ſocio. Et tradit Bal.in conſil. 472.uol.4.& in cōſ.25.uol.5. Quia
2 ſola fraternitas non eſt cauſa lucrorum communicandorum, ut idem Bal. inquit in conſ.260.col.
3 2.num. 3. vol.j. Imo cōplura ſunt neceſſaria vltra cohabitationem ad hoc, vt inter eos dicatur contracta ſocietas, vt per Barr.in l.Titium aut Meuium.§.altero, ff. de admi.tut.in l.ſi patruus.C.cōmunia vtri.iudi. Bal.in conſ. 428.uol. 5.Et alij multi idem dicunt, quos refert Dec.in conſ.68.in prin.Ta-
4 men quia in caſu noſtro dicitur iſtos fratres inſimul negotia geſſiſſe communi nomine, meritò ex hoc videtur inter eos contracta ſocietas: Quando enim vterque negotiatur, tūc dicitur contractā inter eos ſocietas, ut per Bar.in d. §.altero.& in d.l.ſi patruus. vbi ēt Saly, Et Bal.ibi plus dicit, quòd et ſi vnus tantū negotiatur, tamen poteſt dici contracta ſocietas. Facit etiam quod tradit Petr. de An
5 cha: in conſ.169. Nā ſocietas non ſolum expreſſè, ſed etiam tacitè contrahitur re ipſa. Imo plus declaratur aīus ex ipſo facto, quàm verbis, puta ex actibus ſocialibus, ut tradit idem Anch. in conſ.302. in prin. Et dicit Ang.in conſ.263. ver.ſolum. Igitur reſtat videre, qd ſocietas etiam ſolo nutu contrahitur: Rui. in conſ.92. in prin.uol.j. & conſ.151.col.3.uol.4.
6 ¶ Iſtis tamen non obſtantibus, contrariū omninò puto eſſe concludendum, vlt. quòd iſte Anto. nihil prorſus poſſit prętendere in huiuſmodi apaltu ſeu contractu per Ioannem eius fratrem celebrato: Et omittendo nunc, An ex narratis colligi poſſit vnquam inter iſtos ſocietatem aliquam fuiſſe contractam, quia ex multis, quę ad id per Doctores requirūtur ad ſocietatem inducendam, nullum apparet, videlicet quòd diu ſimul cohabitauerint, lucra omnia cōmuni-

municauerint: Item quòd nunq̃ inter eos ratio aliqua fuerit reddita, vt per Doctores ſuperius adductos, & per Corn. in conſi. 98. col. 2. ver. tamen his non obſtantibus uol. 4. Et ita in terminis arguit Dec. in conſil. 442. col. pen. ver. & dato quòd maiores fuiſſent. poſt Petr. de Ancha. in conſ. 302. col. j. ver. & hoc eſt quod dicit elegāter
7 Oldr. Et licèt iſti fratres, ſicut narratur, negotiā communiter gerebant, tamen non occurrentibus alijs, de quibus ſupra memini, nō neceſſariò arguitur ſocietatem inter eos fuiſſe contractam, ſed potius illa dicitur communio quædā: Et ideo inter eos datur actio communi diuidundo, nō autem actio pro ſocio: Et ita in ſpetie declarat Pet. de Anch. in conſi. 400. col. j. Et Alex. in conſ 40. verſ. Iſtis ſic præſuppoſitis. uol. 2. Vnde ille,
8 qui vult ſe in ſocietatem fundare, & illam allegare, debet eam concludenter & neceſſariò probare ꝑ regulā l. ei qui. & l. actor. C. de probat. Corn. in conſ. 299. col. 2. uol. 4. Petr. de Anch. conſ. 232. nu. 6.
9 ¶ Sed vlterius poſito ēt, qđ ſocietas fuiſſet inter iſtos fratres cōtracta ſup illis negotijs, q̃ inter eos ipſi gerebant, vt in facto narratur, tamē illa ſocietas eſt reſpectu illarum negotiationum tantum, quæ tūc inter eos gerebātur, non autem trahitūr etiam ad alia negotia, quæ poſt geri cœpta ſunt, & maximè ad iſtud, quod nunc gerere cœpit Ioannes, & quidem
10 ſuo nomine proprio: Nam cum ſocietas ſit actus, qui conſenſu & uoluntate partium contrahitur, vt inſtit. pro ſoc. & de obli. ex conſenſu. & l. ij. ff. de action. & oblig. & l. qui admittitur. ff. pro ſo. non poteſt protrahi vltra quàm eſt ipſa voluntas expreſſa, ſi eſt expreſſa aut tacita, quæ ex actibus ad id or
11 dinatis reſultat: Actus enim agētium non operātur vltra illorum intentionē. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. l. fi. C. ne vxor pro mari. Declarat Bar. in l. Titiū aut Meuium. ſ. altero. ff. de adminiſt. tut. vbi per prędicta in ſpetie con
12 cludit, quòd ſi ſint plures ſocij vnius negotiationis vel etiam diuerſarum, & vnus ex his negotiū aliud gerere incipiat, quod ab illis, ſuper quibus extat ſocietas, ſit ſeparatum, & illud ſuo proprio nomine gerat, puta quòd ſibi fundum emat, ſibi ipſi tantum quærit, nec cum alijs ſocijs eſt quicq̃ communicandum: Et idem dixit Bar. in l. ſi patruus. C. communia vtri. iudi. Et Saly. & alij hoc approbant. Et eſt tex. in l. cum duobus. §. cum duo argentarij. ff. pro ſoc. Ergò idem in caſu noſtro eſt dicēdum, cum Ioannes ſuo proprio nomine tantum contraxerit, nō poſſumus dicere quòd alijs ſocijs fuerit quicquam quæſitum, & ſic huic

huic Antonio: Poſito etiã quòd fuiſſet antea cum eo contracta ſo
13 cietas, & quæ adhuc duraret: Nec valet conſequentia vnus ex ſocijs contrahit, ergo ſocietatis nomine, vt per Bal.in conſil.125. vol.5. Item ad prædicta optimè & multum ad propoſitũ facit,quod tradit Pet.de Anch.in conſ.400.col. j. vbi ſi plures ſint ſocij aliquarũ negotiationum, non ideo illius negotij emolumentum etiam ad alios ſocios pertinet, aut cum illis eſt communicandum, vt ibi egregiè per eum: Ad quod etiam eſt pulchra deciſio Corn.in conſ. 212. uol. 4. vbi exiſtente ſocietate & communione lucrorum & induſtriæ inter fratres, ſi vnus mutuo accipiat pecunias ſuo nomine proprio, & nõ etiam aliorum, & ex eis emat pecudes, lucrum ex illo negotio proueniens non communicatur cum alijs, ſed eſt illius proprium, potiſſimum illa ratione, quia tacita ſocietas contracta ſuper uno negotio aut ſup pluribus non trahitur ad aliud, ꝙ poſtea per vnum ex eis geri incipiat; præſertim quando ille ſuo nomine expreſsè geſſit, prout ibi & hic euenit: Actus enim ſociales non arguũt aut operantur quicquam vltra intentionem agentis, d.l.non omnis.ff.ſi cert. pet. cum alijs ſupra allegatis: Impoſſibile ergo de iure eſt, cum iſte gerendo hoc negotium expreſsè noluerit Antoniũ ſibi ſocium eſſe,quia ſuo proprio nomine geſſit, quod ex iſto actu tacite inducatur ſocie
14 tas inter eos ſuper ipſo actu: Sic n.plus operaretur tacitũ quàm expreſſum,Imo tacitum operaretur contra expreſſum, quod eſt contra omnia iura & omnes Doct.Et eſt caſus in l. qui admittitur. ff.ꝓ ſocio.ibi ſocius mihi eſſe non poteſt, quem ego ſocium eſſe nolui: Facit etiam quod dicit Pet. de V-bal.in tract.de duobus fratrib᷒.in quinta parte princip.col.j. verſic. circa tertium. Crauet. conſil.123.
15 num.2.& 12.Sed ex alio etiam apparet caſum iſtum nullam penit᷒ habere dubitationem: Nam ea, quæ ſupra proximè dixi,procedũt & loquuntur præſupponendo qđ extaret ſocietas inter illos reſpectu aliquorum negotiorum: Et non extenditur ſocietas ad aliud negotium ſeorſum per vnum ex ſocijs & ſuo proprio nomine geſtum: At in caſu noſtro dico qđ tempore, quo Ioannes fecit hunc contractum,de quo nunc agitur, nulla erat ſocietas amplius inter ipſum & Antonium eius fratrem: Imo verò ſi qua vnquam inter eos fuit, illa iã extincta tunc reperiebatur, vnde non video in quo ſe poſſit fundare iſte Antonius: Qđ autem hoc ſit verum, quòd ſit extincta ſocietas, ſi qua vnq̃ fuerat inter eos contracta,apparet: Quoniã vt in facto narratur, iſti iam

bonis

bonis ceſſerunt illa creditoribus dimittendo, & à loco, in quo tũc habitabant, aufugiendo, & aliò ſecuritate ſeu ſaluo conductu (vt appellant) mediante migrando; quia ipſis creditoribus ſatis facere minimè potuerunt: Ex quibus ſine dubio diſſoluitur ac finitur ipſa ſocietas, ſi qua erat, vt eſt tex. in l.ſocium.§.vlt. & in l. actione. in prin. & in l.4.ꝑ ſo. Et tradit in ſpecie Petr.de Vbal. in d.ſuo tractа.de duobus fratribus. in vndecima parte princip.col.j. verſi.tertiò finitur ſocietas.Ruin.in conſ.90.col.8.ver.ex alio quoque.uol.j. Et quãdo ſocietas finita eſt, tunc ſi vnus ex ſocijs proprio nomine
17 etiam illudmet negotium iterum gerere incipiat, ſuper quo antea erat inter eos ſocietas,non tamen reintegrari ſeu renouari dicitur ſocietas ipſa, ut tradit Dec.in cõſil.213.col.pen.ver. venio ad ſecũdum dubiũ. vbi licèt in caſu ſuo aderat pupillus, cum quo ratione ſuæ ætatis non poterat eſſe renouata ſocietas:Tamen idem quoq; dicit in caſu, in quo eſſet maior, Illa nempe ratione.ſ. quia nomine proprio vnus gerere cœpit: Et
18 qui dicit renouatam fuiſſe ſocietatem,debet illud probare.Corn.in ſpecie in cõſ.54.uol.j.Ad præd. ẽt eſt deciſio Rui.in conſ.216. col.2. ver.ſed præmiſſis non obſtantib. uol.j.Ergo multò minus dici poterit renouata ex nouo negotio nunc geri cœpto ꝑ Ioannẽm ſuo nomine proprio, præſente Antonio (vt aſſeritur) & non contradicente, & ſuper quo negotio inter eos nulla extiterat ſocietas:Prę-
19 terea ſocietas ſicut tacito conſenſu contrahitur, ita etiam tacito conſenſu diſſolui poteſt,per regulam legis nihil tam natur.ff.de regu.iur.l. Sticum aut Pamphilum. §.naturalis obligatio.ff. de ſolut. in ſpecie tradit Bar. in d.§.altero. Et Petr.de Vbald.in d.ſuo tracta. in ij. parte princip. Cũ igitur vnus ex ſocijs ſeorſũ ab alio id ipſum ſciẽte negotium aliquod ſuo nomine proprio gerere incipit, apparet quòd non vult illum ſibi eſſe ſocium;Ideo ſuper illo negotio nulla contrahitur ſocietas. d. l. qui admittitur. ff. pro ſoc. Imo
20 ex hoc ſocietas, quæ aderat, dicitur dirimi, vt eſt tex. expreſſus in l.itaque.ff.illo tit. Et eſt deciſio in terminis Alex. in cõſ.77. incip.qa per ſupraſcriptos famoſiſs. Doct. col.j.in fi.ver. ad terriũ dico.uol. 4.vbi in ſpetie conſiderat hoc,qđ vnus ex ſocijs ſcientibus alijs ſuo nomine proprio aliquid agat, vt quia conficiat ſcripturas & appodiſſas & ſimilia, dicatur diſſoluta ſocietas, q̃ inter eos erat: Quid igitur dicemus in caſu noſtro, cũ iam erat ex alia cauſa diſſoluta ipſa ſocietas: Ad prædicta etiam facit,quòd tradit Crauet.in d.conſ. 125.col.j.ver.hoc ita pręſuppoſito

Et

& conſil.26. col.vlt. verſic.Secundò etiam ſi ageretur. vbi ēt quando eſſet ſocietas omnium bonorum, tamen ſi vnus ex ſocijs aliquid ſuo nomine proprio ſibi acquirat ſcientibus ſocijs, non tenetur illud communicare, vt ibi per eum poſt Rom. Alex. & alios quos allegat.

21 ¶ Cum igitur ſocietas pp fallimentum diſſoluta, vt ſupra dictū eſt, fuerit, non poteſt nunc dici contracta noua ſocietas ſuper iſto nouo contractu affictus ſeu appalti, niſi accedente cōſenſu mutuo vtriuſq; partis quia contract⁹ iſte conſenſu fieri dicitur. d. l.2. ff. de act.& oblig. & inſtit.de oblig.ex conſenſu. Et prout ēt hoc eſt neceſſarium in alijs ſpeciēb. contractuū.l.j.ī prin. & §.adeo ff.de pact. Ideoq; non ſufficit ex altera tantum parte adeſſe cōſenſum, ſed ex vtraq; parte adeſſe requiritur. d.l. qui admittitur.expſſum vel ſaltem tacitum, qui ex actibus ſocialibus neceſſariò reſultet, & q ſint tales, qui citra ius & nomen ſocietatis fieri nequeant, vt per Bar.in d.l.ſi patruus ad fi.c.cōia vtri.iud.Cor. in conſ.251.col.j.ver. actus .n. voluntarij.vol.4. & in conſ.98 col.j.eo. vol. At in caſu noſtro certum eſt, qđ non interuenit conſenſus expreſſus neutri⁹ iſtorum, de hoc .n. nihil apparet: Sed nec etiam tacitus ipſius Ioannis, qui ex actibus ſocialibus, qui citra ius & nomen ſocietatis fieri nequiuerint, colligi poſſit: Imo verò tantū abeſt, vt hic colligi poſſit aliquis tacitus cōſenſus ipſius Ioan.in ineūda ſocietate cū Anton.ſup iſto negotio, vt adſit ei⁹ expreſſus diſſenſus, cū expreſſe ſuo proprio noīe, non aūt cōi noīe geſſerit: Et ſiquidem verū eſt qđ actus noſtri voluntarij non operantur quicq̄; contra intentionē noſtrā; certum eſt qđ iſte actus volūtariè p Ioan.geſtus nullam poteſt inducere ſocietatē cū Anton. eius fratre: Imo eā prorſus excludit, quia iſte non eſt actus ſocialis, & non ēſt talis, qui citra ius & nomē ſocietatis neceſſariò fiat, Et cū hæc ēt geſta fuerint in pſentia ipſius Antonij, qui nihil dixit (prout mihi aſſeritur) Itē cū ille Matheus, qui fuit auctor illius negotij cū Ioan. fuerit expreſſe proteſtatus qđ nolebat Anton. prędictū partem aliqua in negotio illo habere, merito non poteſt quicq̄ nunc dicere, vt p Alex. in pręalleg. conſ.77.d ver. ad tertiū dico, vol.4. Itē cū nec ex poſt facto interuenerint actus aliqui ſociales inter iſtos fratres, qui aliquo mō arguere poſſint tacite inter eos inductam fuiſſe ſocietatē; Imo actus interuenerunt, qui ſocietati repugnāt: Nā vt in facto narratur, iſte Antonius interceſſit tanq̄, fideiuſſor Ioan. in iſto negotio p certa parte & pro certo tempe: Ergo apparet qđ nullā ipſe habebat partē

in iſto negotio, q̃a ſic fuiſſet pro
ſe ipſo fideiuſſor, quòd fieri non
poteſt. l. Vrranius. ff. de fideiuſſor.

22 ¶ Cum igitur in præſenti caſu
non conſtet concludenter ab ini-
tio inter iſtos fratres contractam
ſocietatem, quod tamen eſt ne-
ceſſarium illi, qui in ea ſe vult fun
dare. d. l. ei qui. Et l. actor. ff. de pro
bat. Petr. de Ancha. in conſil. 332.
23 num. 2. Et Corn. d. conſil. 299. col.
2. vol. 4. Item cum verum ſit, quòd
etiam ſi conſtaret ab initio inter
iſtos contractam fuiſſe aliquam
tacitam ſocietatem, illa eſt reſpe-
ctu illarum negotiationum, quæ
tunc inter eos exercebantur, non
autem trahitur etiam ad illas, quę
poſt per vnum ex ipſis geri cœpta
ſunt nomine ſuo proprio, vt eſt
tex. in d. l. cum duob. §. cum duo
argentarij. ff. pro ſoc. Bar. in d. l. Ti
tium. §. altero. ff. de admini. tut. Et
in l. ſi patruus. C. communia vtri.
iud. Bal. in conſ. 125. vol. 5. Petr. de
Anch. in conſ. 400. Corn. cõſ. 212.
vol. 4. Petr. de Vbal. ĩ tract. de duo
bus fratrib. in quinta parte col. j.
ver. circa tertium. Crau. conſ. 123.
24 num. 11. & 12. Item cum illa ſocie-
tas, quæcunque ſit, reperiatur ex-
tincta propter fallimentum (vt
ita dicitur) d. l. 4. & l. ſocium. §.
fi. & l. actione. in prin. ff. pro ſocio.
Petr. de Vbal. in d. tract. in 11. par-
te. col. j. ver. tertiò finitur ſocietas.
Rui. in conſ. 90. col. 8. verſi. ex alio
quoque. vol. j.

25 ¶ Item cum ſocietas ſemel finita
non renouetur, licèt vnus illud-
met negotium iterum gerere inci-
piat ſuo nomine proprio, vt per
Dec. in d. conſ. 213. col. penult. ver.
ſic. venio ad ſecundum dubium.
Et multo minus renouata cenſeri
poſſit, ſi aliud negotium, quod
in priori ſocietate nullatenus con
tinebatur, ſuo proprio nomine 12
agere incipiat.

¶ Item cum in iſto negotio, quod
nunc per Ioannem geri cœptum
eſt, non interuenerit voluntas ex-
preſſa neque tacita ipſius Ioannis,
neque actus aliqui ſociales, imo
potius voluntas expreſsè contra-
ria Ioannis: Item actus potius cõ-
trarij ſocietati interceſſerunt, ita,
quòd nulla poteſt dici inter iſtos,
ſuper hoc negotio contracta ſo-
cietas. d. l. qui admittitur. ff. pro
ſocio. Bar. in dicto §. altero. & in
d. l. ſi patruus. Corn. d. conſil. 98.
& in conſ. 251. col. j. volum. 4 cum
multis alijs ſupra deductis: Non
video in quo iſte Antonius poſſit
ſe fundare, vt velit ſe admitti ad
partem aliquam vti ſociũ in iſto
negotio.

¶ Et ex iſtis omnibus apparet,
nihil obſtare ea, quæ ſupra in cõ-
trarium adducebantur. Ideo vl-
terius non inſiſtam in reſponſio-
nib⁹ magis ſpecialiter tradendis.

Laus Deo Opt. Max.

Paulus Leonius Iuriſconſultus Pa
tauinus, Ducalis Conſiliarius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Societas reſultans ex actibus ſocialibus non poteſt dici vniuerſalis, ſed tantũ quo ad actus, qui promiſcuè geruntur.*

2 *Actus voluntarij non operanẽ quicq̃ vltra intentionem agentium.*

3 *Si fratres inſimul habitent, et lucra cõmunicent; non tamen ex hoc inducitur ſocietas oĩum bonorum.*

4 *Quando dicatur contracta ſocietas omnium bonorum.*

5 *Socius ſi emit ſimpliciter, non aũt exprimens qđ ſocietatis noĩe, intelligiẽ nomine proprio; non autem nomine ſocietatis emere.*

6 *Societas eſt cõtractus, qui vtriuſq; conſenſum requirit. & nu. 12.*

7 *Societas diſſoluitur pluribus modis.*

8 *Qui dicit ſocietatem fuiſſe renouatã, tenetur illud probare.*

9 *Mens declaratur ex his, quæ ſubſequuntur.*

10 *Non minus facto, quàm verbis declaratur intentio.*

11 *In diſtributione lucrorum ex ſocietate prouenientium habetur ratio operæ aut induſtriæ cuiuſque.*

12 *Non conuenit in ſocietate vt unus lucrum conſequatur, & non etiam damno ſubiaceat.*

13 *Attendendũ eſt id, quod concluditur, non autem quod tractatur.*

14 *Teſtis bonam & concludentem rationem ſui dicti nõ aſſignãs non probat; præſertim quando de his, quæ non pcipiũtur ſenſu corporis deponit: Quia tunc ẽt non interrogatus tenetur bonam reddere rationem.*

15 *Teſtis dicens quòd ſibi tale quid videtur aut non videtur, non probat.*

16 *Non probat, hoc eſt; quòd ab hoc contingit abeſſe.*

17 *Societas non probatur per actus, q citra ius & nomen ſocietatis fieri poſſunt.*

In materia ſocietatis.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

CASVS propoſitus prima facie aliquã videbatur habere difficultatem: Quoniam in eo videtur inter iſtos duos fratres ſocietatẽ interceſſiſſe etiam poſt decoctionem ſeu fallimentũ, & poſt acordium cum creditoribus factum, dum dicitur, quòd per ipſos fratres incoata fuerunt varia negotia fortunarum ſuarum, & etiam negotiationum: Item quia narratur in facto, quòd etiam poſt inobſeruantiam dictæ conuentionis cum creditoribus factam, & ſic poſt ſecũdum fallimentũ remãſerunt adhuc bona mobilia ipſis fratribus, ac ẽt nonnulla ſtabilia: Idq; ẽt ex eo ſuadetur, quia Ioannes acceſſit ad tractãda quædã negotia, quæ Anton. propoſita fuerãt. Ex quo apparet, quod inuicẽ

tanq; ſocij negotiabantur. Item
ex eo quia ipſe Ioannes poſtea cer
tiorem reddidit Ant. ſuper qui-
busdam alijs negotijs plenam ei
dando notitiam, quòd ipſorum
amborum intereſſe, aut portio
erit pro dimidia, & pro alia di-
midia cuiuſdam Petri. Ex quibus
oĩbus ſatis apertè colligitur iſtos
fuiſſe ad inuicẽ ſocios. Et iſta oĩa
fuerunt poſt omne fallimentum,
Adeo quòd videntur denuo reno
uaſſe ipſam ſocietatem, ẽt ſi fuiſſet
per falimentũ extincta. Item quia
ab omnibus Ant. tanq; ſocius re-
putabatur. Item quia Ioãnes dic-
tum illum certiorẽ redebat de his
quæ ſuper iſto afflictu gerebantur

¶ Verũtamen, & ſi prædicta vi-
deantur nõ modicam facere diffi-
cultatem, Nihilominus iuris veri
tatem interius perpendendo, pu-
to Ant. in iſto afficta partem ali-
quam tanq; ſocium prætendere
non poſſe.

¶ Et pro fundamẽto huius cõ-
cluſionis, Dico quòd poſito pro
uero, quòd inter iſtos fuiſſet ſocie
tas, & poſito etiam qđ adhuc du-
raret, nec vnquam fuiſſet extincta
Tamen illa eſt tacita, Nam de ex-
preſſa nihil apparet, nec etiam de
1 hoc quiquàm dicitur. Quæ tacita
reſultat ex actibus ſocialibus pro-
miſcue geſtis. Et ex hoc non reſul
tat vniuerſalis, ſeu generalis ſocie
tas, ſed tantũmodo ſuper illo ne-
gotio, aut ſup illis negotijs cuius
aut quorũ lucra inuicem inter ip-
ſos coĩcantur: Non aũt ſi vnus for
tè ex illis negotium aliud gerat,
cuius lucra non cõmunicet cum
alio, ſed ſuo tantum noĩe gerat,
dicetur etiã ſuper illo aliqua con-
tracta ſocietas. Doctrina eſt Bar.
quem oẽs in hoc approbant in l.
Titium aut Meuium in ¶. Altero
in vlt. col. ff. de adminiſtr. tut.
Quia actus noſtri voluntarij non
poſſunt quicquã operari vltra in-
2 tentionem noſtram l. Non oĩs ff.
Si cert. pet. l. 1. §. Hoc interdicto
ff. de itin. actuq; priu. l. fi. C. Ne
vxor pro marito Cum alijs ibi p
3 Bar. adductis. Ex eo enim qđ fra-
tres in ſimul habitent, & viuãt,
Ac ẽt ſimul negotientur, & lucra
cõmunicent, non contrahitur ſo-
cietas oĩum bonorum, prout ex-
preſſe abnegat Bart. ĩ l. Si patruus
ad fi. C. communia vtriusq; iud.
ſed illius negotiationis, aut illarũ
negotiationum tantum, vt vtro-
biq; Not. Bart. & declarat etiam
Cor. in conſ. 272. col. j. ver. Non
obſtat quòd ſocietas Vol. j. & in
conſ. 58. in prin. Vol. iiij. Et tũc
4 dicitur ſocietas omnium bonorũ
quando cõmunicantur quæſita,
& qoærenda. Idẽ Cor. conſ. 182.
col. ij. ver. His tamen non obſtã
tibus uol. 4. Preterea qđ non eſſet
inter iſtos vniuerſalis ſocietas cõ-
probatur quia (prout ĩ facto nar
ratur) complura alia inſtrumẽta
celebrauit Ioannes noĩe ſuo pro-
prio

prio id ipſumq; Ant. ſciēte, prout ita in ſpetie ad excludendā ſocietatem vniuerſalē arguit Alex. in conſ. 152. col. ij. ver. Fortius uol. 7. Nec dicitur contracta ſocieras omnium bonorum, niſi id fuerit expſſe actū, Ita dixit Alex. ſecutus Glo. ī ſuo conſ. 77. col. 2. uol. 4. & etiam in conſ. ſeq. num. 9. & in conſ. ſeq. num. 10. Cum igitur Ioannes ſuo nomine proprio (vt naratur) contraxerit in iſto affictu, non eſt quicquam ſocietati quæſitum, etiam quod ſocietas inter eos extaret adhuc, vt p Anch. in cōſ. 400. col. j. Corn. conſ. 212. uol. 4. Bal. in conſ. 125. vol. 4. Et quod idem Corn. dicit in conſil. 225. vol. 2. vbi plus vult, qđ ſi vnus ex ſocijs contrahat ſuo nomine proprio, puta quòd fundum emat, illumque deſcribi faciat in libro æſtimi ipſius ſocietatis, nihil tamen ex hoc ſocietati
5 quæſitum intelligatur: Quinimo plus dixit ipſe in conſ. j. & in conſil. 54. vol. j. Quod ſocius ſimpliciter contrahens, nec exprimēs An nomine ſocietatis, vel nomine pprio contrahat, prſumitur ſuiip ſius, non autem ſocietatis nomine contraxiſſe, per tex. in l. Et magis ff. de ſolut. Et in l. Papinianus. ff mand. Ergò multò magis iſtud & ſine aliqua difficultate procedit in terminis noſtris, vbi expreſſe ſuo nomine proprio contraxit.

¶ Sed illud, quod omnem tollit difficultatem in iſta cauſa eſt, quia iſte Antonius requiſitus à Ioanne ſeu literis ſuis certioratus de pluribus negotijs, ſuper quibus ipſe Ioannes habebat tractatum: Et inter cætera de iſto affictu, de quo nunc agitur, ipſe reſpondit quo ad iſtum diſſentiendo, Quia dicebat ſibi videri nimis periculoſū: Sed quo ad alia, remittebat ad ipſum Ioannem, prout in facto narratur: Quo intellecto ipſe Ioannes ſuo tantum nomine conduxit datium, ac domum pariter ſuo nomine tantum conduxit, ibiq; domicilium conſtituit, & exercere cœpit negotium illius: Et ſaluo conductum accepit, nè à creditoribus moleſtaretur: Quòmodo ergo poſſibile eſt ſuper iſto negotio aliquam ſocietatem contractam
6 fuiſſe inter iſtos, cum iſte ſit contractus, qui mutuum vtrinq; conſenſum exigit, l. Nec admittitur. ff. pro ſoc. prout cæteri omnes cōtractus conſenſum vtriuſq; partis requirunt, l. j. §. adeo. ff. de pact. Et multò magis iſte, qui cōſenſu fieri dicitur. l. ij. ff. de act. & oblig. Et inſtit. de oblig. ex conſen. declarat Corn. in conſil. 251. col. j. nu. 2. vol. 4. Et in caſu noſtro ex vtraq; parte deficit conſenſus: Nam ex parte Ioannis deficit conſenſus ſaltem tacitè, quia nomine ſuo tā tum geſſit contractū, ergo ex hoc colligitur eius voluntas, quòd nolit aliquem habere ſocium, ſeu

ſaltem

ſaltem quòd noluit Antonium ſibi eſſe ſocium, vt per Bart. in d.l. Titium aut Meuium ℣. altero.ff. de admin.tut.in l.ſi patruus.c.cõmu.vtri.iud.per Anch. conſ.400. col.j.Corn.conſ.99.& conſil.212. vol.4. cum alijs in præced.conſ.ꝑme adductis: Ex parte autem ipſius Antonij expreſſe apparet deficere eius conſenſum, cum ſcripſerit quòd in vno ex negotijs ſe referebat ad ipſum Ioannem, in alijs verò quòd dimitteret alijs perſonis, quia nimiũ periculoſa eſſent. Et cum Ioannes audiuiſſet hos ſermones, ſuo nomine tantum conduxit: Nunc autẽ, quia fortè res proſpere ſucceſſit, vult Antonius ſatis iniuſtè eſſe ſocius.

7 ¶ Præterea eſt aduertendũ, quia (vt in facto narratur) poſt ſecundum fallimentum, hoc eſt, poſtꝗ̃ acordiũ cũ creditoribus factũ fuit de ſoluendis quinquaginta ꝓ centenario, Quod quidem minimè obſeruare potuerunt, inter dictos fratres fuit diſſoluta omnis ſocietas, quæ inter ipſos erat, per id, ꝙ tradit Pet.de Vbal.in d.ſuo tract. de duobus fratrib.ĩ 11.parte principali.col.j.ver. Tertiò finitur ſocietas. Ruin.in conſ.90.col.8. ver. ex alio quoque.vol.j. Et eſt tex.in leg.iiij.in l.actione.in prin.in l.ſocium.℣.ff.pro ſocio. Et remanſit communio inter eos tantum reſpectu bonorũ mobilium, & nõnullorum ſtabilium: Quorum reſpectu tantum potuit perſeueraſſe ſeu ducaſſe ſocietas inter eos, ſeu potius communio quædam, iuxta tradita per Anch.in d.conſ.

8 400.col.j. Et qui vult dicere ſocietatem fuiſſe renouatam, debet illud probare.l.ei qui dicit.ff.de ꝓbat.Corn.in conſil.54.vol.j. Dec. conſ.213.col.pen.ver.venio ad ſecundum dubium. In caſu autem noſtro non ſolum nõ apparet ex propoſitis, quòd fuerit renouata ſocietas reſpectu negotiationis ꝓuenientis ex iſto affictu; Sed immo apparet contrarium, quòd ſcilicet iſti fratres noluerunt ad inuicem eſſe ſocij ſuper iſto negotio, vt dictum eſt ſuperius.

9 ¶ Hocq; etiam magis declaratur ex his, ꝗ̃ ſubſecuta fuerunt: Nãq; (vt dicitur) lucrum, quod indies ex ipſa cõductione fuit perceptũ, nunꝗ̃ ad alium peruenit, quàm ad ipſum Ioannem, aut ad quos ipſe iuſſiſſet: Antonius aũt nihil vnquam fuit conſequutus, aut petijt, niſi quandam ſuam mercedem: Et ex hoc, quæ nam ab initio intẽtio eius fuerit, declaratur, etiam ſi non aliunde expreſſe appareret.§. Pauonum. inſtit. de rerum diuis.l.ſed & Iulian.§.proinde.ff.ad ſenat.Maced.Bart.in l.cætera.℣.j.ff.de leg.j. cum alijs multis, quos citat Brun.in conſil.114. nu.3.Crau.ĩ cõſ.73.col.3.ver.quinta cõiectura. & conſ.ſeq.ver. quintò ex obſeruantia. Et in conſ.205. col.j.

col.j.ver. Quod aũt exierit. Neq;
.n. minus facto quàm verbis de-
claratur intentio, quando eget de
claratione. l. Paulus. ff. rem rat. ha-
beri. l. reprendenda. C. de inſtit. &
ſubſt. ſub condit. fact. Tradit Bal.
in Margar. ad Innocent. in ver. fi-
des implicita. cum alijs. Sed ipſe
Antonius nihil aliud fuit conſe-
cutus, niſi ſuum ſalarium ſeu mer
cedem ſibi deputatam: Ex quo &
innuitur ipſum non ſe exercuiſſe
vti ſocium, ſed potius vti inſtito-
rem aut diſcipulum, vt per Anch.
11 in d. conſ. 400. col. j. Non .n. con-
ſtitui ſolet quippiã ſocio exercen
ti ſub nomine mercedis; Sed ha-
betur ratio ſuæ induſtriæ aut ope
ræ in exercitio ſocietatis præſtitæ
in diuiſione ipſorum lucrorũ ex
ſocietate prouenientium, & ma-
iorem aut minorem vni, quàm
alteri conſtituẽdo portionem lu
cri. Et declarat Corn. in conſ. 31.
col. 3. ver. his pmiſſis. vol. 3. Sed iſta
ex abundanti dicta ſunt, quia ex
ſupradictis manifeſtè apparet, qđ
non fuit inter iſtos aliqua contra
cta ſocietas ſuper iſto affictu, Im-
mo contrarium fuit expreſſum in
ter iſtos.
12 ¶ Non enim dubium eſt, quòd
iſte Antonius non poſſet conueni
ri à locatoribus iſtius datij, quia
nihil cum eis geſſit, neque vllam
aduerſus eum habuerunt actio-
nem: Et conſequenter ipſe nul-
lum pati damnum poteſt ex hoc
contractu. Ergo non etiam eſt iu
ri conueniens, quòd partem ali-
quam etiam ex lucro cõſequatur.
l. ſecundum naturam. ff. de reg. iu.
& l. cum qui. ff. de iureiurãdo. Im-
mo hoc repugnat omnino natu-
ræ ipſius ſocietatis, vt vnus ſit ob
ligatus, ac periculum omne ſub-
eat; alter verò partem lucri obti-
neat, & appellaretur iſta ſocietas
leonina. l. ſi non fuerint. §. Ariſt. ff.
pro ſocio. Declarat in ſpecie Cor.
in conſ. 212. col. j. ad fi. vol. 4.
¶ Et ex iſtis apparet non obſta-
re ea, quæ ex narratione facti in
contrarium obſtare videbantur;
Nam eſto quòd etiam poſt omne
fallimentũ remanſiſſet inter iſtos
ſocietas bonorum mobilium &
ſtabilium etiam; Immo ẽt reſpe-
ctu negotiationum, tamen ſatis
eſt quod ſuper iſto negotio, de
quo nũc agitur, hoc eſt ſuper iſto
affictu, non poteſt dici vlla inter
eos contracta ſocietas, deficiente
conſenſu vtriuſque partis; Cum
tamen ex vtraq; parte conſenſum
adeſſe oporteat, adeo quod, etſi
ex altera tantum parte deſit con-
ſenſus, non contrahitur ſocietas.
d. l. j. §. Adeo. de pact. qui de om-
nibus contractibus generaliter lo
quitur: Et d. l. nec admittitur. ff.
pro ſoc. qui in ſpecie de ſocietate
loquitur; Et tradit Corn. in d. cõ
ſil. 251. nu. 2. vol. 4. Conſenſus .n.
Antonij defuit, quando ipſe Ioã-
ni reſcripſit quòd dimitteret iſta
nego-

negotia alijs tanquam nimiũ periculoſa; Sed quo ad aliud, ad ipſum Ioannem ſe remittebat. De diſſenſu Ioannis pariter apparet, quia ipſe, poſtquam intellexit mẽtem Antonij, ſuo proprio tantũ nomine geſſit negotium, & domum ſuo tãtum nomine conduxit, Et demum complura alia inſtrumenta ad iſtud negotiũm pertinentia celebrauit ſemper ſuo tãtum nomine, & nunquam de Antonio fuit factũ verbum aliquod: Iſti enim nedum nõ ſunt actus ſociales, ex quibus induci poſſit ſocietas, Sed potius ſunt actus omnino contrarij & repugnantes ſocietati; Ideo &c. vt per Bar. in d. §.altero. & in d.l. ſi patruus.cum alijs ſupra allegatis.

¶ Non etiam obſtat quod Ioannes acceſſerit ad tractanda nõnulla negotia, quæ ipſi Antonio propoſita fuerant, Et quod illum poſtea certiorẽ reddiderit quam partem ipſi ambo habituri forẽt: Ex quibus elicitur ipſos fuiſſe ſocios, Quoniam reſpõdetur admitti id poſſe, qđ intentionem habebant ineundæ ſocietatis ſuper quibuſdam negotijs: Verum aliter ſubſecutum & concluſum fuit, Quia ipſe Antonius noluit negotium illud acceptare, quod ſibi per Ioannem fuit propoſitum, ſed ad illũ ſcripſit, quòd alijs ſuſcipiendum illud dimitteret: Et ipſe Ioannes illud ſuſcepit ſuo proprio nomi-
13 ne, Et iſtud, quod fuit concluſum eſt attendendum, Non autem illud, quod tractabatur, vt eſt tex. in l.ſi voluntate.C.de reſcind.vendit.vbi Bal. not.& dicit meliorem tex. non eſſe in iure. Et Salic. etiã ibi not. Afflict. deciſ.385. col.4. ver.Tertiò ad hoc. Et eſt etiam ad hoc bonus tex. in l. ad probationem la.j.C.de probat.

14 ¶ Non etiam obſtat, quòd teſtes illum ſocium in d. affictu reputabant: Quoniam oportet videre quam bonam & concludentem rationem aſſignẽt, Aliàs aut nihil probant, Imo eorum talis depoſitio eſt ipſo iure nulla, vt per Bal. in l. ſolam.& in l.teſtium.C.de teſtib. Et præſertim quando deponit ſuper his, quæ non percipiuntur ſenſu corporeo, vt eſt in caſu noſtro; Quo caſu etiam non interrogatus tenetur reddere rationẽ, vt per Felyn.poſt Inn. Abb.& alios in c.cum cauſam.col.2. ver. Fallit ſecundò.extra de teſtibus.

¶ Vltra quod licet iſti dicant qđ ipſi illum reputabant ſocium in illo affictu, tamen non probant neceſſariò & concludenter, ſicut
15 etiam quando teſtis dicit, qđ ita ſibi videtur aut non videtur, quia non ſequitur, Ita ſibi videtur, ergo ita eſt, vt p Bal. in l.data opera. col.10.ver. item no. quòd ſi teſtis. C.qui accuſ.non poſſunt.

¶ Non etiam obſtat, quod dicitur Ioannem dietim certiorẽ reddidiſſe

didiſſe Antonium de his, quæ in iſto negotio gerebantur: Ex quo arguitur qđ ad eum quoque illud ſpectabat; Nã reſpondetur qđ iſtud non concludit, non .n. probat hoc eſſe, quod ad hoc contingit abeſſe.l. non hoc.C. vnde cognati.l. neque natales.& l. ad probationem.ij.C.de probat.C.in pſentiã de probat. Certiorẽ igitur illum reddit ex alijs cauſis, puta quia ſibi erat frater, & quia aliàs fuerat inter eos ſocietas: Ideo nõ eſt mirum ſi illum certiorem redderet; Non tamẽ ſequitur qđ ex hoc inducatur ſocietas: Iſte .n.
17 non eſt modus inducendæ ſocietatis, neq; iſte eſt actus, qui citra ius & nomẽ ſocietatis fieri neqat, vt dicunt Doctores ſupra per me allegati, vt Corn.in conſ.174.col. 2.ver.& ptout vol.3.& in conſ.54. col.j. vbi in ſpetie declarat qđ illi actus, qui citra ius & nomen ſocietatis fieri poſſunt, non probãt ſocietatem: Et præſertim quia is, q allegat ſocietatem, tenetur illã cõcludenter probarẽ per l. ei, qui dicit.ff. de probat. & l. actor.C.eod. tit. vt ibi p eum. Multò ergo minus hoc in caſu noſtro ſufficiet, cum interueniant alij actus ſocietati omninò contrarij, Immo verò diſſenſus vtriuſq; partis expreſſus, vt dictum eſt ſupra.

Laus Deo Opt. Max.

Paulus Leonius Iureconſ. Patauinus, Conſiliar. Ducal.

SVMMARIVM.

1 Socius non tenetur ex contractu ſui ſocij, niſi occaſione & nomine ſocietatis contractum ſit: Et in ſocietate omnium bonorum. num.3.10. et 23. Et quando eſt conuerſum in vtilitatem ſociorum: nu.23.& ſeq.

2 Duo requiruntur ad hoc, vt vnus ex ſocijs teneatur ex facto alterius ſocij.

4 Statutum, vt pater pro filio mercatore teneatur, intelligendũ eſt, quo ad ea, quæ ad illam mercaturam pertinent.

5 Socij ad certum negotiorum genus, puta cambij, non obligãtur, ſi vnus pecunias in depoſitum accipiat, et expreſſe ſocietatis nomine.

6 Perſona in contractu omiſſa nunq̃ ſubintelligitur.

7 Plura requiruntur ad hoc, vt quis tanquam inſtitor teneatur.

8 Etiam inſtitor non obligat illum, qui eum præpoſuit, niſi eius rei nomine, cui fuit præpoſitus.

10 Vnus ex ſocijs obligatur ex contractu alterius etiã inito extra cauſam ſocietatis, quando commodum ad ſocietatem peruenit.

11 Dos fratris minoris natu, quæ ad fratrem maiorem natũ peruenit, præſumitur in rem communem fuiſſe cõuerſam: Ideo de commuui eſt deducenda.

12 Si pater facit expenſas in domo, & onera matrimonij ſuſtinet, præſumitur quòd dos ad eum peruenerit.

13 *Si ſocius contrahit nomine proprio, alium ſocium non obligat, niſi in eiꝰ vtilitatem conuertitur, quia tunc alter quoque obligatur.*

14 *Actio quandoque datur aduerſus aliquem in ſubſidium, quæ aliàs nõ daretur.*

15 *Non eſt iuri aut rationi conueniens vt quis cum alterius iactura locupletetur.*

16 *Equitas legis, ſi me & Titium. ff. ſi cert. petit.*

17 *Pater quando & quo caſu obligetur ad reſtitutionem dotis per filium in eius poteſtate exiſtentem receptæ, & ſeqq.*

18 *Quando pater poteſt cogi ad ſe obligandum, tunc eius conſenſus ſufficit, & remanet obligatus: & num. 20. 25. 27. & 29.*

29 *Si filius vxorem accepit abſque ſcientia patris, tunc pater non obligatur ad reſtitutionem dotis, niſi de peculio & de in rem verſo, quatenus eſt verſum in patris vtilitatem: & numero 28.*

21 *Ratihabitio non ſolum verbis, ſed etiam facto inducitur.*

22 *Eo ipſo, quòd communitas ſoluit expenſas per Sindicum factas, videtur ipſum approbare, licèt minus legitimè creatus fuiſſet.*

23 *Si filia vnius ex fratribus aut ex ſocijs de cõi dat dotem filio ſuo alijs ſcientibus & non contradicentibus, inducitur tacitus conſenſus & donatio; ita quòd in diuiſione non poterũt illam detrahere.*

24 *Maius onus eſt dotem conſtituere, & ſoluere, quàm acceptam reſtituere.*

25 *Sufficit, quòd pater etiam tacitè cõſentiat filium vxorem ducere, aut dotem recipere, & nu. 27. & ſeq.*

26 *Pater in ſolidum obligatur, quòd iuſſu in contractu geſto per filium, non ſolum, quando expreſſus iuſſus patris interuenit, ſed etiam ſi ſimplex voluntas: Item ſi ratihabitio ſubſequatur, dato etiam quòd filius nomine proprio contraxerit.*

28 *Pater, licèt non teneatur ad reſtitutionem dotis per filium ipſo inſcio receptæ, tamen ſaltem de in rem verſo, ſi dos eſt conuerſa in illius vtilitatem, tenetur.*

29 *Pater poteſt cogi ad ſe obligandum pro dote filio ſoluta, quando vxorem ſibi condignam accipit, licèt patre inſcio.*

30 *Si pater patitur dotem filio datã deſcribi ſup libris cõmunibus, videtur tacitè conſentire, & ſe obligare.*

31 *Si is, qui habet immunitatem, ne ſoluat collectas, patiatur ſe deſcribi ſuper libris collectarum, & non contradicit, ſibi præiudicat; & videtur priuilegio ſuæ immunitatis renuntiare.*

Jn ma-

In materia ſocietatis.

Caſus, qui proponitur, talis eſt.

¶ *Quidam pater mercaturam exercebat vnà cum filijs ſuis, quos non conſtat fuiſſe emancipatos, Et titulus ſocietatis ita ſcriptus erat; Titius & filij: Accidit quòd vnus ex ipſis filijs duxit vxorem ſibi condignam, eamq; in domum patris ſui traduxit, qui pater eam vt nurum ſemper tractauit: Dos aũt fuit ſcripta & ſoluta in quodam banco in creditum ipſius filij, qui tamen, cum non haberet librum particularem, eam ſcripſit & annotauit, ac fecit dictũ bancum debitorem de dicta dote in libris cõmunibus ipſorum patris, & filiorum, in quibus etiam libris ipſe filius fuit factus creditor ratione dotium, & adhuc in dictis libris, quamuis ſint plures anni, remanet creditor ratione dictæ dotis: Et quod plus eſt, conſtat ꝑ dictos libros, qđ oẽs pecuniȩ dictȩ dotis fuerũt expenditæ & ſolutæ ꝑ mercibus emptis noĩe & ad vtilitatem ipſius ſocietatis.*

¶ *Quæritur modò, cum dictus filius non ſit ſoluendo, An pater in ſubſidium vel potius ꝑ obligationẽ teneatur pro ipſa dote tanq̃ pater, qui ſaltem tacitè approbauit dictum matrimonium, cũ paſſus ſit traduci nurum in domum ſuam non contradicendo, prout poterat, vel an teneatur de dicta dote tanq̃ vnus ex ſocijs, qui in ſolidũ eſt obligatus, maximè cũ iuris præſumptio ſit, qđ viderit dotẽ ſcriptã in libris ſuis, et factũ illud approbauerit & ratificauerit ſaltem tacitè non contradicendo.*

Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos.

CASVS iſte non modicam primo aſpectu videtur habere dubitationem vt dici debeat patrem iſtum nullo modo ad dotem prædictam teneri.

1 ¶ Dubitationem autem primò facit, quia ſocius non tenetur ex contractu ſocij, niſi quatenus ſocietatis occaſione ac nomine contrahat, vt probatur in l. ſi frater. §. ſi quis ex ſocijs. ff. pro ſocio.

2 ¶ Imo verò duo requiruntur ad hoc, vt vnus ex ſocijs ex facto alterius ex ſocijs teneatur, vt tradit Alex. in conſ. 139. col. j. vol. 5. vl't. qđ ille fuiſſet expreſsè, vel ſaltem tacitè negotiationi præpoſitus, ad quod multa ibi allegat, quȩ nõ refero: Item vltra hoc requiritur etiam vt ille ſocius, qui contraxit, contraxerit nomine aliorum ſociorum, quos poſtmodum illi vti creditores conuenire volunt, per not. per Bal. in l. iure ſocietatis. ff. pro ſocio. & alia allegat, vt ibi per eum: Et eſt aduertendum, quia etiam in caſu illo titulus ſocietatis ſup libris deſcriptus cantabat in perſona omnium, prout etiam in caſu noſtro, & tamen alij ſocij non aliter obligantur, quàm ſi ſocietatis nomine cõtractus ille fuerit celebratus: Et in effectu con-

cludit non dari actionem contra
alios ſocios: Ergo idem in caſu
noſtro dicamus,in quo pariter v-
trumq; deficit: Idem tradit Dec.
in l.ſocius.in primo not.ff.ſi cert.
pact. Sequitur Pariſ. cõſ.93. col.3.
ver. Geſta enim extra ſocietatem.
vol. j. vbi vult quòd geſta per ſo-
cium extra ſocietatem non obli-
3 gent ſocios. ¶ Item etiam in ſo-
cietate oĩum bonorum illud pro-
cedit, vt vnus ſocius non obligat
alios, niſi ex actu quæſtuario, in-
ter quos nõ enumeratur actus do
tis,vt tradit Alex.in conſ. 154.col.
j.in fi.& prin.vol.2.p tex.in l. coi-
ri.cũ multis ſeq.ff.pro ſoc. Quin-
imo expreſsè dicit quòd cauſa do-
tis non pertinet ad ſocios etiam
omnium bonorum, niſi expreſſe
hoc in ineunda ſocietate actũ fue
rit, vt ibi per eum in j.col.ver.ſed
præmiſſis non obſtantibus. Ad ꝙ
etiam facit quod concludit idem
4 Alex.in conſ.87.in 4.vol. ¶ Item
facit quod ipſe dicit in conſ. 113.
vol.7.vbi vult quòd ſtatuta diſpo-
nentia vt pater pro filio mercato-
re teneatur, intelliguntur .ſ. quo
ad ea, quæ ad illam mercaturam
pertinent, quam gerit ex conſen-
ſu patris: Et quod tradit Soc. in
conſ.31.col.pen. ver.tertiò proba-
tur.uol.j.Crau.conſ.236.col.3.
5 ¶ Præterea confirmantur prędi
cta ex his, q̃ tradit Petr.de Anch.
in conſ.382.vbi concludit quòd ſi
ſint ſocij ad certam negotiationẽ
puta ad miniſterium camborum,
ſi vnus pecunias in depoſitum ſu
ſciperet, etiam quòd expreſſe dicat
ſocietatis nomine, nõ tamen ob-
ligat ſocietatem, quia extra cau-
ſam ſocietatis eſt ipſe actus, vt i-
bi plenè per eũ: Ergò multo ma-
gis hoc in caſu noſtro dicendum
erit, vbi omninò extra cauſam ſo
cietatis eſt ipſe actus, de quo nũc
agitur; nec ſocietatis nomine cõ
traxit iſte, qui dotem recepit: Vn
de cum in ſcriptura, in qua dotẽ
traditam fuiſſe dicitur, non ſit fa
cta mentio aliqua de perſonis ſo-
ciorum, neque ſocietatis nomine
contractum fuerit,impoſſibile de
iure omninò dicitur, dari poſſe a-
ctionem contra alios ſocios. Per-
6 ſona .n. in contractu omiſſa nun
quam ſubintelligitur.l.ſi ita ſtipu
latus.§. Griſogonus.ff.de verb.ob
ligat.tradit Bart.in l.ſi patruus.C.
7 communia vtriuſq; iud. ¶ Et ſi
fortè diceretur iſtum patrem te-
neri ex contractu filij tanquã in-
ſtitoris ſui, vt per totũ ff. & C. de
inſtit. actione. Dico vltra qđ nõ
apparet ipſum filium fuiſſe tanq̃
inſtitorem ibi prępoſitum, requi
runtur plura concurrere, de qui-
bus p Alex.in conſ.44. col.2. ver.
præmiſſis non obſtantib. uol.2.
8 ¶ Quinimo etiam in inſtitore
hoc procedit ut non obligetur is,
qui eum præpoſuit, niſi ex contra
ctu celebrato illius rei gratia, cui
fuit præpoſitus. Ita declarat Petr.
de Vbal-

de Vbal.in tract. de duob.fratrib.
in nona parte.col.2.ver. Itē intelli
9 ge vernm. ¶ Iſtis tamen & mul
tis alijs ſimil. quæ adduci potuiſ-
ſent, non obſtantibus, contrariū
puto in caſu propoſito de iure ve-
riſſimum eſſe, vſt. quòd imo pater
iſte teneatur ad dotem prædictā:
Et hoc puto verum, ipſum ſcilicet
teneri ex vtroq; capite, vſt. & tan
quam ſocium, & tanq; patrem:
10 Et capiendo primum, vſt. quòd
tanquam ſocius teneatur, proba-
tur ſic: Non .n. eſt dubium com
plures eſſe caſus, in quibus ſocij
ex contractu vnius ex ſocijs inito
obligentur tanquam correi, vt p
Bart.in l.eandem.in 7.quæſt.ff.de
duob.reis. Paul.Caſtren. in l.j. §.
ſi plures ij. ff. de exercit.Iud.Bolo.
in conſ.52.col.fi. vbi infinitos al-
leg. Etſi quidem dicatur iſtud pro
cedere, quādo contrahitur ex cau
ſa ad ipſam ſocietatem pertinēte;
Secus verò ſi extra cauſam ſocieta
tis cōtrahatur, prout erat in caſu
noſtro, Quia tunc non tenentur
alij ſocij per ſupradicta: Reſpon
deo iſtud eſſe verum regulariter,
videlicet vnum ſocium ex contra-
ctu alterius ſocij extra cauſam ſo
cietatis contrahentis non teneri:
Fallit autem hoc, quādo commo-
dum ex illo contractu proueniēs
in vtilitatem ipſius ſocietatis fuiſ-
ſet conuerſum; Ita enim limitat
& declarat Iuriſconſultus in l. iure
ſocietatis. quæ eſt l.antepenult.ff.
pro ſocio. Ita etiam declarat Alex.
in eod.conſ.139.col.fi.ver.Ex qui-
bus concludit.uol.5. per tex. in l.
ei qui.C.quod cum eo.Idem dicit
Petr.de Vbal. in tract. de duobus
fratrib.in nona parte.col.2.in fin.
in ver.Primò quæro.& col.ſeq.vbi
in effectu infert ad deciſionē præ-
ſentis dubitationis: Vult enim,
quòd ſi vnus ex ſocijs vel fratrib9
dotem receperit, ſiquidem patri
ſoluta ſit, non eſt dubium qđ de
bonis cōmunibus omnium erit
deducenda: Si verò vnus ex fra-
tribus dotem ipſam receperit no-
mine ſuo, & tunc ſi probatur do
tem ipſam in vtilitatem commu-
nem fuiſſe conuerſam, tunc ſimi
liter ex communione erit deducē
11 da: Quinimo in fortioribus ter-
minis hoc ipſe ibi tenet ī ſeq. ver.
Secundò quæro. vbi vult quòd et-
ſi non appareat expreſſe dotem in
communem vtilitatem fuiſſe con
uerſam, ex quo tamen ita fieri cō
ſueuerat, quia frater maior natu
curam rei familiaris ac totius do-
mus habebat: Ideo ſi frater mi-
nor natu dotem ipſe recepit, præ-
ſumitur tamen in rem cōmunem
fuiſſe conuerſam, ideoq; de com-
muni erit deducenda, ut ibi p eū:
Multo ergo magis hoc ī caſu no-
12 ſtro dici oportet, quia aderat pa-
ter, qui erat caput familiæ, & oīa
adminiſtrabat, & expenſas rei fa
miliaris & onera matrimonij ſu-
ſtinuit, dicendum eſt præſumi do
tem

tem ipſam ad eum perueniſſe, qđ optimè confirmatur ex his, quæ concludit Cur.ſen.in conſ.53.vbi vult poſt Cyn. quòd ex quo pater facit expenſas &c.præſumendum ſit dotem ad ipſum perueniſſe: Et dicit ab iſta opinione in iudicando non eſſe recedendum: Sed in caſu noſtro non eſt opus his coniecturis, quoniam in facto narratur dotem in communem vtilitatem fuiſſe conſumptam: Quod idem etiam dicit Petr.de Vbal. in loco ſupra allegato in quarta quæſtione, ubi expreſsè dicit, qđ licèt

13 ſocius contrahens nomine ꝓprio alium ſocium non obliget, tamē ſecus quādo eſt in eius vtilitatem conuerſum, quia tunc etiam contra alium datur actio ꝑ illum tex. in d.l.ei qui.C.quod cum eo.Confirmātur prædicta ex his, quæ tradit Dec.in conſ. 66. col.3. ver. His tamen minimè obſtantibus, vbi vult quòd cauſa dotis tota pertineat ad ſocietatem communiter, quando eſt ſocietas omnium bonorum.

14 ¶ Idq; eò facilius in caſu noſtro procedere debet, quia iſte filius, qui vxorem duxit, fact᷑ eſt non ſoluēdo, ita quòd ſi ſecus diceremus, vxor uel eius hæredes dotem conſequi non poſſent, per quam rationē videmus dari actionem in aliquo caſu, in quo aliàs non daretur, ut tradit Marcellus Iuriſconſul. ut Vlpianus refert in l.j.in fi.cum l.ſeq.ff.de inſtit. acti. vbi Bart. & Paul. Caſtr. qui infert ad procuratorem: Et vult in effectu dari actionem in ſubſidium per rationem illius tex. prout hoc idem in pluribus tutoribus dicitur in l.j.§. nunc tractemus. ff.de tut. & ration.diſtrahen. Confirmatur etiam ex his, quæ tradit idē Petr.de Vbal.i d.ſuo tract.de duobus fratrib.in decima parte,verſi, Primò quæro,ubi in terminis vult inter ſocios in ſubſidium dari actionem contra vnum, qui aliàs non potuiſſet conueniri per rationem illius tex.in d.l.j.,& etiam in l.ij.ff. de inſtit.actione. Nam vult quòd ſi vnus ex ſocijs abſque aliorum cōſenſu vnum in ſocium receperit, isq; damnum aliquod ſocietati dederit, is autem, qui illū admiſit, aufugerit, detur actio in ipſum, qui admiſſus eſt ad fauorē aliorum ſociorum, licèt aliàs ipſis non teneretur. Et hoc in ſubſidiū ne aliàs ipſi fraudati remaneant, per illum tex.de quo ſupra, & per tex. quem ibi etiam allegat in l. j. §.fi.ff.de eo,per quem factum erit, Ad quod etiam optimè facit, qđ dicit tex.in l.auffertur.ff.de iure fiſci.& in l. ſi multi publicam.ff. de public.& ciect. Facit etiam tex. in

15 l.ex perſona.C. de probat. Neque enim conueniens iuris rationi eſt vt iſti pater & alij filij conſecuti fuerint commodum pecuniarum dotalium, Vxor autem vel eius hæredes illis fraudentur, & nullam habere

habere poſſint actionem ad illam conſequendã: Ad q facit tex. in d. l. j. in j reſpon. ff. de inſtit. action. Neque ratio naturalis patitur, vt quis cum alterius iactura locupletetur. l. nam natur. ff. de condit. in
16 deb. Et ſiquidem non alia via iſti cõueniri ad dotem iſtam poſſent, vtiq; deberent poſſe conueniri ex æquitate. l. ſi me & Titiũ. ff ſi cert. petit. Et hæc, quo ad primum caput attinet.
17 ¶ Dico inſuper, quòd iſte pater etiam citra cauſam ſocietatis, ſed vti pater poteſt conueniri ad dotis reſtitutionem: Nam quando filius in poteſtate exiſtens ducit vxorem, ſiquidem pater ſe obligat ad dotis reſtitutionem, tunc non eſt dubium ipſum teneri. Idẽ etiam quãdo ipſe pater dotem recipit, pariter obligatur: Sed etſi filius ipſe dotem recipiat, & pater conſentiat ſimpliciter (qui eſt caſus noſter) idem dicimus, quòd ſi
18 eſt obligatus: Quia p regula traditur, quòd ubi pater in aliquo caſu poteſt cogi ad ſe obligandum, eius ſimplex conſenſus ſufficit, & eſt obligatus: Ita tradunt Doctores communiter in l. ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matr. vt ibi per Bart. in pen. quæſtione. p Alber. in prin. & in fi. dum ponit diſtinctionem per Bal. Ang. Paul. Caſtren. Alex. & omnes ibi hoc tenent, quando accipit vxorẽ ſibi condignam, vt in caſu noſtro eſt:

19 Et eſt aduertendum, quia Doctores in caſu, in quo pater non obligatur, puta quia filius abſque eius ſcientia & cõſenſu duxit vxorem, nolunt tamen eum teneri de peculio vel de in rem verſo, quatenus ſ. ſit verſum in vtilitatem patris, vt ibi per Bar. Alber. & Ang. in ſpecie: Sed in caſu noſtro vtrumque interuenit, quia & voluntate patris duxit vxorem ſibi cõdignam, Patet, quia pater eam in domum ſuam recepit vt nurum illam tractando &c. vt infra dicam: Item & fuit ipſa dos in communem patris & filiorum vtilitatem conuerſa, ita quòd nulla ſupereſſe poteſt dubitatio, quin ipſe pater ſit obligatus ex prædictis: Hoc etiam tenuit Speculat. in tit. de donat. inter virum & vxorem. Aliàs de dote reſtit. in §. formatis inſtrumentis. in verſi. Sed quid ſi filius familias. Sequitur Aret. in conſ. 29. col. 7. in prin. in ver. Et in hoc ſecundo capite. Facit etiam quòd Dec. dicit in conſil. 376. in fi. vbi dicit,
20 quòd etſi pater bona ſua expreſſe non obligauerit pro reſtitutione dotis filij ſui, nihilomin' pro obligato habetur; Ex quo de neceſſitate pater tenebatur ſe obligare: Quòd autem in caſu noſtro volũtas ſeu conſenſus patris interuenerit, apparet quia vt dictum eſt, filius gubernabatur per patrem, & in eius domo habitabat, in eáque vxorem traduxit, & pater expenſas

ſas faciebat, ac onera matrimo-
nij ſuſtinebat, & vt nurum illam
tractabat: Ex quibus ſine dubio
reſultat approbatio ipſius matri-
monij, & conſequenter quòd de
eius conſenſu & voluntate omnia
ſecuta fuerint; Non enim verbis
21 ſolum, ſed & facto ratihabitio in-
ducitur. l. Paulus. ff. rem ratam ha
beri. l. reprehédenda. C. de inſtit.
& ſubſtit. ſub condit. fact. Corn.
qui etiam alia iura ad hoc allegat
in conſ. 347. col. j. ver. Nam & fa-
cto. vol. j. Quinimo facto magis,
quàm verbo voluntas declaratur,
l. ſi tamen. §. ei, qui. ff. de edil. edi-
cto. C. dilecti. de appellat. Dec. in
conſ. 583. col. 2. ver. Vlterius com-
probatur. Et in conſ. 586. col. fin.
cum infinitis alijs, quæ poſſent ad
22 duci: Facit etiá, quod tradit Spe-
culat. in tit. de ſynd. in ver. Sed po
ne, quòd vniuerſitas. vbi eo ipſo,
quòd cõmunitas ſoluit expenſas
per ſyndicum factas; cenſetur ex
hoc ipſum ſyndicum approbare,
licèt minus legitimè fuiſſet crea-
tus. Sequitur Alex. in d. conſ. 127.
& 175. vol. 5. Dec. conſil. 316. col. 2.
in fi. & conſ. 367. col. 2. Ergo idem
dicemus ĩ iſto, ex quo pater huic
filio & nurui exhibuit expenſas vi
ctus &c. dicatur ipſum matrimo-
nium & alia approbaſſe, & conſe
quenter obligatum eſſe ad dotem
vt dicit Crau. in conſ. 91. col. j. ver.
Secundò confirmatur. Et Papia.
in forma libelli, quo vxor agit ad
dotem & vſufructum. in ver. vxor
quondam. num. 29.
23 ¶ Confirmatur prædicta ex his,
quæ dicit Dec. in conſ. 68. col. fi. v-
bi in fortiorib. terminis vult poſt
Paul. Caſtr. in conſil. 211. in 2. uol.
poſt alios, quos ibi Dec. allegat,
Qđ ſi filia vnius ex ſocijs, vel vni'
ex fratribus de communi dotetur
alijs ſcientibus, & non contradi-
centibus, inducitur tacita dona-
tio, ſeu tacitus conſenſus; ita qđ
non poſſunt poſtmodum in diui
ſione illa detrahere. Ergo multò
magis hoc dicendum erit in pa-
tre ſciente & non contradicente
filium ſuum vxorem ducere, Imo
ipſam vt nurum in domum ſuam
recepit & alit, & ſcit filium ſuum
dotem recipere, & patitur eam in
libris communibus deſcribi: Imo
de eá diſponit ad communem vti
litatem, vt in facto narratur: Di-
cemus itaq; patrem ipſum obliga
ri ad eius reſtitutionem, cum præ
24 ſertim ex hoc nihil de ſuo eroget,
ſed acceptum reſtituat, ſeu id, q
in communem ſuam & filiorum
vtilitatem fuit conuerſum, maius
enim onus eſt dotem filiæ aut ſo-
rori conſtituere, prout erat in ca
ſu Decij, & aliorum per ipſum al
legatorum in d. conſ. 73. col. fin. q̃
ſit nurui reſtituere, vt colligitur
ex his, quæ habentur in auct. res-
que. C. communia de leg. & alibi
25 per Doctores. Et quòd iſtud verú
ſit ſufficere quòd pater conſentiat
etiam

ē͂t tacitè filio dotē recipienti, ſeu
vxorē ducenti, eſt vltra ṡ. dicta in
in ſpecie deciſio Bal. no: in tract.
de dote in 7.pat.in ſcđo priuileg.
col.2. ver. Si aũt ipſe filius, vbi in
ſpecie dicit ſufficere qđ pater exp̃ſ
ſe vel ē͂t tacite ipſi matrimonio cõ
ſentiat: Et dicitur tunc tacite con
ſentire, qñ vxor filij fuit in domũ
patris ducta, & ipſe pater onera
26 matrimonij ſuſtinet. ¶ Preterea
p̃batur iſta concluſio, quia quan
do pater ratũ hẽt contractũ geſtũ
p̃ filiũ in eius poteſtate exiſtentē,
obligatur ĩ ſolidũ qđ iuſſu, perin
de ac ſi ab initio eius iuſſu contra
ctus fuiſſet celebratus, vt eſt tex. in
l.j.§.ſi ratũ.ff.qđ iuſſu.qd locũ hẽt
ē͂t qđ ipſe filius ſuo proprio noĩe,
& non patris cõtraxerit, vt p̃ Bar.
in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.in duab'
vlt.opp.ff.de neg.geſt. Nã tiẽ. ille,
qđ iuſſu latè patet, vt non ſolũ lo-
cũ habeat, qñ exp̃ſſus iuſſus patris
aut Dñi interuenit, ſed ē͂t ſi ſim-
plex volũtas aut mãdatũ patris in-
teruenit, imo ē͂t ſi ratihabitio, vt
in d.§.ſi ratũ.& ita in terminis de
clarat Corn.conſ.256. col.4. in fi,
27 & ſeq.in prin.vol.j. Et ibi conclu-
dit, prout ſupra cõcluſum fuit, qđ
ex quo pater cogi põt ad ſe obligã
dũ ad reſtitutionē dotis p̃ filium
receptæ: Ideo ſi ſimpliciter cõſen
tiat pater, intelligitur obligatus,
per not.p̃ Bar. & alios in d.l. ſi cũ
dotem.§.tranſgrediamur.ff.ſolu.
matr. Et hanc dicit eſſe coẽm opi-
nionē, & qđ ad ea in deciſiuis nõ
eſt recedendũ, & qđ bona ipſius
patris ſunt tacitè pro ipſa dote re-
ſtituenda hippothecata, qñ ipſe
pater obligatur expreſſe vel ē͂t ta-
citè, vt ibi plenè per eum in 5. col.
in fi.& per totum: Et idem in effe
ctu voluit idem Cor.in conſ. 303.
in 2. col. vol.4. Et licèt in caſu, ſu-
per quo ibi conſuluit, interueniſ
ſet exp̃ſſus iuſſus ſeu exp̃ſſum mã-
datũ patris, quando filius dotem
recepit, tamen idem vult, etiam
q̃dãdo ſol'. conſenſus patris inter
28 uenit. Item ibi dicit qđ ē͂t in caſi-
bus, in quibus pater non tenetur,
vt quia filius, ipſo inſcio, dotē re
cepiſſet, tenetur tamē de in rē ver
ſo, quãdo dos eſt conuerſa in eius
vtilitatē, vt ibi p̃ eum, & ſupra di
29 xi. Et hunc caſum ē͂t ita determi-
nat conſulendo Ioan. de Ami. in
conſ. 90. vbi in effectu concludit p̃
illam rationem, quia pater poteſt
de iure cogi ad ſe obligandum p̃
dote filio ſoluta, quando vxorem
ſibi condignam accipit: Et hanc
dicit eſſe cõmunem opinionem,
vt in d.§.tranſgrediamur. Ideo di
cit quòd ē͂t quãdo ſimpl'r conſen-
tit matrimonio per filiũ contra-
cto, cenſetur obligatus, licèt exp̃ſ
ſe ſe non obligauerit, & bona ſua
ſunt tacitè hippothecata ad dictæ
dotis reſtitutionem, vt ibi per eũ:
Ex quibus omnibus ſatis arbitror
concluſionem iſtam remanere ſi-
ne difficultate.

30 ¶ Non omittam ēt ex abundan
ti, quoniam ſupra dicta ſatis ſuffi
ciūt qđ ex quo iſte pater paſſus eſt
dotē hanc deſcribi ſup libris ſuis,
ſeu ſup libris ſocietatis, & nihil
contradixit, ex hoc videtur cōfite
ri, qđ velit ad dotē poſſe cōueniri:
31 arg. eorū, q̄ in ſili caſu conſiderat
Ang. ī l. j. § ſi quis tutor. ff. quādo
appel. ſit p illū tex. quem ſequitur
& cōmendat Alex. in cōſ. 101. col.
prim. ver. tertiò principaliter. vol.
j. & in cōſ. 136. col. 5. ver. prætereà
ēt poſito. vol. 2. qđ ſi aliquis habēs
immunitatē à collectis deſcriptus
fuerit ſup libris collectarū, & cū
de hoc habuerit ſcientiā, non cō-
tradixerit ſeu non appellauerit, ſi
bi præiudicat, ita qđ pōt cogi ad
ſoluendū dictas collectas, quia ex
hoc videtur renūtiare priuilegio,
ſeu īmunitati: Ita ergo & in pro-
poſito dicamus, qđ ex quo pater
ſciuit, prout veroſimile eſt ipſum
ſciuiſſe dotē illā in libris ſuis fuiſ-
ſe deſcriptā, nec quicq̄ dixit aut
proteſtatus fuit, cenſeatur conſen
ſiſſe illi dationi dotis & matrimo
nio, Et ſi non aliunde reſultaſſet
eius conſenſus, vt ex ſupra dictis
conſtat, & conſequēter qđ ipſe re
maneat obligat⁹ ad dictā dotem:
Et ad prædicta ēt facit tex. in l. cū
precib. C. de probat. in l. vlt. in ij.
reſpon. in fi. c. arbitr. tut. Iaſ. in l. 2.
C. de diuer. reſcript.
33 ¶ Et ex iſtis ſatis aptè cōſtat ea,
q̄ in contrariū ſup. adducta fuere,
nihil obſtare: Nā licèt verū eſſet,
& pcederet regulariter loquēdo,
qđ vnus ex ſocijs nō obligatur ex
contractu alterius ſocij extra cau
ſam ſocietatis contrahentis, vt p
Alex. in d. conſ. 139. vol. 5. & p alia
ſupra alleg. Tamē ſecus eſt quādo
cōmodū eſt couerſum in vtilitatē
ſociorum, p d. l. iure ſocietatis. ff.
pro ſoc. cū alijs ſup. ad hoc alleg.
Et ipſemet Alex. vt alios nūc omit
tamus, declarat ibidē col. 2. ver. ex
34 quib⁹ concluditur. ¶ Et ideo ēt
ceſſat id, q tradit idē Alex. in cōſ.
113. vol. 7. & Soc. conſ. 31. col. pen.
vol. j. & Crau. conſ. 236. Quoniam
loquūtur, quia deficiebat iſtud, in
quo ſit potiſſima vis, vlt. qđ fuiſ
ſet id cōuerſum in vtilitatē ſuam
.i. cōem ſocietatis. Et eodē mō ēt
reſpōdetur ad conſ. Pet. de Anch.
331. & ad alia oīa ſupra in contra-
riū alleg. q̄ pcul dubio nō loquū-
tur neq; procedūt, quando eſt il-
lud conuerſū in vtilitatē ipſius ſo
cij, put erat in caſu noſtro: Quin
imo tunc Alex. & oēs cōueniūt ip-
ſum tūc teneri, & pferri quia hic
pater, qui ſimplr conſentiendo &
approbādo ēt tacitè matrimoniū
filij ducentis vxorē ſibi cōdignā
remanet obligatus, vt p Spec. per
Bal. no. p Corn. p Dec. p Ioan. de
Amicis, & alios in locis ſupra al-
legatis: Adeo qđ res videtur omni
pſus difficultate hoc caſu carere.
Paulus Leonius Iurecon ſ. Pata
uinus, Conſiliar. Ducal.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Res inter alios acta tertio non præiudicat.
2 Soror ſuccedit fratri ab inteſtato defuncto vnà cum patre in bonis maternis & auia materna, ſaluo vſufructu ipſi patri, tam de iure communi quàm ex diſpoſitione ſtatuti Patauini de ſucceſſ. mulier. & nu. 9. et 19.
3 Declaratur prædictum ſtatutum, et num. ſeq.
4 Quilibet poteſt ad libitum de bonis ſuis diſponere.
5 Plenior eſt ſucceſſio ex teſtamento q̃ ab inteſtato.
6 Quando pater in bonis filij ſuccedit ex teſtamento, non neceſſariò habet vſufructum in illis bonis, quia poteſt filius aliter de illo diſponere.
7 Filius familias teſtari regulariter non poteſt.
8 Quod lex aut ſtatutum non expreſſit, dicendum eſt quòd nec voluit.
10 Fratres aut agnati, qui poſt mortem fratris aut agnati naſcuntur, non dicuntur fieri fratres aut agnati illiusiam defuncti.
11 Bona prioris matrimonij licèt perueneri̇nt ad patrem excluſis filiabus fœminis, tamen ſunt omnino reſeruanda filijs prioris matrimonij etiã qđ ſint fœminæ: Nec poteſt pater de illis diſponere inter filios ſecundi matrimonij, & nu. 19. & 24.
12 Si pater tranſit ad ſcdas nuptias exiſtentibus filiabus prioris matrimonij habet vſufructum tm̃ bonorum ex priori matrimonio: Filia autem ſtatim habet proprietatẽ, nu. 19. 24.
13 Et pater de illis bonis non poteſt diſponere ad præiuditium filiarum.
14 Hereditate adita, An bona deſinant dici illius defuncti, cuius prius erãt, & num. 18.
15 Statuta ita intelligenda ſunt, vt minus corrigatur ius cõe, q̃ fieri poteſt: Et ne quis indebite damnũ patiat̃.
17 De iure cõi filia admittitur ad bona materna excluſis fratribus ſibi conſanguineis tantum.
20 Mater tranſeũdo ad ſcdas nuptias et legitima priuatur in bonis filiorũ prioris matrimonij.
21 Fauore filiorum prioris matrimonij ſtatutum eſt, qđ mater tranſiens ad ſcda vota habeat tm̃ vſufructũ in bonis illis. Ideo ſi filij oẽs prioris matrimonij decederent, acquireretur matri etiam proprietas.
22 Filia, licèt per ſtatutũ excluderetur à ſucceſſione, non tñ cenſetur excluſa ab eo, quod illi euenit per tranſitum matris ad ſecundã vota.
23 Iſta pœna priuationis bonorum per tranſitum ad ſcdas nuptias, ita habet locum in patre ſicut in matre.
26 Filia nuntiãs in manibus patris ſucceſſioni maternæ poteſt dicere ſe læſam ope reſtitutionis, niſi interuenit iuramentũ cũ pñtia conſanguineorũ.
27 Quæ interuenire debeant ad hæc, vt ranuntiationes, quæ per filias fiunt, parentibus, valida ſint.
28 Ad hoc vt adulta non poſſit petere reſtitutionẽ in integrũ, requirit̃ qđ ſit

ſit certiorata de effectu huius beneficij: Et hoc idem in alijs etiam caſibus procedit.

29 *Renuntiatio facta patri, cenſetur facta metu reuerentiali, quia non cē ſetur filia audere eius voluntati cō tradicere.*

30 *Quod procedit etiam ſi iuramentum interueniſſet.*

31 *Promiſſio quòd talis ratum habebit contractum, intelligitur quando cō tractus ille validus eſt, non autem quando infringi poteſt.*

32 *Annullato contractu principali promiſſio de ratū habendo ēt per aliū facta etiam cum iuramento remanet inefficax, & ſine cauſa.*

33 *Promiſſio quòd talis ratum habebit, intelligitur dummodo ſit licitum & honeſtum: Et ita qualibet promiſſio intelligitur, & num. 99.*

34 *Statutum reijciens omnem exceptionem, non tamen intelligitur reijcere illam, quòd actus non eſt validus, Et idem procedit in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris, & in qualibet alia diſpoſitione.*

36 *Contrahentes & alij diſponentes cē ſentur velle id, quod ius diſponit: & num. ſeq.*

37 *Verba intelligenda ſunt, prout boni & prudentes viri intelligerent.*

39 *Non dicitur contrauenire, qui contrauenit lege permittente.*

40 *Qui facit quod poteſt, vt ille ratū habeat, & non vult, excuſandus eſt: Et quomodo hoc procedat, nū. ſeq.*

Decedit filius relicto patre & ſorore; Queritur quomodo iſti ſuccedūt in bonis matris & auiæ? Et ſi pater tranſit ad ſecūdas nuptias, qd ex pdictis bonis ipſe amittat, & an poſſit de illis diſponere? Et de quadam ratihabitione habenda.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

PERSTRIGENDO rem ad caſum, qui nunc extitit, puto Magnificam Dominā Iuliam poſſe iuridicè quidem prætendere nunc, mortuo eius patre, ſucceſſionem in bonis matris & auiæ maternæ à fratribus natis ex ſecundo matrimonio hæredibus inſtitutis à patre. Quia præſuppono pro vero quòd quando Traianus filius maſculus frater dictæ Dominæ Iuliæ vtrinq; coniunctus deceſſit, mortua jam matre & auia materna, eidem ſucceſſit Magnif. D. Ludouicus eius pater pro dimidia, & Domina Iulia pro alia dimidia in effectu præſupponendo, quòd Cecilia fuerit iam de medio ſublata per mortem vel aliter: Et præſupposito etiam qd D. Ioannes à Ripa frater Vterinus fuerit vti forenſis horum bonorum incapax ex diſpoſitione ſtatutorum Paduæ: Nec D. Iuliæ quicquam obeſſe potuit

tuit trāſactio inita inter prędictū
eius patrem, & D. Ioannem à Ri-
pa: Quoniam ipſa non interue-
nit in illa tranſactione, nec vllus
1 alius eius nomine; Ideo res inter
alios acta nihil ei nocere poteſt. l.
ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.
& toto titulo. res inter alios acta
&c.

2 § Dico igitur Dominam Iuliā
omnino cōſequi poſſe in primis
ſuam portionem bonorum ma-
ternorum & auiæ maternæ: Et
ſuadetur hoc eſſe verū tàm ex di-
ſpoſitione iuris communis, vt eſt
caſus in auct. defuncto. C. ad Ter-
tull. & in corpore, quàm etiam ex
diſpoſitione ſtatuti Patauini ſub
rub. de ſucceſſ. mulier. circa prin.
ver. & ſi quis habuerit filium & fi-
liam. vbi caſus noſter decidi vide-
tur, quòd ſi pater habuit filium &
filiam vel filias ex eius vxore, &
moriatur filius, eius ſoror aut ſo-
rores ſuccedunt vnà cum patre pro
virili; ſaluo tamen vſufructu ipſi
patri, & iſte eſt caſus noſter ad vn-
3 guem: Nec dicat aliquis illū ver.
loqui ex teſtam. & ſic quando fra-
ter expreſſe vnà cum patre ſororē
aut ſorores vocauit, quoniā iſtud
minime verum eſt: Nam ver. prę-
cedens, poſſit tamen ille, bene lo-
quitur ex teſtamento: Sed poſita
illa deciſione, vſt. quòd quilibet
poteſt ad ſui libitum diſponere,
prout voluerit in ſua vltima volū-
tate, poſtea reuertitur ad ſuā ma-
teriam, vſt. quomodo mulieres ab
inteſtato ſuccedunt, quod ſatis a-
pertè ex modo loquēdi colligitur,
ſi rectè illum intueamur: Sed prę-
terea iſtud neceſſariò deprehendi
ditur, quia ſubijcitur in eodē con
textu, quòd ſoror fratri vnà cum
patre pro virili ſuccedit, dummo-
do pater, quoad viuat, habeat v-
ſufructum: Ergo non loquitur ni-
ſi de ſucceſſione ab inteſtato, quia
in ſucceſſione ex teſtam. ſoror po-
teſt fratri ſuccedere, etiam non v-
nà cum patre pro virili, quia qui-
4 libet poteſt de ſuis bonis ad libitū
diſponere, præſertim relicta legi
tima illis, quibus de iure eſt relin
quenda. l. j. C. de ſacroſanct. Eccl.
l. j. i prin. ff. ad l. falcid. §. diſponat.
auct. de nup. & in terminis eſt tex.
in §. Si igitur legitime filius. eo. au
ctent. de nupt. & l. non vſq; adeò.
ff. ſi à parēte quis fuerit manumiſ.
quod & ipſummet ſtatutū ſupra
proximè dixerat in ver. præceden
ti. Et ad prædicta facit quod tra-
dit Salicet. in auct. ex teſtam. in ſe
5 cunda quæſtione. C. de ſecundis
nupt. vbi plenius ſucceditur ex te-
ſtamēto, quàm ab inteſtato, Quo
niam ex teſtamento ex libera di-
ſponentis voluntate, non ſic autē
ab inteſtato, vt ibi per eum. Item
6 in ſucceſſione ex teſtamento nōn
eſt neceſſariū quòd pater habeat
vſufructum bonorum filiæ ſuæ pro
fratrem eius relictorum, quia po-
teſt ſecus prouideri auct. excipitur.
C. de

C.de bon.quæ lib.ergo impoſſibi
le eſt; quòd ille ver. in ſucceſſione
ex teſtam.intelligatur. Præterquã
quòd, cũ ille tex. loquatur de ſuc-
ceſſione patris filio ſuo, & filius
7 familias teſtari regulariter nõ poſ
ſit.l.tam is.ff.de donat.cauſa mor.
Et Inſt.quibus nõ eſt permiſſ.fac.
teſtam.non eſt conueniens, quòd
intelligatur de ſucceſſione ex teſta
mento, quoniã oportebit reſtrin
gere ad filium,qui eſſet emancipa
tus,vel miles &c. quod non eſt di
cendum, Quia ſi ſtatutum de his
ſenſiſſet, veriſimiliter dixiſſet, l.la
8 beo.ad fi.ff.de ſuppellect.leg.l.ij.§.
Sin autem ad deficiẽtis.C. de cad.
tol. Igitur congruentius & magis
ad mentem ſtatuti eſt,vt intelliga
tur de ſucceſſione ab inteſtato,nõ
autem ex teſtamento.
9 ¶ Et iſta intelligentia, vlt. quòd
ſoror ſuccedat fratri ſuo defuncto
etiam ab inteſtato vnà cum patre
quãdo alius frater maſculus non
ſupereſt, eſt iuri & rationi, ac om
ni æquitati ſummoperè conſentã
nea: Quia cum iſte Traianus fra-
ter defunctus nullos alios habeat
fratres, nec poſſit habere, quia et
ſi pater, illo iam mortuo, aliã du
10 ceret vxorem, & filios ſuſciperet,
non efficerẽtur propterea illi iam
defuncto fratres aut agnati, quia
poſt eius mortẽ concepti fuerũt,
iuxta tex.in l. j. ∫. ſi quis prox. ff.
vnde cognati.l.j.§.ſciendum.in fi
ne.& l.Titius,ff.de ſuis & legit.&
in l.ſi qs filio exhęredato.in prin.
ver.non fuiſſe autem filio.ff.de in
iuſto rup.irritoq; teſt. Sed tantũ-
mõdo ſuperſit pater & ſoror, nõ
eſt conueniẽs,vt ſoror excludatur
in totum, prout rectè excluditur,
quando alij fratres maſculi ſuper
ſunt,vt dicit ſtat.in prin.&in ver.
idem intelligendum eſt: Et mul-
tò magis hoc in terminis iſtis pro
cedit, quia ſic oĩa bona matris &
auiæ Dominæ Iuliæ tranſirent &
pertinerent ad filios ex ſcđa vxore
ſui patris ſuſceptos,qui nihil peni
tus attinebant Dominæ Angelæ
matri, nec Dominæ Lauræ auiæ
ipſius D. Iuliæ, Ipſa verò in totũ
excluſa remaneret, quod ſatis ini
quum & irrationabile foret.
11 ¶ Sed iſtud præterea deciſum re
perio in longè fortioribus termi-
nis per Salicet.in l. fœminæ.∫. il-
lud in fi.C. de ſec.nup.vbi format
quæſtionem talem; Stante ſtatu-
to quod excludebat filiam fœmi-
nam propter fratrem maſculum,
ac etiam propter patrem, quod
eſt fortius; ſi contingat matrẽ de
cedere, ſuccedit filius maſculus ex
cluſa filia ſorore ſua; ſi poſtea fi-
lius maſculus decedat,ſuccedit ſo
lus pater excluſa filia, quia ſtatutũ
illud eam non admittebat vnà cũ
patre ad ſucceſſionem fratris, put
ſtatutum noſtrum facit: Vult ta-
mẽ quòd ſi poſtea pater aliam du-
cat vxorẽ, & ex ea filios ſuſcipiat,
qđ nihilominus filius prioris ma

trimonij peruenerunt, ita tenetur
reſeruare etiam fœminis prioris
matrimonij, licèt per eum prius
excluſis, ſicut & mater tranſeun-
do ad ſecunda vota tenetur: Et ſic
ſequitur, quòd cum pater tenea-
huiuſmodi bona filijs prioris ma
trimonij reſeruare, nõ potuit Ma
gnificus Eques D. Ludouicus de
his bonis teſtari in filios ſecundi
matrimonij, qui nihil iuris ha-
bent ĩ iſtis bonis in pręiuditium
Dominæ Iuliæ filiæ, & nepti Do-
minæ Angelæ, & Dominæ Laurę
reſpectiuè, à quibus duabus bona
iſta peruenerunt: Vnde ſequitur
quòd Domina Iulia, nedum ad di
midiam horum bonorum admit
tatur, quæ ex diſpoſitione ſtatuti
Patauini in d. ver. Et ſi quis habue
rit filium & filiam, ad eam perti-
neant, Verum etiam ad omnia il
la bona, q̃ patri ſuo ob mortem
Traiani obuenerunt, per illam de
ciſionem Salicet. in d. ſ. illud. vbi
dicit ſe ita in facto obtinuiſſe, Et
illã deciſionem approbat Albert.
Brun. in tract. quod ſtantibus ma
ſculis &c. in octauo artic. quæſti.
15. Ruin. idem dicit in cõſ. 58. vol.
12 5. Et facit ad prædictam conclu-
ſionem quod tradit Dec. in conſ.
87. col. 3. ver. Et hoc etiam proce-
dit, vbi ex quo pater tranſit ad ſe
cundas nuptias, ei vſufructus tan
tum acquiritur, & ex tũc proprie
tas cõuertitur ad filias prioris ma
trimonij, ita quòd etſi interim de
cederent, nihilominus ad filios
13 tranſmitteretur: Ergo pater de
his diſponere non poteſt ad illa-
rum pręiuditium, vt in ſpecie dę
clarat Roman. in l. ſi cum dotem.
col. 10. verſi. tu tamen aduerte. nu.
14 33. ff. ſolut. mat. Nec dicatur quòd
ex quo iſta bona prius delata fue
runt Traiano filio maſculo, non
dicuntur amplius bona materna,
ſed ex illius aditione deſierunt di
ci bona materna ad not. in l. j. ſ.
veteres. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ſed
ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pupil.
Ideoque in eis nullum ius habere
poſſit Domina Iulia: Quoniam
dico, quòd immo non propterea
deſinunt dici bona materna, quo
ad hoc, vt filiæ poſſint ea conſe-
qui, vt eſt deciſio Cor. in terminis
in conſ. 311. col. 2. ver. & licèt bona
matris tranſeant in filium. vol. 4.
Nam poſita pro vera illa opinio-
ne, quòd hæreditas adita non di-
catur amplius propria & vera hæ
reditas, Quam cõcluſionem ego
copioſe tractaui in l. qui Romæ.
§. duo fratres. in j. not. ff. de verbo
rum obligat. & contrarium veri⁹
de iure demonſtraui, tamen etiã
alia opinio non obſtat in caſu no
ſtro: Quoniam illa ſic limitatur
non procedere, quando per ſtatu
tũ excluderentur cognati propter
agnatos, & verſaremur in hære-
15 ditate ſeu bonis maternis, Quia
licèt agnatus bona illa prius ac-
quiſiuiſſet, tamẽ adhuc bona ma-
terna

terna dicontur, præſertim cum
ſic ſeruetur diſpoſitio iuris com-
munis, quòd corrigitur per iſta
16 ſtatuta, quod fauorabile eſt, l.prę
cipimus.i fi.C.de appellat. c. cum
expediat.de elect.in 6. Et ita ſem-
per ſunt interpretanda ſtatuta, &
ne quis indebitè damnum patia-
tur; vt in ſimili caſu declarat Ri-
minal.in conſ.172.col.3.vbi ſtatu
tum vocans proximiores intelligi
tur de proximioribus ex vtroq; la
tere, prout de iure communi in-
telligitur, & ne quis debita ſucceſ
ſione priuetur: Ita ergo in propo
ſito bona materna adhuc iſta di-
centur, licèt p filium agnita, put
de iure communi intelligitur: Et
ne Domina Iulia filia Dom. An-
gelæ & neptis Dominæ Laurę pri
uetur indebitè had ſucceſſione, &
ad alios deueniant, qui illis mulie
ribus nihil attinebant: Alciat. in
conſ.21.lib.2.Natta.conſ.172.col.
17 j.Diſpoſitio autem iuris commu-
nis eſt, vt ſoror admittatur ad bo
na materna excluſis fratribus con
ſanguineis.l.de emancipatis.C.de
legit.hæredib.Corn.in conſi.311.
18 in prin. vol.4. Et in terminis iſtis
illam concluſionem, quòd hære-
ditas deſinat dici hæreditas p adi
tionem: Ita limitat Brun.in d.ſuo
tracta. in octauo membro. in 18.
19 quæſtione in fin.Sed præterea ca-
ſus iſte videtur decidi per Bal. in
auct.de teſtam.in vltima quęſtio.
C.de ſecundis nupt.Immo per Iu

ſtinianum in §.Gregoriam.in au
cten.de non eligen.ſecundo nub.
vt Bal.ibi dicit. Concludo igitur
D. Iuliam conſequi indubitanter
debere portionem ſuam bonorũ
iſtorum ob mortem Traiani fra-
tris ſui, cui ipſa vnà cum patre
ſucceſſit, ſaluo vſufructu ipſius pa
tris, & hoc ex diſpoſitione iuris
communis, ac etiam ſtatuti Para
uini ſup. dicti: Item & portionem
ipſi patri obuentam, quoniam il
lã reſeruatã tenetur filijs primi
matrimonij per doctrinam Sali-
ceti & Brun.ſupra allegatam, ſicut
mater tenetur, vt Bal. etiam dicit
in d. auct.ex teſtam. in prin. & in
vlt.col.ver.ſed ſtatim. vbi promi-
ſcuè loquitur tam de viro, quàm
de vxore: Sequitur Ioan. de Garon
ibi num.55.& ſeq. vbi veriſſimam
dicit opinionem Bal. & commu-
nem; Et illud, quod in matre ibi
dicitur, dicit & in patre procede
re, vt per eum ante num.28.in ver
ſic. Sed quia iſte tex.per not.in d.
l.fœminæ.§.illud.eod.tit. Immo
hoc etiam procedere dicit in alijs
aſcendentibus, vt ibi p eum poſt
Mateſil. quem allegat: Et de hoc
eſt tex.in l.mater.C.ad Tertul.vbi 21
matre tranſeunte ad ſecundas nu
ptias, proprietas bonorum pater
norum trãſit ad filios vel ad filias
prioris matrimonij: Ergo idem
in patre ſecundò nubente ſeruan-
20 dum eſt per ſupra dicta. Idem di
xit Bal.in conſ.313. in primis ver-
bis

bis vol. 4. Et quod idem dicit in conſilio 49. in 5. vol. vbi nedum alijs bonis, ſed etiam legitima priuatur mater tranſiens ad ſecũda vota, Et licèt ibi adeſſet ſtatutum, idem tamen eſſe dicit de iure cõi: Et in conſil. 231. eo. vol. & ꝙ idẽ Bal. dixit ĩ conſ. 43. vol. 2. Et quod tradit Pet. de Anch. in conſ. 101. in prin. & in conſ. 278. vbi fauore filiorũ primi matrim. introductũ eſt, vt mater trãſiẽs ad ſcḋas nuptias habeat tãtũmodo vſufructũ talium bonorum. Vnde ſi oẽs deficere nt, tunc ẽt proprietatem haberet: Et idem dixit ĩ c. vlt. col. 2. nu. 8. extra de ſcḋis nupt. Et qđ
22 dici t Dec. in conſ. 296. vbi etſi filia ꝑ ſtatutũ excludıtur à ſucceſſione, tñ nõ excluditur ab iſto lucro, ꝙ illi ex diſpõne legis obuenit ppr tranſitũ ad ſcḋas nuptias: Et iſtud
23 quod dicunt Doct. de hac pœna, quæ imponitur mulieri tranſeunti ad ſcḋas nuptias, habet locũ in patre, vt ſupra dixi ex Salicet. & alijs ſupra alleg. Quibus nunc addo Dec. multum ad propoſitũ noſtrum in conſ. 87. col. 2. ver. Reſtat ergo tertius caſus. vbi multos ad hoc alleg. præter notata in d. l. fœminæ. ſ. illud. C. de ſecund. nupt. vbi etiam dicit illud, quod ego ſupra dixi, qđ licèt adita fuerit hæreditas per vnum filium, non deſinunt propterea illa bona dici materna; Et in conſ. 236. col. j. dicit hanc eſſe cõem, vſt. quòd pœnæ appoſitæ mulieri trãſeunti ad ſecunda vota, habeant ẽt locum in viro: Addo etiã Soc. hoc idem expreſſe dicentem in conſ. 236. col. j. in ſecḋo dubio. vol. 2. Et hoc idem dixit Anch. in d. C. vlt. de ſecundis nupt. Latè Rui. diſputat, & ita cõcludit etiam in fortioribus termi nis in conſ. 58. vol. 5.

24 ¶ Ex prædictis igitur remanet concludendum Magnificam Dominam Iuliam in effectu nunc obtinere poſſe vniuerſam ſucceſſionem bonorũ matris & auię: Quia tẽpe mortis Traiani ipſa in dictis bonis vnà cũ patre pro virili ſucceſſit, ſaluo vſufructu etiã portionis ſuæ ipſi patri rõne patriæ poteſtatis, iuxta l. j. C. de bon. mater. qui vſufructus ad ipſam reuertitur, & cũ proprietate conſolidatur, quãdo tranſit ad ſcḋas nupt. Et nunc quãdo ipſe mortuus eſt, illa ẽt portio dictorũ bonorũ, q̃ illi contingit, pariter ad filium prioris matrimonij pertineat: Immo fortè hoc dici poſſet & à tempore, quo ipſe tranſiuit ad ſecundas nuptias: Quemadmodũ hoc in matre tranſeunte ad ſecundas nuptias dicitur reſpectũ bonorũ paternorũ, quòd ad filios prioris matrimonij ſtatim pertinent per
25 ſupradicta: Et iſtud etiam ita in effectu procedit, dato quòd Domina Cecilia ſuperuixerit Traiano fratri; Quoniã ipſa & pariter Dom. Iulia vnà cum patre pro ſua

virili portione ſucceſſit.d.auct.de ſuncto.C.ad Tertul.& in corpore & etiam in ſtatuto Patauino vt ſupra deducto,cui Dominæ Ceciliæ poſtea defunctæ ſimiliter pater & ſoror viriliter ſuccedunt iurib⁹ prædictis: Et denique Magnifica Domina Iulia cum ſola ſuperſtes ſit, ſuccedit in iſtis bonis & pro portione,quæ ad patrem peruenerat, Quoniam ipſe, cum ad ſcdas nuptias tranſit, reſeruare tenetur filijs primi matrimonij, vt ſupra fuſius probaui.

26 ¶ Verum vnus rantũ ſupeſt ſcrupulus, q̃ aliquã parere difficultatẽ põt in materia iſta,vl't.quia Mag. D. Iulia renunciauit patri ſuo cũ dotaretur,ſucceſſioni matris & auiæ &c.vt in inſtrum. dotali continetur. ¶ Sed tamen puto poſſe ex pluribus difficultatem hanc tolli: Et primò,quia ipſa Mag.D. Iulia ex illa renunciatione nõ modice lęditur: Primò .n. ſi Mag.D. Eques illi⁹ pater amiſit vſufructũ portionis, quæ ad ipſam iure ꝑprietatis pertinuit ob mortem ſui fratris D.Traiani à tempe, quo ipſe eius pater tranſiuit ad ſcdas nuptias, qđ fuit vltra annos viginti: Item & ab illomet tempe amiſit pater etiã portionem propriã ad fauorem & cõmodum filiæ prioris matrimonij, ſequitur ex hoc immodica læſio reſpectu fructuũ tot annorum: Ideoq; ratione immodicæ lęſionis reſcindi renunciatio illa põt & debet ſaltem ope reſtitutionis in integrum, præſer tim cum ipſa minor tũc erat tempore renunciationis, prout multum ad propoſitum tradit Deci. in conſi.180.in primo & ſecundo dubio, vbi vult quòd filia conſequi debeat non minorem dotem ex bonis patris, quàm ſit eius legitima; etiam quando adeſt ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione propter maſculos,Et loquitur ibi in fortioribus terminis, videlicet quando aderat iuramentum, vt ibi copioſe per eundem Dec. in conſ.379.col.vlt. Et quod tradit Alciat.reſpon.primo lib. 8. ſecundum vnam impreſſionem.

27 Et ad hoc, vt iſtæ renunciationes validæ fiant, tradit formam Bal. in conſilio 12. vol. 5. vbi inter cætera requirit iuramentum: Item adhiberi pręſentiã conſanguineorum, quorum vtrumque hic prætermiſſum apparet: Item ad hoc,

28 vt adulta remaneat excluſa à beneficio reſtitutionis in integrum, requiritur quòd ſpecialiter de huius beneficij effectu ſit cęrtiorata, vt tradit Bal. in conſilio 47.in vltimis verbis, vbi iſtam dicit eſſe cõem, etſi aliqui contrarium dixerint:Et in conſ.148.col.j.ver. in contrarium. vol.j. tradit Signor. de Homed.in conſ.216.ĩ prin.vbi loquitur de renunciat. Velleiani. qđ ſi mulier nõ ſit certiorata, nõ cẽſeatur illi renũciaſſe:Ideo infert quòd

quòd nec tutrix dicitur legitimè facta: Idem Bal. loquens de benefic. reſtitutionis in integrũ in cõſ. 148.col.j.vol.j. Imo dixit Crau. in conſ.282.col.5. & ſequenti in verſic. Capio ſecundum dubium, qđ quãdo nõ fuit plenè certiorata de iuribus ſuis, dolus præſumitur:

29 Prętẽrea ex alio capite iſta renunciatio nihil obſtat, quoniam fuit facta cum perſona, in qua cadere poteſt nimia reuerentia, & appdlatur Metus reuerentialis. Quia cum patre, cuius voluntati non cenſetur audere contradicere filia vt per gloſſ. in l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerũ actio non datur. Not. Bal. in Margar. ad Innoc. in verſic. pręces importunæ. & in verſic. metus. Facit etiam qđ ipſe Bald. dicit in conſ. 316. vol. 4. vbi renũciatio filij patri facta pręſumitur metu reuerentiali, ſi cauſa iuſta renunciandi non ſubeſt. Et quod idem Bald. dicit in ſupra allegato conſilio 148. col. j. volu. j. Quæ cauſa hic nulla adeſt, cur ſcilicet iſta Magnifica Domina renũciauerit iuribus ſibi verè & realiter competentibus pro ducatis mille centum, quos in effectu ex tota patris hæreditate habuit, & qui nec ad legitimam portionem aſcendunt: Idem dixit Ioan. Maria Rimin. in conſ. 39. col. 2. verſic. Sed poſito quòd uoluiſſet. vbi in effectu concludit, quòd renunciatio facta patri per filiam, quando filiæ eſt damnoſa, & patri vtilis cenſetur metu reuerentiali facta: Et meritò quidẽ, quia filiæ nõ audent patri illis ſic iubenti contradicere: Quod et experientia, quæ eſt efficax rerum magiſtra. c. quã ſit de elect. in 6. docet. Tradit etiã Crau. in conſ. 11. col. 4. ver. hic ta-

30 men admittendũ eſt. vbi & ſi iuramentũ in renunciatione interceſſiſſet, ꝙ minime in caſu noſtro fuit, reſcindi tamen renũciatio põt data enormi læſione, vt in caſu noſtro: Et idẽ ipſe dixit in cõſ. nup edito, quod ꝑ genero inſcribitur, nu. 254. vbi metus reuerẽtialis ꝑſumitur ob intereſſe patris, & ita eſt cõis opinio, ꝓut atteſtatur Alba. in conſ. 100. vbi cõplures allegat, vt videri põt: Nouiſſimè ꝓ deciſione hui⁹ caſus adduco optimam doct. Bal. in conſ. 331. vol. 3. ferè in terminis noſtris, imò ĩ fortioribus, quia puella acceptis quibuſdã prædijs ex bonis maternis cauſa ſuæ dotis cæteris iurib. ſuis renunciauerat cũ iuramento: Cõcludit ibi not. Bal. ipſam, obtenta abſolutione à iuramen. poſſe iura ſua & cętera bona cõſequi, & hoc plurib⁹ rõnib. vt ibi ꝑ eũ: Et inter cętera hãc allegat, ꝗa mulier illa ꝓ reb⁹ ſuis, quas in dotẽ accepit, renũtiat alijs ſuis bonis & iurib⁹, ꝙ itidẽ in caſu noſtro euenit: Nã Magnif. Domina Iulia in dotẽ habuit prędiũ, ꝙ erat ex bonis maternis ſuum, vt ſupra demõſtraui,

& ꝑ illo renũciauit cæteris bonis & alijs iurib. ſuis ſibi cõpetentib. in bonis ſui patris, à quo modicũ recepit habito reſpectu ad amplitudinẽ patrimonij, qđ nec ad legitimã quidẽ, & fortè nec ad illius dimidiã aſcendat: Meritò ad prędicta omnia optimè faciunt ea, q̃ habentur per Soc. in conſi. 263. in ver. Tertium dubium. vol. 2.

Laus Deo Opt. Max.

Et ita de iure concludendum cenſeo ego Paulus Leonius Patauinus Iuriſconſ. Conſiliar. Ducalis: Ideo ſolito meo ſigno ſignari iuſſi, ad laudem Dei Omnipotentis, & Beatiſſimæ Virginis matris Mariæ; ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

¶ Addo qđ ex hoc etiam inferri poteſt, quòd licèt Magnifi. Eques Dominus Hieronymus Candi ꝓmiſerit pro ſe & hæredibus ſuis, quòd Domina Iulia ratam habebit dictam renunciationem per ipſum factam, aſſerendo ſe ab ea habere mandatum, quod non vidi: Tamen non tenentur ipſi hæredes hoc nomine; Quoniã pro-
31 miſſio illa, quòd D. Iulia ratam habebit illam renunciationem, intelligitur quatenus aliàs de iure ipſa valida ſit, Non autem eſt intelligenda, quando à iure eſſet improbata, quia iſta non debet dici renunciatio, quam lex improbat aut ratione læſionis, aut alia. l. 4. §. cõdẽnatum. ff. de re iud. l. nõ putauit. §. nõ quęuis. ff. de bonorũ poſſeſs. contra tab. Clem. paſtoralis de re iud. Bart. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Cor. conſ. 140. in princ. vol. 4. tradit Bal. loquens in ratihabitione. Et eſt pulchra deciſio Petr. de Anch. in conſil. 330. col. 6. uer. Deſcendo ad obligationem Laurentij. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet quando appoſitum erat iuramentum, & promiſerat ille de ſuo in caſu non ſecutæ ratificationis; Et nihilominus concludit, quòd non teneatur promittens, etiam quòd non ſit ſecuta ratificatio pręſuppoſita iniquitate actus principalis; quia & ipſe vt expromiſſor põt opponere doli exceptionem:
32 Item quia ſublato contractu principali remanet ſua promiſſio ſine cauſa, ideo non poteſt effectualiter conueniri, l. 2. §. circa. ff. de exceptione doli. Et eum ſequitur Soci. in conſ. 159. col. pen. ver. & ex p̃dictis omnibus. & col. ſeq. verſi. 4.
33 quòd ex quo. vol. 2. vbi in effectu & ipſe vult quòd promiſſio, quòd talis ratificabit, intelligit ea, quæ ſunt licita & honeſta, non autem quæ iniquitatem continẽt: Et ita dicit fuiſſe conſultum per Alex. & per alios ſolennes Doctores ĩ conſil. 101. in fi. & conſil. ſeq. num. 3. vol. 4. Nã quælibet promiſſio aut diſpoſi-

diſpoſitio, licèt ēt verbis pręciſis facta, recipit tamē interpretatio-
34 nem à iure, Et ſtatutum reijciens omnem exceptionem contra actum, non excludit propterea exceptionem, quòd ille non eſt act⁹ validus, ut tradit Dec. in conſ. 356. col. j. uer. primò ergo non obſtat. & col. 2. uer. Similiter non obſtat.
35 Et iſta talis interpretatio fit etiam in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris, l. j. C. ſi plures vna ſententia. Not. Bar. in l. Iulianus. col. 3. ff. de condi tio. in debit. cum ſimilibus, prout declarat Paul Caſtren. in conſ. 270. col. j. uol. 2. Ita ergo in propo ſito, licèt ſimpliciter promiſerit Magnif. Eques, quòd Domina Iu liā ratum habebit illum actum; intelligitur tamen quatenus aliàs de iure validus ſit, & non improbatus, & ſecundum iuris diſpoſitionem, ut tradit Petr. de Ancha. in conſ. 32. num. 3. & in conſ. 44.
36 circa prin. Et contrahentes, ac alij diſponentes cenſentur velle id, quod ius diſponit: Alex. in conſil. 122. col. 2. uer. Quinimo. uol. 4. Idem Anch. in conſ. 400. col. ult. verſic. Sed hac ratione non obſtante. & in conſ. 421. in prin. Et quod tradit Bar. in l. ſi quis ſub conditione in fi. ff. de conditi. inſtitut. Afflict.
37 deciſ. 361. num. 27. Item verba ſic intelligenda ſunt, prout boni & prudentes viri intelligerent, vt in alio caſu dixit Bal. in conſ. 424. in prin. vol. 4. Vnde quòd promiſſio de ratificando intelligatur etiam quādo illa Domina fuit læſa, non eſſet bona nec prudens intelligen
38 tia: Item verba contrahentium ſecundum iuris diſpoſitionem intelliguutur: Bar. in l. vxorem. §. teſtamen. ij. ff. de legat. iij. Riminal. conſ. 259. col. pen. Et quod ipſe dicit in conſ. 314. col. pen. vbi licèt maritus promittat reſtituere dotem, tamen non intelligitur, niſi eueniat caſus, in quo lucretur partem eius ex diſpoſitione iuris aut ſtatutorum loci: Item niſi efficeretur non ſoluendo, quia his caſibus, in quibus à lege aliter reperitur diſpoſitum, non cenſetur facta promiſſio; Ita ergo non cenſetur facta promiſſio de ratificando eo caſu, quo propter læſionem lex ei ſuccurrit, & permittit contrauenire, & improbat actum ip-
39 ſum, vt in caſu noſtro: Ad quod facit, quod tradit Bal. in l. cū quis ver. ſed quid ſi dixi. ff. de condit. cauſa data. vbi non dicitur contrauenire is, qui contrauenerat lege permittente: Et Corn. conſ. 11. num. 10. & ſeq. vol. 4. Sed alia etiā
40 via poterunt ſeipſos tueri ipſi hæredes Magnif. Equitis de Candis, vſt. quia cum interpellabuntur vt faciant Magnificam D. Iuliam ratam habere renunciationem, tūc faciant omne eorum poſſe, vt illam ratam habeat; Quod ſi ipſa noluerit, tunc erunt excuſati, nec in aliquo tenebuntur: De hoc eſt pul-

pulchra deciſio Thomæ Gramat. poſt ſuas deciſ. in ſecunda quæſt. vbi poſt Aret.& alios, quos ibi al legat, dicit hanc eſſe communem opinionem & iuridicam, ac iuri conſonam: Vltra eum hoc tenet Dec. in conſil. 313. vbi huiuſmodi promiſſiones intelliguntur,& tūc habent effectum, ſiquidem promittens interpellatus fuerit in mora non faciendi quicquid poteſt: Et idem in effectu ipſe vult in conſil. 323. in 2. col. vbi niſi expreſſe talia

41 lia verba apponantur in promiſſione, vſt. quòd ad pœnam ſeu intereſſe promittens teneatur, ſi nō fuerit effectualiter ſecuta ratificatio, ita quòd non excuſetur etiam faciendo quicquid poteſt, Certè faciendo quicquid poteſt excuſabitur, ut ibi per eum: In caſu autem noſtro nedum talia verba appoſita non fuerunt, ſed nec video pœnam aliquam promiſſam fuiſſe aut intereſſe, ſed ſimpliciter dicitur quòd promiſit de rato, nec eſt appoſita dies, neq; etiā de ſuo ſatisfacere promiſit, vt declarat idem Dec. poſt multos, quos allegat in conſ. 439. num. 5.& ſequentibus: Neque etiam fuit appoſitum iuramentum: Ideo dici poteſt qđ fortè ad aliud non teneantur hęredes ipſius promiſſoris iuxta trad. per Abb. in c. ex. literis ij. in primo notabili, & in gloſſ. j. extra de ſponſalibus.

Idem qui ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Conditio iniuncta inſtituto non cenſetur repetita in ſubſtitutum, niſi illud fuerit expreſſum.*

2 *In legatis autem ſecus eſt, & ratio aſſignatur diuerſitatis.*

3 *Item conditio appoſita in vna ſubſtitutione, non cenſet̄ repetita in altera,*

4 *Quod tantò magis procedit, quando teſtator reſtrictiuè & limitatè locutus eſt.*

5 *Verbum, eius, idem ſignificat quod verbum, ipſius, & reſtringit diſpoſitionem ad perſonam noīatā tantū.*

6 *Fideicom. eſt odioſum & oneroſum; ideo qualitas in vna parte appoſita non cenſetur in altera repetita.*

7 *Ad inducendam reciprocam ſubſtitutionem fideicōmiſſariā tria requiruntur.*

8 *Quando teſtator vocat proximiores deſcendētes, cenſetur feciſſe fideicō:*

9 *Quod intelligitur actiuè, quòd ſint vocati, non autem paſſiuè.*

10 *Mens coniecturata teſtatoris vbi liquida & clara attenditur.*

11 *Attenditur id, qđ ſi teſtator fuiſſet īterrogat⁹, veriſimiliter reſpōdiſſet.*

12 *Mens veriſimilis teſtatoris colligi non poteſt, quando verba penitus deficiunt.*

13 *Voluntas teſtatoris non regulatur à ratione; ſed à ſolis verbis expreſſis, & num. 19.*

15 *Verbum quandocunq; importat ſubſtitutionem compendioſam.*

16 *Compendioſa ſubſtitutio eueniente*

caſu

caſu ſubſtitutionis non differt à ſimplici fideicommiſſaria.

19 Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum, quod declaratũ, vt nu. ſeq. & num. 20. & 21.

20 Teſtator non præſumitur in eodem teſtamento ſe corrigere: Item vna pars teſtamenti alteram declarat.

22 Filius hæres patris non poteſt venire contra alienationem à patre factam de bonis fideicom. ſubiectis.

Fideicommiſſum non inducitur vbi non ſunt verba illud ſignificantia, aut ſaltem coniecturę probabiles & neceſſariò concludentes.

QVOD doctè & acutè reſpondit Eccellentiſs. D. Bartholomeus Zaghius ꝓ D. Bernardino Siluatico, & mihi ſummoperè placęt: Exiſtimo equidem conditionem illam reſtitutionis fideicommiſſi à teſtatore impoſitam Domino Bernardino filio hæredi inſtituto non cenſeri repetitam in D. Ioannem & Petrum ſubſtitutos; vt .ſ. altero eorum decedente ſine filijs, ſuccedat ſuperſtes, vel eorum filij; atque ita credo, quòd mortuo D. Ioanne relictis filijs, bona non ſunt reſtituenda ipſis filijs tanquam quòd adhuc ſubiaceāt ipſi oneri reſtitutionis:

1 Nā illa conditio impoſita (vt dixi) D. Bernardino inſtituto non cenſetur repetita in D. Petrum & D. Ioannem ſubſtitutos: Primò ex l. ſub condit. ff. de hæred. inſti. cuius verba hæc ſunt: Sub conditione hęrede inſtituto, ſi ſubſtituamus, niſi eandem conditionē repetemus, purè cū hæredem ſubſtituere intelligimur: Et ſimilis eſt tex. in l. ſi quis hęres ita. ff. de acquir. hær. Illa ergo cōditio & onꝰ reſtitutionis impoſitū in D. Bernard. hærede inſtituto, nō cēſetur repetitū ĩ D. Io. & Pet. ſubſtitutos.

¶ Secundò mouet me auctoritas multorum, qui manifeſtè ſcripſerunt, quòd conditio appoſita in inſtitutione non cenſetur repetita in ſubſtitutione: Ita Bar. in l. ſi mater. ſ. j. in fi. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Idem Bar. Bal. Caſtrenſ. & Imola in l. ſub condit. ff. de hęred. inſtit. Soc. in l. quæ conditio. nu. 4. ff. de condit. & demon. qui quidem Soci. reddit rationem differētiæ inter legata & ſubſtitutiones, cur ſcilicet in legatis permiſſa ſit regulariter conditionis repetitio, & non in ſubſtitutionibus: Idem quoque reſpondit Dec. in conſil. 190. col. vlt. ver. Tertiò non obſtat.

3 Et in ſpecie magis Gozad. in conſil. vlt. num. 4. poſt Corn. cenſuit, quòd conditio hæc, ſi deceſſerit ſine liberis, appoſita in vna ſubſtitutione non cenſetur repetita in altera; Quod quidem fortius eſt, cum facilior eſſe debeat repetitio condi-

conditionis ab vna ſubſtitutione in alteram, quàm ab inſtitutione ad ſubſtitutionem, cum in habētibus ſymbolum facilior ſit tranſitus.l.in rem.ff. item quæcunq;. ff. de rei vendi. Ita etiam Pariſ.in conſ.38. num.24. lib.2. manifeſtè reſpondit, quòd qualitas poſita in prima ſubſtitutione, non cenſetur repetita in ſecunda.

4 ¶ Tertiò ſuffragatur, quòd quādo teſtator reſtrictiuè, atque ita limitatè loquitur de ſuo primo hærede vel primo ſubſtituto, iniungendo eis onus reſtitutionis fideicommiſſi, illud onus illaque conditio non cenſetur in alium ſubſtitutum repetita: Ita poſt Soci. Dec.& Rub. reſpondit Crauet.in conſi.98. num.5. Atqui noſtro in caſu teſtator onus reſtitutionis fideicommiſſi, & conditionem limitatè atq; ita reſtrictè impoſuit D. Bernardino hæredi inſtituto: Ergo non cenſetur repetita in D. Ioannem & D. Petrum ſubſtitutos: Illa minor propoſitio probatur ex eo, qđ teſtator vſus eſt his

5 verbis; Etſi eius hęredes &c. Quod pronomen, eius, idem ſignificat, quod proximum ipſius, quod quidem perſonam oſtendit, & diſpoſitionem ad eam reſtringit, vt ad rem propè ſcribunt Ripa in l. filius fam.§.diui.num.3.de leg.j. & Capicius in deciſ.108.nu.2. Et in ſpecie hisq; terminis ſic reſpōdit Pariſ.in conſil.31.nu.25.lib.j.

6 ¶ Quartò cōprobatur hæc ſententia ea ratione, quòd hic agitur de onere fideicō. quod odioſum eſt.l.cohæredi.§.cum filiæ.de vul. & pupil. Et ibi ſcribunt Doct. atqui in materia & diſpoſitione odioſa qualitas poſita in una parte non cenſetur repetita in altera; Ita reſponderūt Dec. in conſ.567. num.6. Soc.iun.in conſ.13.nū.31. lib.3. Bero.in conſ.120.nu.69.ver. ſecundò reſpondetur.lib.2. & Ancha.in reſp.96. num.23. & 27. qui & alios recenſet: Ergo hæc conditio & qualitas adiecta D. Bernardino hæredi inſtituto, nō cenſetur repetita in D.Ioannem & D. Petrum ſubſtitutos.

7 ¶ Quintò & vltimò vrget plurimum, quòd ſi diceremus conditionem & onus reſtitutionis fideicom. eſſe repetitum in perſonas Dominorū Ioan. & Petri, & eorum altero deſcendente ſine filijs, reſtitueret ſuperſtiti vel eorū filijs, opus eſſet dicere, quòd inter eos facta fuiſſet reciproca ſubſtitutio; & tamen hoc falſum eſt: Nā vt reciproca ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit inter aliquos inducta, tria concurrere debent. Et primò quòd fiat expreſſe vltimo decedenti.l.vlt.ff.filium.de leg.j. & l.Lucius.ff.Caio.ff.ad Trebel. Et ſcribunt omnes in l.hæredes mei.ff. cum ita.eo.tit. Et ibi poſt omnes Zanchus nu.550. Secundò requiritur, quòd ſit facta in tota hæreditate

ditate, vel in omnibus bonis, vt ſcribunt omnes in l.Titia Sæio.§. Sæia libertis.de leg.ij Iaſ. in l.quidam teſtamen.in fin.ff. de vulg.& pupil. Et alios plures recenſet Zanchus in d. ∫. cum ita. num. 614.

Tertiò requiritur, quòd ſint expreſſe vocati; nec enim ſufficit, qđ ſint ĩ cõditione poſiti: Ita Soc. ſen.in d.§.cum ita.nu.3.& in conſil.113.in fi.lib.j.qui alios commemorat: Hæc requiſita non concurrunt in caſu noſtro; Nã hic non fuit ſubſtitutus expreſſe vnus horum fratrum alteri præmorienti: Non etiã hic reperitur facta ſubſtitutio in oĩbus bonis, vel in tota hæreditate: Nec ſufficit, quòd cum inſtitutio facta ſit ĩ omnib⁹ bonis, cenſeatur ſic etiam facta ſubſtitutio: Non enim ſufficit, ſicut in ſpecie reſpondit Alci. in reſpon.546.col.2.verſic. Secundum quod facta ſit.

¶ Non obſtant nunc adducta in cõtrarium, quibus etſi ſciam abunde reſponſum à præſtantiſſimo D. Conſultore, attamen non grauabor paucula quædam addere.

8 ¶ Primò obijcitur teſtatorẽ vocaſſe, atque ita ſubſtituiſſe proximiores deſcendentes: Id quod ſignificabat, eos per fideicom. fuiſſe uocatos, ex quo ordine quodã ſucceſſiuo uocatio facta fuit: Et quanquã pro hac opinione nullam Doctoris auctoritatem adductam uiderim; afferri tamen poteſt auctoritas Soc. ſen. in l. Gallus.§.quidam rectè.num.9. verſic. Quartus caſus ff. de lib. & poſth. & in conſ.90.in fi.lib.j.& in conſil.43.num.9.verſic. Aliquando & quintò.lib.3. Et Dec.in conſ.205. num.4.verſi. Et euidens coniectura.

9 ¶ Reſpondetur, quòd illi proximiores attinentes de domo cenſentur quidem uocati actiuè per fideicommiſſum, non autem paſſiuè: Nam uocati fuerunt, decedente Domino Bernardino ſine filijs, ſicuti vere ſucceſſerunt Domini Ioan. & Petrus, non tamen cenſentur uocati paſſiuè, .i. grauati reſtituere vnus alteri, vel filijs ſuis: Ita ex ſententia Comenſis in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.num.4. verſic. Videte. de leg. ij. reſponderunt Decius in conſilio 228. col. prima. in conſil. 253. num.4. & in conſil. 291. num. 6. Ruin.in conſil.92.num.5.in conſil.102.num.12.lib.2. & in conſil. 164.num.9. lib. 3. Alciat. in l. Gallus. §. Quidam rectè. num.55. de liber.& poſthum. Et in l. cum ita.∫.in fideicõmiſſo.col.vlt.Rub. in conſilio 106. numero 4. Et Pariſ. conſilio 39. numero 7. lib. 3. Et apertius in conſilio 87. nume. 25.lib.2. Et fortioti in caſu idem reſpondit Soc. ſen. in conſil.104. col. 2. verſic.capio nunc. lib.3.ibi teſtator ita diſpoſuerat: Et eos, & quemlibet eorum, & cuiuſlibet

eorum filios & deſcendentes ma
ſculos legitimos &c. Hinc clarum
eſt teſtatorẽ ſub nomine iſto de-
ſcendentes collectiuo diſpoſuiſſe,
& illos p fideicom. ſubſtituiſſe pri
mis à ſe inſtitutis: Et fortius illo ĩ
caſu adiecit teſtator clauſulã, vul-
gariter, pupillariter, & per fidei-
com. Et tamen reſpondit Soc. il-
los deſcendentes fuiſſe ſolũ actiuè
vocatos; non autem paſſiuè, atq;
ita non fuiſſe inter ſe grauatos.

10 ¶ Scdò obijcitur, qđ mens teſta
toris coniecturata attendi debet:
Cũ coniecturæ reddãt voluntatẽ
clarã & liquidã. l. licèt Imperator.
de leg. j. Atqui hic extat coniectu-
rata voluntas teſtatoris uolentis
ĩducere fideicõ. ex quo ſubſtituit
proximiores de domo: Ergo &c.
¶ Reſpondetur vt ſupra dixi, pro
ximiores de domo fuiſſe quidem
vocatos actiuè, non aũt paſſiuè.

11 ¶ Tertiò adducitur argumentũ
ſumptum ex veriſimili mente te-
ſtatoris, qui ſi fuiſſet interrogetus
An vellet remanere bona in fami
lia, veriſimilr̃ reſpondiſſet, qđ ſic:
Ergo habeatur pro diſpoſito, iuxta
tex. vbi glo. in l. tale pactũ. §. vlt. ff.
de pact. Et ſcribunt Dec. in conſ.
315. nu. j. Soc. iun. in conſ. 117. nu.
8. lib. j. Bello in conſ. 9. nu. 10. & Pa
riſ. in conſ. 70. num. 18. lib. 2. Et in
12 conſ. 3. nu. 48. lib. 3. ¶ Reſponde
tur qđ mens veriſimilis teſtatoris
colligi non põt, quando verba pe
nitus deficiunt. Ita reſponderunt
Oldr. in conſ. 142. Anch. in conſil.
266. in fi. Dec. in conſ. 218. nu. 2. &
alij plures alleg. à D. Conſultore:
Et ſcribit Soc. ſen. in l. Gallus. ſ.
nunc de leg. nu. 7. de lib. & poſth.
13 voluntatẽ teſtatoris non regulari
à rõne, ſed à ſola voluntate verbis
expreſſa: Hic aũt ex verbis colligi
nihil põt, quo dicere poſſimus te
ſtatorẽ voluiſſe ſuos illos ꝓximio
res inter ſe grauare: Et reſpondit
Rui. in conſ. 74. nu. 11. lib. j. quòd
14 illa regula. glo. l. tale pactum. §.
vlt. ff. de pact. locum non habet,
quando caſus fuit omninò omiſ-
ſus, hoc eſt, quando ex verbis
mens & voluntas colligi non po-
teſt: Cum itaque noſtro in caſu
nulla extent verba, ex quibus eli-
ci poſſit mens hæc veriſimilis te-
ſtatoris, dicendum eſt, quòd ſi
fuiſſet interrogatus, non reſpon-
diſſet, qđ vellet d. fratres eſſe debe
re inter ſe onere fideicõ grauatos.

15 ¶ Quartò perpenditur teſtatorẽ
ſubſtituiſſe his verbis: qđ ſi ei⁹ hæ
redes decederent ſine filijs legiti-
mis, quandocunq; dicta ſua hęre
ditas puenire debeat in alios ſuos
proximiores attineutes de domo
&c. Illa dictio, quandocunq;, ſi-
gnificat teſtatorem voluiſſe perpe
tuò bona ſua peruenire & conſer-
uari debere in hac familia. ¶ Re-
ſpondetur præter acutas conſide-
rationes D. Conſultoris, teſtatorẽ
p illã dictionem, qñdocunq;, fa-
cere voluiſſe ſubſtõnẽ cõpẽdioſã,
ſicuti

ſicuti illa dictione, quandocunq; fieri ſolet, vt tradũt Bart. in l. Centurio. nu. 14. & nu. 22. ff. de vulg. & pupil. quem oẽs ſequuntur. Et eſt glo. not. vbi et DD. in l. verb. ciuilib. ff. eo. tit. Per cõpendioſam ergo vocati fuerunt D. Ioan. & D. Petr. atq; et p fideicõ. cenſentur ſubſtituti D. Bernardino, vt eo. ſ. decedente quandocunque ſiue liberis, hoc eſt, et poſt aditã hæreditatem ſuccedant ipſi DD. Ioan. & Petr. Et hæc dicitur vocatio actiua, non aũt paſſiua: Fuerunt .n. vocati ambo, vt D. Bernardino ſuccederent, Non tamen vt inter ſe vel filijs grauati eſſent reſtituere. Non .n. cõpendioſa, eueniente caſu fideicõmiſſariæ, differt à ſimplici ipſa fideicõmiſſaria, vt egregiè declarãt Dec. in conſil. 416. nu. 10. Rui. conſ. 159. nu. 22. lib. 2. Et Pariſ in conſ. 72. nu. 23. lib. 2. Quemadmodũ ergo ſimplex fideicõmiſſaria, qua quis eſt vocatus, vt ſuccedat loco primi vocati decedẽtis ſine filijs, eſt actiua, non aũt paſſiua (vt diximus ſupra) ita et fideicommiſſaria cõprehẽſa ĩcõpendioſa.

17 ¶ Quintò & vltimò cõſideratur prohibitio alienationis factæ à teſtatore, Quæ quidẽ prohibitio inducere ſolet fideicom. ut reſponderunt poſt alios Dec. in conſ. 481 Et Cur. iun. ĩ conſ. 43. in conſ. 114

18 & in conſ. 167. ¶ Reſpondetur p̃ter acutã & verã D. Conſultoris reſponſionem, qđ prohibitio alienationis reſtringitur & regulatur ſcđũ præcedentẽ ſubſtitutionem & vocationem, atq; ita cenſetur facta quò ad perſonas vocatas: Ita reſpondit Dec. in conſ. 636. nu. 17. Cũ ergo noſtro in caſu demoſtrauerimus D. Ioan. & D. Petrum uocatos, & non grauatos fuiſſe reſtituere inter ſe vel filijs ſuis, & ita factã non fuiſſe ſubſtõnem fideicommiſſariam ad cõmodũ deſcẽdentium ab eis, ſequitur dicendũ, prohibitionẽ alienationis non extendere fideicom. ad eorũ pſonas.

19 ¶ Et ad rẽ hanc confert egregiũ reſponſum Cæpollæ inter conſil. Alex. de Neuo. in conſ. 81. col. pen. ver. nec obſtant rõnes. & c. qui fortiori in caſu reſpondit: Teſtator grauauerat filios & nepotes, caſu quo decederẽt ſine filijs maſculis reſtituere cõſanguineis ſuis de familia de Thienis præſentibus & futuris maſculis deſcẽdẽtibus de rempe in tempus. Et deinde (vt refert ibidẽ Cæpolla nu. 2. ver. Quintò hoc) ſubiecit prohibitionẽ alienationis conceptã verbis his genaralib⁹. Inſup, quia finalis & firma volũtas & ĩtentio mea eſt, qđ hereditas & bona mea immobilia ſemp, in perpetuũ, & continue deuenire debeãt in pximiores de affinitate mea & c. Quæ rõ (inquit Cæpolla) generalis, & mens expſſa p modũ cauſæ videtur inducere fideicom. in oẽs deſcendẽtes ſuos maſculos vſq; ĩ infinitũ. Id quod

 multis

multis iuribus probat: Et ſubiun-
git ipſe Cępolla nu.3.hac de re ex-
tare in terminis doctrinarũ Bart.
in l.pater.§.fundum.de leg.ij.vbi
ſingulariter dicit, quod licèt ver-
ba prohibitionis uideantur eſſe
collata in vitam tâtum, tamen ſi
ratio ſeu verba prohibitionis pro-
lata per modum rationis ſunt ge-
neralia comprehendentia omne
tempus, puta quia dixit, volo qđ
de noīe noſtro non exeant; tunc
dictum & diſpoſitum in vita extē-
ditur & declaratur per rationem
generalem: Verum, hac ratione
non obſtante, reſpondet ipſe Cæ-
polla in d.col.pen.ver. nec obſtát
rationes. &c. quòd licèt prædicta
uerba & ratio ſint multum gene-
ralia, qđ tamen reſtringuntur &
limitantur ſcđũ formã inſtitutio-
nis & ſubſtitutionis, ut.l. eo caſu
& modo intelligãtur, quibꝰ facta
eſt inſtitutio vel ſubſtitutio: Id ꝙ
ipſe Cæpolla repetit in fine d.con-
ſil.Idem quoq; manifeſtiſſimè re-
ſpondit Bero.in conſ. 90. num.3.
lib.2. qui dixit, quòd etſi prohibi-
tio de non alienãdo, facta à teſta-
tore cum cauſa & ad commodum
ac vtilitatem certi generis perſo-
narum ſoleat importare ſimplex
& abſolutum fideicom. attamen
quando teſtator in prohibitione
retulit ſe ad præcedentẽ ſubſtitu-
tionem his verbis, vt ſupra prohi-
buit &c. prohibitio reſtringitur
ad caſum, in quo facta fuit ſubſti-
tutio: Idem pariter reſpondit Al-
banus nunc Car.merit. in conſ.j.
num.9.qui ſecutus Alex.in d. con-
ſil. 59. lib.3. dixit, qđ etſi teſtator
prohibuit alienationem adiecta
ratione & cauſa, quia vult bona
conſeruari integra fauore deſcen-
dentium maſculorum, nihilominus
reſtringitur hæc prohibitio
ad caſum & perſonas ſecundum
diſpoſitionem teſtatoris factam
in inſtitutione & ſubſtitutione:
Et inquit, prohibitionis clauſulã
eſſe acceſſoriam præcedentis di-
20 ſpoſitionis; Et ſubiungit Alba.in
ver. præterea rationem hanc nõ
eſſe veriſimilem, teſtatorem in eo-
dem teſtamento velle ſe corrigere
l.non ad ea.ff.de condit. & demõ.
Imo una teſtamẽti pars ab alia de-
claratur.l. ſi ſeruus plurium.§.vlt.
de leg.j. Et ideo cũ teſtator in ſub
ſtitutione diſpoſuerit de uno ca-
ſu tantum, non eſt dicendum qđ
deinde in prohibitione uoluerit
ſe ipſum corrigere, & alio modo
& caſu diſponere: Et rurſus ſub
21 iungit idem Alban.num.12.ratio-
nem hanc, quæ huc pertinet, te-
ſtatores communiter fideicõmiſ-
ſa in principio ſubſtitutionis con-
dere conſueuiſſe; non autem in
prohibitione alienationis: Ob id,
ſi teſtator omiſit in ſubſtitutione
id facere, non eſt credendum, qđ
in prohibitione alienationis in-
ducere illud uoluerit: Eiuſdem
ſententiæ fuit idẽ Alban.in conſ.

21.nu.

21.nu.8.in fi. Eandem ſententiam probauit Cephalus in conſ.17.numero 24.lib.j. qui reſpondit prohibitionem alienationis regulari atque reſtringi ad fideicom. præcedens, & illud nō ampliare: Huc etiam pertinent auctoritates Soc. ſen.in conſ.53.nu.11.lib.j. Et Gozad.in conſ.30. num. 16.ver. non obſtat.cum dixerunt prohibitionem alienationis cenſeri factam cauſa fideicom. & ab eo regulari. Concludo itaque vnà cum D.conſultore, onus illud fideicom. impoſitum D.Bernardino hęredi inſtituto, repetitum non fuiſſe in p̄ſonas Dominorum Ioannis & Petri erga eorum filios: Sed bona apud eos libera ab omni reſtitutionis onere extitiſſe, & conſeq̄nter D.Ioan.ea alienare potuiſſe.

22 ¶ Præter ſcripta à D. conſultore hoc nouè addēdum eſſe exiſtimaui, quòd cum in facto præſupponatur, filios D.Ioannis extitiſſe eo eius hæredes, dicendum eſt quòd etſi concederemus ipſum D.Ioannem fuiſſe onere fideicōmiſſi grauatum erga dictos filios ſuos; attamen ij filij patris hæredes reuocare non poſſunt prædicta bona ſic ab ipſo patre alienata, cum hęres contrauenire non poſſit facto defuncti, cui ſucceſſit, l.cum à matre. C. de rei vendic. Ita in ſpecie Roman.in conſ.18.viſa narratione.num.4. Et Alex. in conſil.3, in prin. & in conſ.23.in fi. lib.3.reſponderunt filium effectum hæredem patris nō poſſe reuocare bona fideicommiſſi ſibi debitā à patre ipſo alienata: Ita quoque Rui. in conſ.7.num.39.lib.j.reſpondit quòd licèt alienatio rei ſuppoſitæ fideicommiſſo facta pendente cōditione reſoluatur per conditionis euentum.l.vlt.§.ſin autem.C. cōm.de leg. nihilominus ſi fideicommiſſarius ſuccedit hęredi grauato, qui bona illa alienauit contra fideicommittentis voluntatē & diſpoſitionem, non poterit eā alienationem reuocare, cum approbare teneatur factū illius, cui ſucceſſit: Idē reſpondit ipſe Rui. in conſ.5.num.11.lib.2. vbi dixit, patrem poſſe alienare rem filij ſui hæredis: Idem ſcripſerunt Pariſ. in conſ.34.in fi.lib.2. Et Soc.iun. in conſ.116.num.73.lib.j.& in cōſil.107.nu.56.lib.3. Omitto alios idem affirmantes; q̄d exiſtimem in rē hac ſatis certa & clara horū auctoritates ſufficere.

Iacobus Menochius Iuriſconſult. & in hoc celeberrimo Gymnaſio Patauino Iuris Cæſarei interpræs primarius horis matutinis, interrogatus reſpondi, & p̄ more ſubſignaui ad ſummi Dei laudem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſorum latiſſima ſit interpretatio.*
2 *Fideicommiſſum inducitur etiam ex coniecturis.*
3 *Etiam vbi verba omnino deficiũt.*
4 *Et quomodo hoc procedat.*
5 *Quales coniecturæ eſſe debeant, vt ex eis induci poſſit fideicom.*
6 *Vbi fideicom. non eſt factum, nec nos debemus illud inducere.*
7 *Facile eſt teſtatori dicere illud, quod habet in animo.*
8 *Conſ. Oldr. 21. quãdo. locum habeat cum ſuis concord.*
9 *Prohibitio alienationis cum expreſſione cauſæ inducit fideicom.*
10 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
11 *Verbum, dictus, refert qualitates præcedentes, & reſtringit diſpoſitionem, & num. 20. & ſeq.*
12 *Quando teſtator diſpoſuit, vt bona perpetuó in familia conſeruẽtur, cenſetur voluiſſe inducere fideicom.*
13 *Et idem, quando excluſit fœminas ex ſua ſucceſſionẽ.*
14 *Et idem, quando prohibuit detractionem Trebellianici.*
15 *A verbis non eſt regulariter recedendum.*
14 *Non poſſumus trahere fideicom. ad caſum non expreſſum, ſi aliud non apparet, & nu. ſeq. & nu. 19.*
18 *Diſpoſitio legis, tale pactum. ſ. vltimo. cum ibi not. per gloſſ. Et Doct. non habent locum, quando apparere ex aliquibus poteſt teſtatorẽ caſum illum cogitare potuiſſe.*
22 *Vna pars teſtamenti alteram declarat.*

In præcedenti caſu.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

LICET caſus iſte mihi propoſitus maximam præ ſe ferebat difficultatẽ primo aſpectu, quoniã
1 fideicõmiſſorum latiſſima ſit interprætatio, tanquã materia valdè frequens, & vt Iuſtinianus dixit Inſtit. de fideicom. hæred. ſ. j. Iuſtũ & populare eſt, quòd fideicommiſſa ſeruentur. i. Populo gratum erat, vt illic gloſſ. dicit: Et fi-
2 deicommiſſa etiam ex cõiecturis inducuntur, & etiam quãdo verba non omnino deſeruiunt, vt in caſu l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & in l. quoniam indignũ.
3 C. de teſtam. Quinimo etiam vbi verba penitus deficiunt, quandoque inducitur fideicom. vt in caſu legis. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. in l. vnum ex fam. §. pen. & vlt. ff. de leg. ij. & in l. licèt Imperator. de leg. j. cũ multis alijs concord. quæ adduci poſſent: Et complu

complures etiam adſunt Docto-
rum auctoritates, quæ hoc dicũt
ſcilicet fideicom. induci ex conie
cturata mente teſtatoris, vt per
Alex. in conſ.52.in prin. vol.4.al-
leg.conſ. Bal.inter conſ. Ang. 68.
Idem Alex.in conſ.54.col.3.verſi.
accedit. eod.vol. vbi loquitur etiã
in ſtatutis. Petr.de Aneh.in conſ.
74.Iaſ.latiſſimè in conſ.108.vol.4.
Corn.conſ.275.col.j.vol.4. & con
ſil.124.col.j vol.2. & in conſ.146.
col.3.eo.vol.Rimin.in conſil.112.
col.2.& conſ.116.& conſ.ſeq.Soc.
in conſ.26.vol.4. Curt.ſen.in cõ
ſil.51.col.j. Ruin.conſ.140. col.5.
in fi.vol.3.Pariſ.conſ.31. num.57.
cum multis ſeq.vol.j.& conſil.73.
col.2.vol.2. & conſil.66. col.6.vol.
3.Soc.Iun.conſil.114.col.3. & col.
antepen. vol.j. Crau.in conſ.305.
num.2.& ſeq.vbi plures alleg. Qđ
quidem veriſſimum eſſe dico, plus
aliàs ſæpè ſcripſi & legendo & cõ-
4 ſulendo. ¶ Iſtud tamen eſt intel
ligendum, & ita procedit & non
aliter in caſibus tantum, in quibꝰ
concurrunt ea, quæ ad hoc ſunt
5 neceſſaria, nempe quòd coniectu
ræ ſufficientes & legitimæ adſint,
& quæ eliciantur ex viſcerib.ver-
borum aliàs expreſſorum in teſta
mento, Alioquin non licet alicui
ſibi ipſi confingere, & ex ſuo ca
pite cõiecturas imaginari, ex qui-
bus inferre quis velit ad volunta-
tem teſtatoris, Sed oportet (vt di
xi) qđ coniecturę deſumantur ex
ipſamet diſpoſitione teſtatoris,
licèt ſua verba non formaliter ex
preſſiſſent fideicom. Et ita eſt in-
telligenda & declaranda iſta ma-
teria. Bal. Ang.& Imola.in l.quidã
cum filium.ff.de hæred. inſt. Idem
Bal.in l.j.in ver quæro de tali quæ
ſtione.num.2. C. de his, qui ante
apert.tabu.vbi dicit, quòd aut eſt
omnino omiſſum, & habetur pro
omiſſo, aut cohæret ad aliquid ex
preſſum, & habetur pro expreſſo:
Idem in c.mandatum num.2.ex-
tra de reſcrip.dicit quòd tacita vo
luntas cohærens expreſſe habetur
pro expreſſa: Et in his terminis lo
quũtur Doctores ſupra per me al-
legati. ¶ Inferendo igitur mo-
do ad deciſionem caſus propoſiti
non video, quòd in hoc teſtamen
to, prout mihi narratur in facto,
(nam illud non vidi) talia deſcri
pta reperiantur, vt ex illis inferri
poſſit, teſtatorem feciſſe fideicom
miſſum expreſſe, aut ſaltem præſu
mi poſſe tacitè facere voluiſſe: Vi-
deo namq; qđ iſte teſtator duos
tantum gradus fecit; Primus hæ
redum, in quo vocauit Bernardi-
num filium ſuum iam natum, &
vnà cum eo quoſcunque alios fi-
lios ſibi ex vxore ſua tunc prægnã
te naſcituros, ipſos inſtituendo
ſibi hæredes, Et iſte eſt primus
gradus: Etſi eius hæredes decede
rent ſine filijs legitimis & natura
libus quandoque, dicta ſua hære-
ditas peruenire debeat ad alios ſuos
proxi-

proximiores attinentes de domo illorum de Ferro; Et iſte eſt ſecundus gradus: Nec ulterius proceſſit uocando alios de gradu in gradũ in perpetuum, ſeu diſponendo aliter, quòd ſua hæreditas in perpetuum remaneat in familia eorum de Ferro: Quia ex huiuſmodi verbis elici fortè poſſet mens teſtatoris, quòd .ſ. uoluerit facere fideicom. perpetuum, licèt uerbis expreſſe non dixiſſet. Adimpleta ẽt fuit illa uoluntas teſtatoris, prout ipſe diſpoſuit, quia mortuo Bernardino filio & hærede, ſua hæreditas peruenit ad ſuos proximiores attinentes de domo de Ferro, prout ſic diſpoſuit: Quid autem fieri de iſta ſua hæreditate uoluerit, poſtquam deuenit ad proximiores ſuos attinentes, nihil dixit expreſſe; neque etiam aliquid eſt, per quod tacitè colligi poſſit quòd uoluerit ad alios gradus ſucceſſiuè illam peruenire, & ſic qđ uoluerit perpetuum inducere fideicommiſſum: Vndè remanet, ſeruãdam eſſe uoluntatem ſuam, quatenus ipſe diſpoſuit, & non

6 vltra; Et ſic ſumus in caſu, de quo per Soc. in conſ. 62. col. 3. ver. Et in primis iſta concluſio. & conſ. ſeq. col. 7. num. 14. uol. 3. Quod fideicom. hoc caſu non loquitur, ideo nec nos debemus velle illud loqui.

7 Si enim teſtator uoluiſſet ultra iſtos ſuos proximiores attinentes uocatos, & alios ſucceſſiuè uocare, deficientibus primis uocatis, (prout fecit deficientibus filijs primo loco hæredibus inſtitutis) illud dicere quàm facillime poterat. l. j. ʃ. ſin autem ad deficientis.

8 C. de cad. tol. Et hoc caſu habebit locum & procedet, quod dicit Oldra. in ſuo conſil. 21. in iſta materia ſatis vulgato. Et Ioan. And. in addit. ad ſpecul. in tit. de teſtam. §. j. in ſi. verſi. Quinta quæſtio, & alij complures, ut infra dicam: Qđ fideicommiſſum non inducitur, ubi non fuit per teſtatorem inductum, Et habebit in his terminis locũ lex ex facto. ʃ. pen. ubi not.

9 ff. ad Senatuſconſ. Trebell. Neque obſtat ſi dicatur, quòd iſte teſtator prohibuit alienationem cum expreſſione cauſæ, ut .ſ. bona ſua deueniãt ad proximiores attinentes, quo caſu inducitur fideicom. ad not. per DD. in l. filius fam. ʃ. Diui. ff. de leg. j. Præſertim ſecuta alienatione, ut not. Bar. ĩ l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uer. oblig. Et per Alex. ibi per tex. in l. peto. ʃ. pro fratre. ff. de leg. ij. Sequitur Dec. in conſil. 218. col. 4. num. 14. Namque reſpondetur, quòd illa prohibitio eſt facta tantum filijs ſuis hæredibus inſtitutis ad hoc, vt hæreditas ſua deueniret ad ſuos proximiores attinentes, euenienti illo caſu, vſ. filijs inſtitutis hæredibus deficientibus ſine filijs legitimis & naturalibus; quod adimpletum eſt, quia hæreditas deuenit

uenit ad Dominum Ioannem, & ad D. Petrum, qui tunc erant proximiores attinentes: Et ſi Bernardinus filius teſtatoris hæres inſtitutus alienaſſet, vtique malè feciſſet, & contra mentem & diſpoſitionem expreſſam teſtatoris: Vnde ſi inductum eſt fideicommiſſum propter prohibitionem alienationis factam, eſt tantummodo inductum reſpectu filiorũ hęredum inſtitutorum, qui tantum prohibiti ſunt alienare, & nõ alij,

10 Quia limitata cauſa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. re. do. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in teſtam. delen. Plura ad hoc allegat Soci. iun. in conſil. 18. num. 5. uol. j. Reſpectu autem aliorum attinentium non poteſt dici ex hoc inductum eſſe fideicommiſſum aliquod, quia illis nulla fuit facta prohibitio alienatiõis: Quod oſtenditur, quia in verſic. mandans etiam, vbi teſtator ponit prohibitionem alienationis, expreſſe ſe refert ad hæredes inſtiſtitutos, dum dicit, quòd dicti ſui hæredes &c. Illud enim ver-

11 bum, dicti, refertur ad præcedentem qualitatem inſtitutionis. Bar. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. Et in l. ſi quis ſeruum. ſ. vlt. de leg. ij. Alci. conſilio 31. num. 6. lib. 6. quæ prohibitio fit illis hęredibus inſtitutis ad hunc finem, vt hæreditas deueniat ad ſuos attinentes proximiores illo tempe, quo decederẽt p̄nominati ſui hæredes ſine filijs, hoc eſt, Bernardinus & alij filij teſtatoris, ſi qui naſcerentur. Ita qđ nec ad hæredes hęredum inſtitutorum extendi poſſet talis diſpoſitio, ut tradit Crau. multũ ad propoſitum caſus noſtri in conſi. 98. col. 3. ver. tertia reſtrictio. ſub nu. 8. Quod factum eſt, quia prænominati hæredes non alienarunt, & ideo hæreditas puenit ad ſuos proximiores, nec vltra quærendum eſt, quia teſtator vltra non diſpoſuit: Proximiores enim attinentes non prohibet alienare expreſſe ſine dubio; ſed nec etiam tacitè hoc dici poteſt ex aliquibus coniecturis, quæ ex his, quæ expreſſa ſunt colligi poſſint, puta

12 quia non diſpoſuit, vt in perpetuum bona conſeruentur in ſua familia, aut plures gradus non conſtituit in ſua ſucceſſione, ſed vno tantũ contentus fuit, vocando illos attinentes, qui repiuntur proximiores tempe euenientis caſus ſubſtitutionis, vſt. qđ filij hæredes inſtituti decederẽt ſine filijs pput caſus ipſe extitit: Et hãc coniecturã ad inducendũ fideicom. tacitè conſiderat in ſpecie Iaſ. in conſ. 140. verſi. mens autem teſtatoris. uol. 2. Et in conſ. 108. ver. ſed præmiſſis non obſtantibus. vol.

13 4. Non etiam apparet, quòd in ſingulis lineis excluſerit fœminas, & maxime in linea ſuorum attinentiũ proximiorum, quos tantũ

Ff voca-

vocauit, ſed tantummodo in inſtitutione filiorum ex ſua vxore naſciturorum, ſimpliciter dixit, filium, vel filios maſculos, nec quicquam aliud circa hoc dixit: Prout etiam ad inducendum fideicommiſſum ex coniecturata mente teſtatoris hoc conſiderant Doctores in materia iſta loquentes, Et in ſpecie Soci. in conſilio 26.vol.4.Curt.ſen.in conſi.51.col. 3. verſic. Fortificantur præmiſſæ. Et in conſil.75.per totum Crauet. conſ.130.col.penul.ver.ſextò. Guido Pap. quæſt.531.cum alijs multis breuitatis cauſa omiſſis.

14 ¶ Non ēt prohibuit detractionem Trebellianicæ, quod conſiderat Soc.in conſ.43.col.j.vol.3. Et in conſilio 250. vol. ſecundo: Et breuiter nulla alia ex pluribus coniecturis à Doctorib. conſideratis, (prout aliàs dixi) ad inducendū fideicommiſſum tacitè & ex coniecturis, militat in caſu iſto, vt videri manifeſtò poteſt ex verbis ad me tranſmiſſis; Adeo quod remanet nuda & ſimplex diſpoſitio teſtatoris, prout verba loquuntur: Ita ſanè quòd nunc ſumus in caſu in quo ſtandum eſt verbis à teſtatore expreſſis, Et nos non debemus nec poſſumus in caſu iſto ex capite noſtro inducere nouum fideicommiſſum aut nouam prohibitionē alienationis præter eā, quæ ipſe teſtator diſpoſuit, ceſſantibus omnibus coniecturis, quibus moueri ſolent DD. ad inducēdum fideicōmiſſum ex coniecturata mente teſtatoris vltra verba expreſſa: Sed ab eius verbis, de

15 quibus in teſtamēto non eſt recedendum; & in his terminis procedit, & loquitur textus in l.nō aliter. & in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij. & in l. continuus. ff. de verborum oblīgat. & in l. Labeo. de ſuppell. lega. cum

16 alijs concordant. Nec poſſumus trahere fideicommiſſum ad caſum non expreſſum, ſi aliud non apparet, l. filius familias. §. cum quis. ff. de leg. primo. & l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebelliā. Et conſil. Oldr. 21. Ioann. Andr. in additione ad ſpeculum, de teſtam. §. j. in fin. verſi. quinta quæſtio. Bal. in l. 2. ff. de petit. hæredi. Paulus Caſtren. in conſil. 97. col. 2. verſi. prima fuit. uol. 2. Et in d. l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebell. Alex. in conſil. 139. uol. 6. Soc. conſil. 62. & ſeq. & conſ. 116. col. 3. uol. 3. Rui. conſilio 153. uol. 2. Pariſ. conſ. 44. col. j. & conſ. 31. & conſ. 86. col. j. vol. 2. Dec. conſ. 218. col. 2. ver. ſupereſt ergo. & conſ. 287. col. 3. ver. ſecundo propius ad caſum, & conſil. 291. col. 3. ver. venio igitur. Iaſ. in conſ. 228. col. 2. verſic.

17 Secundo pro eadem parte. uol. 2. vbi dicit qđ ſi teſtator nullā fecit ſubſtitutionem ob fideicommiſſū, neq; nos facere debemus, ſed prout eſt caſus omiſſus, ꝓ omiſſo haberi

haberi debet. Idem Iaſ. in conſil. 66. vol. 3. Ruin. conſ. 152. vol. 2. Soci. iun. conſ. 118. vol. j. & conſil. 4. vol. 3.

¶ Nihil dico de verbo illo quandocunq;, in teſtam. appoſito, per quod inducitur cõpendioſa ſubſtõ conſequẽter ꝑpetua: Quoniã reſponſio ẽ de ſe ſatis clara & manifeſta: Illud .n. verbum relatum eſt ad mortem filiorum teſtatoris inſtitutorum, & in eis ſignificat compendioſam ſubſtitutionem, vt ſiue in pupillari ætate, ſiue poſt illi ſine filijs decedant: Item ſiue ante aditã hæreditatem, ſiue poſt attinentes proximiores ſuccedãt illis: Et hucuſq; factum eſt fideicommiſſum: Vltra verò, hoc eſt, poſtquã bona ad illos proximiores obuenerint, poſtquam filij inſtituti ſine filijs deceſſerunt, minimè hoc reperitur factum, neque etiam cogitatum: Sed nec etiam ex aliquibus probabilibus & iuridicis coniecturis apparet aũt præ-
18 ſumi poteſt, quòd ſi caſum hunc cogitaſſet, ita fuiſſet diſpoſiturus: Imo potius contrarium præſumitur, videlicet quòd potuerit cogitare, & tamen nihil diſpoſuit: Cogitauit .n. cõtingere poſſe qđ Bernardinus filius ſuus hæres inſtitutus poſſet ſine filijs decedere, Et ei illo caſu ſubſtituit tunc proximiores attinentes, quia ſic ſibi placuit: Ideo eſt dicendum, & ita veriſimile eſt, nec contrarium vllo modo poteſt dici, quòd pariter cogitare potuerit, proximiores attinentes ſuos ſubſtitutos poſſe pariter ſine filijs decedere, & tamen nihil in eo caſu diſpoſuit: Ergo eſt, quia noluit, & quia ſibi non placuit vltra procedere, non autem, quia non cogitauerit.

Et hæc pauca ſufficiant pro dilucidatione huius dubitationis, & veriſſimam arbitror in iſtis terminis concluſionem per clariſſimos alios conſulentes firmatam: Et de ſola reſcriptione requiſitus, prædicta adijcere volui, Ad Laudem Dei & Beatæ Virginis.

Paulus Leonius Iureconſultus Patauinus Ducalis Conſiliarius, ſaluo &c.

¶ Et ſi quis forte cauillando potius vellet vim facere in contrariũ ſuper illis verbis teſtatoris, dum primo inſtituit Bernardinum & quoſcunque alios filios ſibi ex ſua vxore tunc prægnante naſcituros (vt dictum eſt) etſi eius hæredes decederent ſine filijs legitimis & naturalibus quandocunque, dicta ſua hæreditas peruenire debeat ad alios proximiores attinẽtes de domo illorum de Ferro: Poſtea ſubiungit illa verba, Mandans ẽt ipſe teſtator, quòd dicti ſui hæredes vllo mõ non poſſint

 vende-

vendere, alienare vel aliter obligare de bonis immobilibus dictæ ſuæ hæreditatis, quinimo ipſa deueniant in proximiores attinentes de domo &c. ¶ Et ſic prohibitio alienationis videtur facta, nedum Bernardino & alijs filijs maſculis, ſed etiam proximioribus attinentibus, & conſequenter Ioanni & Petro, ad quos vti tunc proximiores attinentes peruenit ipſa hæreditas; cum prohibitio alienationis fuit poſt ipſos vocatos facta: Nam reſpõdetur illud nihil omnino obſtare, ſi recte diſpoſitio teſtatoris conſideretur: Quoniam, vt ſupra dixi, teſtator iſte duos tantum gradus fecit expreſſe, primus filiorum inſtitutorum, ſecundus proximiorum attinentium, qui reperientur proximiores tunc, ſcilicet quãdo eueniet caſus, quòd filij primo loco vocati decederent ſine filijs legitimis & naturalibus, vt in verſic. quinimo. ipſa bona deueniant ad ipſos proximiores attinentes &c: vti ad ſubſtitutos illis prædictis ſuis hæredibus per fideicom. Et ſic reſtringit hoc ſuum fideicom. ad illum caſum tantum, quando prænominati ſui hæredes, & ſic filij, (ita enim teſtator declarat, quos nam intelligat per illa verba ſui hæredes) decederent ſine filijs legitimis & naturalibus, vocando illos tantum attinentes, qui tunc temporis reperientur proximiores; & vltra non progreditur vocando alios attinentes ſucceſſiuè: Et ſic finitur fideicom. in perſona primorum attinẽtium, qui reperti ſunt proximiores illo tempore, .ſ. decedentibus ſuis hęredibus p̃ nominatis, vt expreſſe dixit ipſe teſtator: Quo igitur ad fideicõ. expreſſum, ſine dubio illud eſt in perſona Ioannis & Petri; quia cũ vltra nõ proceſſerit teſtator, ideo nec nos poſſumus vltra procedere, iuxta doctr. Soc. in conſ. 62. & ſeq. vol. 3. Old. conſ. 21. Ioan. And. in addit. ad ſpec. de teſtam. §. j. cũ alijs ſupra ad hoc alleg.

19 ¶ Solum igitur remanet difficultas ſuper prohibitione alienationis, quæ videtur facta etiam proximioribus attinentibus, vt in dicto ver. Mandans ẽt ipſe teſtator. ¶ Sed dico pro reſponſione, q̃d iſta p̃hibitio ſine dubio nõ comprehendit alios, quàm ipſos hæredes primi gradus, & ſic Bernardinum & alios naſcituros: Seipſum enim declarauit ipſe teſtator, dũ dixit, quòd dicti ſui hæredes &c.

20 Quod verbum, dicti, reſtringit diſpoſitionem ad nominatos, ſcilicet ad Bernardinum &c. iux. not. per Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. Crau. in cõſil. 98. col. 3. ver. tertia reſtrictio. Et paulo inferius ipſe teſtator etiam adhuc apertius ſe ipſum declarauit, vl̃t. de quibus ſenſerit & intellexerit, dum prohibuit quòd dicti ſui

cti ſui hæredes non alienent, in verbo decedentibus ſuis hæredibus prænominatis, ſuccedant proximiores de Ferro. Illa enim verba, hæredibus prænominatis, nullos alios comprehendunt, quàm Bernardinum & alios naſcituros; quia illis tantum decedentibus ſine filijs legitimis & naturalibus ſubſtituit, non autem etiam proximioribus attinētibus. Ergo manifeſte apparet quòd teſtator in illis verbis, Mādans quòd dicti ſui hæredes non poſſint vendere &c. loquitur tantum de Bernardino, & alijs filijs ſibi naſcituris: Præter quàm qđ illud verbum, dicti, in præcedenti parte teſtamenti appoſitum ſatis hoc declarat: Ad
21 quæ optimè facit, quod in ſimili verbo dicit Pariſ. in conſ. 20. col. pen. ver. Item & propter illa verba num. 55. vol. 3. Illud enim verbum dicti, referri debet ad Bernardinum & alios naſcituros tantum, non autem ad proximiores, qui ſunt ſubſtituti ꝑ fideicom. Et manifeſtiſſimè declaratur per illa verba poſtea poſita, vſt. deficientib' &c. Facit etiam quod tradit Rim. in conſ. 118. col. 2. ver. hoc .n. importat. num. 3. & perinde habetur ac ſi nominatim illos Bernardinū & naſcituros appellaſſet. Ruin. in conſ. 139. col. vlt. num. 22. vol. 5. Idē dixit Curt. iun. in conſ. 58. col. j. in fi. ver. Præmiſſa tantò clarius pro-
22 cedunt. Et hic optimè cadit illud, quod dici ſolet, quòd vna pars teſtamēti aliam declarat. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. & l. qui filiab. vbi not. ff. de leg. j. l. numis. de leg. 3. Rimi. conſ. 231. col. vlt. Dec. conſ. 399. col. 2. in fi. & in conſ. 442. nu. 3. & conſ. 445. num. 12. & 480. in prin. 495. num. 10. & ſeq. & conſi. 515. num. 3. cum multis alijs, quæ adduci poſſent.

Idem qui ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, filios, de ſui ſignificatione comprehendit etiam filias.*

2 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non poſſunt alienari.*

3 *Eueniente caſu reſtitutionis, grauatus tenetur reſtituere nedum ea, q̄ immediate ex illo teſtamento conſecutus eſt, ſed etiam quæ ex perſona alterius ſubſtituti.*

4 *Si grauatus reſtituere alicui alium inſtituit hæredem, reuocatur illa inſtitutio.*

5 *Si ille, cui reſtituenda eſt hæreditas, inſtituitur a grauato illi reſtituere, non dicitur capere illa bona ex ſecundo teſtamento, ſed ex priori.*

6 *Legitima debet eſſe abſque vllo onere.*

7 *Qua dilectione dilexit teſtator filiū, eadem cenſetur proſequi omnem illius poſteritatem.*

Addi-

Additio prioribus.

Caſus, in quo filij appellatione comprehenditur etiam filia: Item fideicommiſſarius conſequitur bona ſibi per fideicom. relicta ex diſpoſitione prioris teſtamenti.

LICET ex rationib', quas poſui in conſilio pro hac cauſa edito, ſatis colligatur, & etiam ex his, quæ alias ſcripſi, expreſſe appareat, quid ego in hoc puncto denuò ad me tranſmiſſo de iure ſentiam: Attamen vt poſtulanti ſatisfaciam, pauca hæc adhuc ex abundanti ſubijciam.

¶ Dico igitur indubitanter omnia iſta bona, quæ fuerunt olim D. Gratij primi teſtatoris ſpectare & pertinere ad Dominam Iuliā vti ex illo teſtamento vocatam in caſu iſto, qui extitit, ſub illis verbis, dum teſtator ille vni ex ſuis filijs maſculis morienti ſine filijs ſubſtituit alium: Vel ſi fortè & alius mortuus reperiatur, & ſic vterque illorum, tunc ſubſtituit filios
1 ipſius prædefuncti: Nā illud verbum, filios, in hoc teſtamento ꝓlatum ex ſui originali ſignificatione comprehendit nedum maſculos, ſed etiam fœminas. l. j. & l. pronunciatio. ff. de verb. ſignific. l. ſi quis id, quod de iuriſdict. omnium iud. vbi plenè Doct. Dec. in l. ij. ff. de reg. iur. Bal. in conſi. 303. in prin. vol. 2. Facit ēt quod idem Bal. dicit in conſil. 402. eod. vol. & conſ. 285. num. 2. uol. 4. Et in l. j. C. de condit. inſert. Et hoc caſu ceſſat ratio agnationis conſeruandę, propter quam reſtringi ſolet, vt ad maſculos tantum referatur, vt copioſe dixi in conſilio: Nam eſt iſtud verbum prolatum à teſtatore in eo caſu, quo filij maſculi iā deceſſerint: Ideo tunc ſtādum eſt verbi ſignificationi, ſecundum quam tàm fœminæ quàm maſculi compræhenduntur: Imo hoc caſu nedum concurrunt coniecturæ contrariæ ſignificationi huius verbi; ſed adſunt illæ, quæ ipſi cōformes ſūt: Quoniā teſtator iſto
caſu, quādo .ſ. non ſuperſunt filij 2
neque eorum filij, expreſſim vocat fœminas: Ergo manifeſtiſſimè hinc apparet, quòd eius voluntas, dum protulit illud verbum, filios, eo caſu, quando maſculi non ſuperſint, fuit, vt fœminæ non excludantur, ſed imo veniāt, prout verbum ſignificare & denotare aptum eſt: cum ipſe ſtatim fœminas uocauerit, prout ibidē dixi, non eſt opus repetere.

¶ Solum igitur dicam nunc, nō eſſe in aliqua conſideratione diſtinguere bona, quæ obuenerunt Domino Iulio, ab illis, quæ obuenerunt Domino Ioanni. Aut qđ portio D. Iulij peruenerit ad Dominum Ioannem ex teſtamento prædi-

prædicti Domini Iulij: Et propte
rea quòd in fideicommiſſo, quod
diximus extitiſſe ad fauorem Do-
minæ Iuliæ, non comprehendã-
tur. Quoniam dico quòd iſta bo
na conſiderãda ſunt vti bona D.
Gratij primi teſtatoris, & vti illius
2 fideicommiſſo ſubiecta, & con-
ſequenter quę non potuiſſent alie
nari, iuxta tex. i l. peto. §. fratre. ff.
de leg. ij. & in l. vlt. ∫. ſed quia. Et
in auct. res quæ. C. communia de
leg. cum infinitis, quæ nota ſunt:
3 Nam quando poſtea extitit caſus
fideicommiſſi per primum teſta-
torem facti, prout dictum & cõ-
cluſum fuit in conſilio extitiſſe, ve
niunt in illius reſtitutione non ſo
lum ea, quæ ad vltimum grauatũ
obuenerãt immediatè ex ipſo pri
mo teſtamento, ſed etiam ea, quę
mediatè, puta mediante perſona
alterius vocati; Et hoc in virtute
compendioſæ ſubſtitutionis in il
lo primo teſtamẽto factæ, vt not.
per Doct. in l. Marcellus. §. quidã.
ff. ad Trebell. Intelligendo ſemper
deducta legitima & Trebellianica
de quib⁹ poteſt ad libitum diſpo-
nere, vt per Dec. qui alios alleg. in
conſil. 243. col. j. & conſ. 218. Vnde
4 dico, quòd quando D. Iulius fecit
teſtamentum, ſi alium extraneũ
inſtituiſſet ſibi hæredẽ in illis bo-
nis, & ſic alium, quàm illum met,
qui fuerat in primo teſtamẽto vo
catus ad fideicommiſſum poſt ip-
ſius D. Iulij mortem ſine filijs, nõ
habuiſſet effectum talis ĩſtitutio:
Et potuiſſet D. Ioannes vendicare
illa bona, vti ſibi in teſtamẽto pa
tris relicta, iuribus ſupra allega-
5 tis: Verum cum ipſe D. Ioannes
fuerat expreſſe ſubſtitutus per D.
Gratium primũ teſtatorem & pa-
trem amborum ipſi Domino Iu-
lio ſine filijs decedenti, Et ipſe D.
Iulius eum inſtituerit, & ſic eun-
dem, quẽ pater ſubſtituerat, (po-
ſito quòd illa inſtitutio ſit valida)
Dico tamen, quòd non conſide-
rãtur illa bona vti bona Iulij, ſeu
quæ ex illius teſtamento pueniũt
ad Iuliũ; Sed vti bona ſibi in pri-
mo teſtamento, vlt. Gratij iã quæ
ſita: Nam quando hæres graua-
tus alij reſtituere, inſtituit eum,
cui eſt facienda reſtitutio; ille nõ
dicitur capere iure hæreditario,
neque vti ex teſtamento illius, ſed
iure fideicommiſſi primi teſtato-
ris, vt probatur in l. vnum ex fa-
milia. in prin. & §. j. & §. ſi duos. &
ibi gloſſ. in verbo hæreditariæ. ff.
de leg. ij. per quæ iura & alia etiã,
quæ allegat, ita ad literã dicit Pau
lus Caſtr. in conſil. 441. pro decla-
ratione col. 2. ver. Item probatur.
vol. j. Quem refer ſequitur, & ex
pluribus confirmat Aimo Crau.
in conſil. 144. col. j.
¶ Ex quibus apparet nullam fa-
ciendã eſſe differentiam inter por
tionem Iulij, & illam Ioannis: vel
quòd Iulius portionem ſuam iure
inſtitutionis Ioãni reliquerit: Sed
omnia

omnia iſta bona ſunt conſideranda vti ab illo primo teſtamento Gratij prouenientia: Et diſcutiẽdum, An in eis euenerit caſus fideicommiſſi in perſona D. Iuliæ, nec ne: Quod ego fuſius in conſilio meo tractaui, & ſatis iuridicè (ni fallor) oſtendi extitiſſe: In-
6 telligendo tamen (vt dixi) de bonis illis, excepta legitima & Trebellianica ipſorum filiorum, quæ nullo fideicommiſſi oneri ſubijci poſſunt, vt in l. ſcimus. in l. Quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtam. Dec. in conſ. 218 col. j. Latè Doct. in C. Raynutius. extra de teſtamen. vbi materia.

7 ¶ Placet etiam ratio illa, quam vnus ex Magnificis Dominis Aduocatis conſiderat, vſt. Quia ſi auus uocauit neptem ad portionẽ Ioannis patrui ſui, (prout eã hoc ipſo caſu, qui extitit, vocaſſe affirmauimus) multò equidem magis dicendum videtur, etiam ad patris proprij portionem eandem admitti uoluiſſe: Ad quod optimè conferunt ea, quæ latè deduxi ex mente cõplurium Doctorum, vſt. Quòd qua dilectione teſtator proſequitur filium, eadem cenſetur & omnem illius poſteritatem proſecutus, vt Paul. de Caſtro in d. conſil. 409. Bal. in d. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. vbi et Cor. & Salic. Idem Corn. in conſil. 202. uol. 3. Alex. conſ. 38. uol. 6. Soci. in d. l. cum auus. in duobus locis. ff. de condit. & demonſtrat. ut dixi in conſil. Curt. ſen. in conſ. 63. Gozad. in conſil. 89. in tertia concluſione, cum alijs, quos latius deduxi: Quæ ratio procul dubio procedit ceſſante cauſa maſculorum, & ſic ceſſante ratione agnationis, quæ in caſu noſtro oĩno ceſſat.

Idem Paulus Leonius Iureconſultus Patauinus Ducalis Conſil. Ferrariæ, die 4. Decembr. 1564.

SVMMARIVM.

1 Sicut teſtator prædilexit quẽ in portione, in qua illum inſtituit; Ita etiam intelligitur prædilexiſſe illius deſcendentes in illam et portionẽ, ſiue maſculi, ſiue fæminæ ſint. & num. ſeq. vide tamen ĩ nu. 23.

3 Ratio agnationis conſeruandæ non cõſideratur in fæminis, nec in earum deſcendentibus, licet maſculi ſint.

4 Fæminæ cum nubunt, tranſeunt in alienam familiam: Ideò in eis non attenditur ratio agnationis.

5 Fæmina ſi nubit alicui de familia propria, videtur quodammodo in ea conſiderari poſſe agnationis conſeruationem, & ĩ num. 24.

6 Declaratur tex. in l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulg. & pupil. & ĩ num 24.

7 Ius accreſcendi excludit ſubſtitutos.

8 Si decedit vnus ex pluribus conſeutarijs relictis fratribus in inteſtitura comprehenſis, & relictis etiam filiabus

liabus proprijs, admittẽtur filiæ tantum, excluſis fratribus, & nu.26.

9 Si vnus ex pluribus inſtitutis, quibus fuerint ſubſtituti deſcendentes maſculi, & ſucceſſiuè fæminæ, decedat relictis deſcendentibus fœminis, & ſuperſtitibus deſcendentibus maſculis aliarum linearum, isti admittuntur ad illam portionem defuncti excluſis ſuis deſcendentibus, ex fæmineo ſexu, etiam quòd ſit teſtamẽtum fæminæ, num.22.

10 Voluntas diſponentis vt præcipua eſt ſeruanda, non ſolum in vltimis voluntatibus, in quibus latior ſit interpretatio, ſed etiam in alijs materijs ſtrictioris interpretationis, ẽt verba impropriando, vt num. 11. Quinimo etiam ſi verba omnino deficiant, vt num. 12. Et etiã qđ ex cõiecturis iuridicis probatur.

14 Coniecturę quando probabiles eſſe dicantur, vt voluntas teſtatoris ſumi poſſit.

15 Verbum, filij, ex coniecturata mente teſtõris reſtringiẽ ad maſculos tm̃.

16 Maſculi ex fæminis prouenientes pro fæminis reputantur, & nu.18.

17 Lex pro abſurdo hẽt, qđ plus iuris in ſucceſſione habeat filius quàm nepos.

18 Maſculus ex fæmina excluſa natus non poteſt ſuccedere.

19 Deſcendentes ex ſpurio excluſo nõ ſuccedunt, licèt ipſi legitimi ſint, tanquam venientes ex radice infecta.

20 Etiam in contractu, puta in Emphiteuſi hoc idem procedit, & nu.ſeq.

22 Quando teſtator vocat maſculos, et excludit fæminas, intelligit de maſculis prouenientibus ex maſculis, non autem de prouenientibus ex fæminis.

24 Fæminæ non ſemper excluduntur à ſucceſſione propter maſculos ratione agnationis.

25 Fæminæ extantibus maſculis non ſolum excluduntur ab hæreditate patris, ſed etiam ab hæreditate matris & auiæ, licèt in eis non cadat ratio agnationis conſeruandæ, & nu.ſeq.

28 Deſcendentes à fæmina licèt maſculi ſint, excluduntur tamen à maſculis prouenientibus ex maſculis.

29 Intellectus ad l. cohæredi. §. cum filio.ff.de vulg.& puppill.

30 Fæmina eſt principium lineæ fæmininæ, ideo omnes inde deſcendentes ſiue maſculi ſiue fæminæ ſint, dicuntur de linea fæminina.

31 Iura feudalia ſunt à iure communi ſeparata, ideo vbi reperitur aliter à iure deciſum, non ſunt alleganda ad deciſionem cauſarum.

32 Fæmina in feudis ſuccedere poteſt in defectum maſculorum, ſecundũ formam inueſtiturę.

33 Si feudum ſit acceptum pro ſe, & maſculis, & illis deficiẽtibus pro fæminis, ſi vnus ex comprehenſis decedit relicta filia, alter vero relicto filio, iſte admittetur ad totum feudum, excluſa fæmina, & numero 39.

34 Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.

35 Maſculus ex fœmina proueniens excludit fœminam deficiētibus maſculis ex maſculis natis, licèt fœmina eſſet in proximiori gradu.

36 Inſpicitur perſona, de qua in inueſtitura ad cognoſcendum an hi, qui ſuccedere volunt, ſint tranſuerſales, vel deſcendentes; non autem perſona, quæ poſt decedit, & nu.38.

37 Fœminæ regulariter, & ſecundum propriam naturam feudi in eum non ſuccedunt, ſed ex forma inueſtituræ poſſunt, & num.39.

40 In iure accreſcendi portio adcreſcit portioni.

41 Diuiſio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum non impedit, quo minus fideicommiſſum peti poſſit adueniente caſu.

42 Feudum ad quod plures fuerunt uocati, ſiue in diuiſione totum ad vnū peruenerit, ſiue ad omnes, ſiue inter omnes fuerit diuiſum, & vnus moriatur ſine maſculis, ſed tantum relicta filia, fratres maſculi ad illud admittentur: Et idem in fideicommiſſo: Non obſtante etiam aliqua renunciatione.

43 Concluſio totius cauſæ.

44 Prohibitus alienare cenſetur etiam prohibitus hæredem inſtituere: Ac etiam ſucceſſio ab inteſtato cenſetur prohibita, præſertim quādo p viam rationis teſtator dixit, quia vult, quòd hæreditas ſua pueniat ad maſculos, & poſtea ad fœminas, & num. 45. 46.

47 Bona fideicommiſſo ſubiecta non poſſunt alienari, ita vt non reuocentur eueniente caſu fideicom.

48 Geminatio multum operatur ad oſtendendam determinatam voluntatem diſponentis.

¶ Caſus talis eſt; Teſtatrix quædam habebat aliquas filias, et duos nepotes ex alijs duabus filiabus prædefunctis: Filias ſupſtites & nepotes ex filiab⁹ iā defunctis æqualiter inſtituit his verbis, videlicet: In omnibus alijs ſuis bonis mobilibus & immobilibus, præſentibus & futuris inſtituit filias ſuas prænominatas, & duos ſuos nepotes ex duabus alijs ſuis filiabus præmortuis æqualiter & eorum filios & deſcendentes maſculos, & fœminas legitimos & naturales, & de legitimo matrimonio natos et naſcituros, ſeruata ſexus & gradus prerogatiua in infinitum: Ita quòd ſua hæreditas vadit de hærede in hæredem maſculos & poſtea fœminas; non exiſtentibus maſculis, in ſtirpem & non in capita, p modum prædictum: Et propterea vult & intendit, qđ nullus ex dictis hæredibus poſſit nec debeat vendere nec alienare, nec per aliquem modum obligere bona immobilia hæreditatis ipſius teſtatricis: Quia vult quòd perueniat, vt ſupra ordinauit: Volens tñ qđ inter ipſos hæredes poſſint talia bona alienari, et nō in alias pſonas: Mortua teſtatrice, euenit, qđ ex aliqbus ex filiabus hæredibus inſtitutis à teſtatrice reperit̃ extare aliqs ex linea maſculina .ſ. maſculi ex maſculis puenietes: Itē euenit qđ linea alterius ex nepotib⁹

ſimiliter

ſimiliter inſtitutis, defecit quo ad maſculos, quia ſuperſunt fœminæ; Aut ſi quis ſupereſt maſculus, eſt ex linea fœminina: Illi, qui reperiuntur ſuperſtites maſculi & ex maſculis prouenientes ex alijs filiabus teſtatricis petunt ſe immitti ad bona illius Titij nepotis teſtatricis, ex quo ſua linea maſculina defecit: Contra verò dicunt illi ſui deſcendentes, licèt fœminæ ſint aut maſculi; ſed ex fœminis proueniunt quòd imo ipſi ad illam portionem ſunt admittendi: Quæritur quid de iure concludendum ſit.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

VIDERETVR prima conſideratione dicendum admittẽdos eſſe deſcendentes proprios illius nepotis, licèt ex fœmineo ſexu ꝓueniant, ad illam portionem, in qua ipſe fuerat inſtitutus; non at̃ deſcendentes aliorum, quãuis ẽt maſculi ſint, qui fuerãt ĩ alijs portionibus proprijs & ipſi inſtituti: Et hoc primũ ea rõne, quoniam prout teſtatrix dilexit quẽlibet inſtitutorum in ſua portione magis quàm alios inſtitutos, ita ẽt videtur qđ in eadẽ met portione ẽt illiꝰ deſcendentes ꝑdilexit ꝑ alijs ac illorũ deſcendẽtibus, vt tradit Bat. in l. lucius. col. pen. ver. ſed q̃ſtio. ff. de vulg. & pupil. & in l. vlt. ff. ad Trebell. cũ alijs, quos alleg. Dec. ĩ conſ. 186. col. 3. ver. vltra quem. Et apertius hoc idem dixit Rimi. in conſ. 189. col. 3. verr. Nam pater. & in conſilio 520. col. 2. ver. Nam ſicut. Quod procedit etiam ſi deſcẽdentes illius inſtituti in ea portione fœminæ ſint, adhuc ꝑferuntur alijs filijs teſtatoris in ilia portione, ac eorum deſcendentium: Idem Rimin. in conſil. 223. col. 4. verſi. Tertium quod elicio. Curt. ſen. hoc idem dicit ĩ conſ. 44. nu. 26. ad fin. prout eſt in caſu noſtro. Immò fortius, quia adſunt aliqui maſculi inter deſcendentes nepotis ſuperſtites, licèt ex fœminis ꝓueniunt, vt dictum eſt ſupra.

¶ Secũdò hoc tantò magis in caſu iſto ꝓcedere debet, qr. eſt mulier q̃ teſtatur, & fœminas inſtituit, Et licèt adſint ẽt duo maſculi, vl'z. illi duo nepotes ſimul cũ filiabus inſtitutis, tamen & ipſi ex fœminis ꝓueniebant, vl't. ex alijs fœminis teſtatricis ꝑdefunct. & ſic oẽs ex linea fœminarũ: In quibꝰ non cadit rõ agnationis conſeruandę, & conſeq̃nter cõſideratio ꝑlationis ſexus maſculini, vt ꝑ Bal. ĩ cõſ. 165. nu. j. vol. 3. qui dicit qđ fœminæ cũ nubunt tranſeunt in alienã familiã, Ideo ĩ eis non attenditur rõ agnationis. Rim. conſ. 251. col. 3. Soc. iun. conſ. 10. nu. 10. & ſeq. vol. j. cum multis ſimilib.

¶ Tertiò dubitationẽ facere poteſt, quoniã iſti deſcendentes nepotis, q ſupſunt, licèt ex fœminis ꝓueniãt, retinẽt tã eiuſdẽ familiæ

 nomen

nomen, cuius erat ipſe nepos: Nã vltima fœmina ex illius deſcẽdẽtibus, quæ fuit eius neptis, nupta fuit cuidam de eadem familia, & eius filij nunc ſuperſunt: Ex quo videntur ceſſare omnes obiectiones, quæ in contrarium fieri poſſent, vſt. quòd fœminæ tranſeunt in alienam familiam, & ideo illis præferantur maſculi, & ex maſculis deſcendentes: Nam in caſu noſtro non exeunt bona de nomine illius familiæ, de qua erat nepos teſtatricis in eius teſtamento inſtitutus, & de cuius portione nunc agitur.

6 ¶ Quartò dubiũ facere videtur tex. in l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulg. & puppil. vbi ſi teſtator diuiſit hæreditatem ſuam plures in ea diſtinctè & ſeparatim inſtituendo, & deinde eos inuicem

7 ſubſtituat: Si contingat portionem vnius deficere, licèt alij oẽs ſint ſubſtituti, non tamen ad eos omnes ſtatim pertinebit portio illa; Sed ſi adſint coniuncti, qui ex diſpoſitione legis virtute iuris accreſcendi admittuntur, ad illos ptinebit portio illa deficiens, nõ autem ad ſubſtitutos: Ita ergo in propoſito, cum adſint deſcendentes illius nepotis inſtituti, qui ex diſpoſitione legis, cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. debent admitti, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ. l. general. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſti. ſub condit. factis. certè dicendum videtur illos admittendos fore, excluſis alijs etiã expreſſe vocatis per ſubſtitutionẽ vt in illis iuribus expreſſe cauetur. Et ita per illum tex. & per alias rationes decidit Dec. in d. conſ. 168.

8 ¶ Quintò videtur multum vrgere pro hac parte deciſio Riminal. in conſ. 259. col. 3. in ver. Quo verò ad tertiã difficultatem. vbi concludit inferendo, quòd ſi ex pluribus in inueſtiturã comprehenſis accepta à patre illorum pro ſe, & maſculis ac pro fœminis in defectum maſculorum, vnus decedat, ad quem poſt mortẽ patris illud feudum peruenerat ex diuiſione inter ipſos fratres facta, relictis filiabus ſuis, & relictis etiam fratribus in inueſtiturã patris vocatis, admittentur filiæ, excluſis patruis & fratribus defuncti, licèt maſculi ſint, & in inueſtitura patris eorum facta vocati eſſent, & poſt ea fœminæ in defectum maſculorum: Et certe illa eſt magna deciſio, & prima facie videtur multũ vrgere.

9 ¶ Iſtis tamen omnibus non obſtantibus contrarium in caſu noſtro omnino eſt concludendum, vſt. quòd immo ad iſtam portionem, in qua Titius nepos teſtatricis ex filia fuerat inſtitutus, ſint admittendi deſcedentes maſculi ſuperſtites ex alijs cohæredibus, qui in teſtamento vocati erant eo modo, quo in ipſo continetur, ex cluſis

cluſis fœminis deſcendentibus ab ipſo Titio nepote, vel etiam maſculis earum, ſi qui ſunt: Quæ cõcluſio in terminis caſus noſtri veriſſima eſt, & apertiſſimis iurib', rationibus & autoritatibus comprobatur, & dilucida redditur.

10 ¶ Et in primis ex expreſſa ipſius teſtatricis voluntate, quæ præcipue ſemper eſt ſeruanda, & eſt illa, quæ totum facit, regulat & moderatur omnia, vt mox dicam: Prius tamen dicã quod iſtud non ſolum procedit in vltimis voluntatibus, quæ latiſſimæ ſunt interpretationis. l. in teſtamentis. ff. de reg. iuris. Sed etiam in alijs materijs ſtrictioris interpretationis, vt in ſtipulationibus & alijs contractibus ac etiã in ſtatutis, quæ ſtrictæ intelligũtur. l. quidquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. not. in lege 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. in l. j. ff. de fonte cum ſim. Illud aũt probatur in l. in conuẽtionibus. ff. de verb. oblig. in leg. vlt. C. quæ res ping. obligat. pũt. Corn. in conſi. 287. col. 2. vol. j. Rimin. conſil. 251. col. 2. ver. cum ergo. Et in conſilio 144. col. 2. ver. comprobantur præ-
11 dicta, vbi mens & voluntas in quacunq; diſpoſitiõe ipſam ampliat, limitat & gubernat, etiam quando verba in eorum propria ſignificatione repugnarent, vt illic per eum num. 8. cum multis alijs, quę adduci ad hoc poſſunt, & conſultò omitto. Voluntas igitur teſtatoris eſt potiſſimè ſeruanda prę cæteris, ff. diſponat. in auẽten. de nup. l. j. C. de ſacroſanct. Eccl. etiã
12 qđ verba non omnino deſeruiãt. l. in conditionibus primum locũ. l. pater ſeuerinam. ff. conditionũ verba. ff. de condit. & demonſtr. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Tre-
13 bell. Quinimo etſi verba omninò deficiãt idem ſeruatur. l. vnum ex familia. §. pen. & vlt. & l. cum proponeretur. ff. de leg. ij. l. penul. ff. de leg. j. l. 3. §. cõditio. ff. de adim. leg. l. quoniam indignum. C. de teſta. Pulcher tex. in l. quiſquis. ff. de verbor. ſignificat. cum alijs multis, q̃ adduci poſſent: Si igitur volũtas teſtatoris eſt ſeruanda etiam quãdo verba non oĩnò conueniunt,
14 aut etiam omiſſa ſunt, ſi modo ex probabilibus coniecturis illa colligatur, ne fortè quis crederet vnicuiq; licere ſibi ex proprio capite confingere teſtatorem ſic, vel ſic voluiſſe: Sed oportet vt ex his, quæ expreſſa ſunt, ſaltem tacite colligatur, vt per Bal. & Imol. in l. cum quidam. in 2. not. ff. de hęred. inſtit. Idem Bal. in l. vlt. ad fin. C. de his qui ante apert. tab. & in C. mandatum. de reſcrip. & per il-
15 la iura ſuperius alleg. In hac eadẽ materia ita concludit Dec. in conſil. 514. col. 2. ver. non obſtant allegata in contrarium, vbi in caſu, in quo non erat facta expreſſa mẽtio de maſculis, ſed ſimpliciter de filijs dictum fuerat; tamẽ ad hoc vt ſer-

vt ſeruetur voluntas teſtatoris ēt coniecturata, & contra verbi pro priam ſignificationem, ſecūdum iuris cōmunis diſpoſitionem verbū, filij, reſtringitur ad maſculos tantum fœminis excluſis: Et idem dicit Dec. in conſ. 15. col. 2. verſic. Sed tamen prædictis non obſtantibus. Quāto magis ergo iſtud procedet, quando de iſta voluntate teſtatoris expreſſa apparet, & verba non ſolum non ſunt omiſſa, ſed ſunt expreſſa, & non ſolum non repugnant, ſed maxime congruunt voluntati expreſſim declaratæ per ipſam teſtatricem in caſu noſtro: Namque teſtatrix iſta expreſſe ſic diſpoſuit, & verbis quidem elaris & perſpicuis, vt inter deſcendentes ſuorum hæredū inſtitutorum maſculos & fœminas, quos omnes vocauit, ſeruaretur ſexus prærogatiua, vſt. vt primò maſculi, quandiu ſupereſſent, & deinde fœminæ, maſculis non extantibus, ad ſuam hæreditatem admitterentur in perpetuum modo prædicto: Quæ voluntas teſtatricis adeo clara eſt, & q̄ verba adeò perſpicua & expreſſa ſunt vt nulli prorſus dubitationi aut diſputationi locus eſſe poſſit: Quomodo enim ſeruabitur hæc diſpoſitio teſtatricis, aut non omnino ei contrafieret expreſſe, ſi exiſtentibus deſcendentibus compluribus maſculis ſuorum hæredū inſtitutorum, admitterentur fœminæ deſcendentes ab vnò ex dictis ſuis hæredibus, aut illarum fœminarum deſcendentes, quicunque ſint; quas fœminas aut illarum deſcendentes admitti tantum eo caſu voluit, quo maſculi ſuorum hęredum inſtitutorum prorſus deficerent: Certè caſus iſte eſt extra omnem difficultatem, Nam teſtatrix ipſa cōplexa fuit vniuerſam ſuam hæreditatem, & ſic portiones omnium inſtitutorum, vt ad maſculos, quandiu extant, & poſtea ad fœminas, illis deficientib. perueniat, & quodcunque tempus complexa fuit, quia in perpetuum ita ſeruari mandauit, & in illis verbis, ita quòd ſua hæreditas &c. Si enim portio Titij nepotis vnius ex hæredibus inſtitutis trāſiret ad ſuas deſcendentes fœminas, quomodo ſeruabitur voluntas teſtatricis, vt ſua hęreditas in perpetuum inter maſculos conſeruetur: Quomodo conſeruabitur perpetuo inter maſculos, ſi ad fęminas portio iſta, ſeu ad earū deſcendentes deuoluatur. ❡ Nec obſtat ſi fortè diceretur quòd immo adſunt maſculi deſcendentes ab ipſo Titio nepote, vt in facto præſupponitur, ergo ad illius portionem ſui ipſius deſcendentes admittendi ſunt, cum maſculi ſint:
16 Quoniam reſpondeo, quòd cum iſti maſculi, ſi qui ſuperſunt, proueniant ex deſcendentibus fœminis ipſius Titij nepotis, non ſunt

in con-

in conſideratione aliqua haben-
di quo ad iſtud, niſi perinde ac ſi
eſſent fœminæ: Quia quando ali
qua perſona eſt à ſucceſſione ex-
cluſa, puta fœmina propter ma-
ſculos, vt in caſu noſtro, tunc &
illius deſcendentes pariter, immo
17 multò magis cēſentur excluſi: Nā
lex pro abſurdo habet, vt nepos
plus iuris in ſucceſſione habeat,
quàm filius. l. ſi viua matre. C. de
bon. mater. tradit Bart. in l. libe-
rorum. col. 6. ver. quartò quòd ſi fi
lia dotata. ff. de verb. ſignific. Et p
18 illum tex. in d. l. ſi viua matre. Ita
in terminis decidit Rimin. in con
ſil. 253. col. vlt. in prin. vbi in ſpecie
vult maſculum ex fœmina excluſa
nullo modo ſuccedere poſſe, quia
plus iuris habere non poteſt ille,
quàm habeat ſua auctrix, Sed illa
erat excluſa, ita & ipſe remanet
excluſus, licèt maſculus ſit, & alios
allegat, & inter cæteros Specul. in
tit. de locato. §. Nunc aliqua. verſi.
quadrageſimo ſexto. Et Bal. in l. j.
C. de condit. inſert. Et hoc idem
tenuit idem Rimin. in conſil. 161.
col. vlt. num. 48. vbi etiam plures
allegat: Idem quoq; latè dixit Al-
ber. Brun. in tract. ſtãtibus maſcu
lis. artic. ſexto principali. num. 89.
19 cum multis ſeq. Hoc etiam exp̄ſ-
ſe dixit Dec. in conſ. 311. col. j. poſt
prin. in ver. & qua ratione. vbi de
ſcendentes ex ſpurio excluſo non
ſuccedunt, licèt legitimi ſint ipſi,
quia veniunt ex radice infecta: Et
magis in terminis ibidem nu. 3. ī
ver. & quòd non veniant, vbi quā
do fœmina eſt excluſa, etiam eius
deſcendentes ſunt excluſi, & alios
20 allegat: Et hoc idē tenet ēt in for-
tioribus terminis, nempe in con
tractu. Alex. in conſ. 43. col. 2. ver.
pro hoc etiā adducitur. vol. 7. vbi
vult, qđ ſi quis acceperit Emphi-
teoſim pro ſe & filijs maſculis, ne
pos ex filia non admittitur, quia
ſicut eius mater eſt excluſa, ita nec
aliquis illius deſcendens admittē
dus eſt, ſeu ex eius linea: Allegat
etiam Soc. idem tenentem in con
ſil. 251. num. 9. ver. cōfirmatur iſta
concluſio. vol. 2. qui complures al-
legat; & inter cæteros Matheſill.
ſingul. 130. Nota vnum dictū ſin-
gulare. Et Crot. inter conſ. Grati.
conſ. 54. col. 3. ver. adduco. vol. 2. I-
dem voluit Fulg. in d. l. j. C. de cō-
dit. inſert. vbi nedum quando ex-
preſſe conſtat de voluntate teſta-
toris, prout eſt in caſu noſtro; ve
rum etiam quādo illa tacite & ex
coniecturis tantum colligitur, qđ
velit lineam maſculinam fœmini
næ præferri, nepos ex fœmina nō
admittitur extante alio maſculo.
Et ita dicit ille ſe Bononiæ conſu
luiſſe, & per alios conſultum vi-
diſſe: Et eū refert & ſequitur Cor.
in conſ. 124. num. 18. vol. 2. poſt Ca
ſtren. quē ſimiliter ibi refert. Hoc
idem latiſſimè p̄ſequitur Soc. iun
in conſil. 168. vol. 2. vbi quādo plu
res ſunt inſtituti, & filij illorum

ſunt ſubſtituti, licèt non ſit expſ-
ſum de maſculis, tamen filiæ vniꝰ
ex inſtitutis excluduntur per ma-
ſculos aliorum inſtitutorum, ſi ex
coniecturis illius colligatur: Et al
legat & ipſe Fulg. in d.l.j.C. de cō-
dit. inſert. Caſtren. & alios, vt ibi
per eum. num. 84. & ſeq. & per to-
tum; multò ergo magis hoc pro-
cedet, vbi de maſculis hoc fuit ex
preſſum, vt eſt caſus noſter.

21 ¶ Præterea caſus iſte ſic decidi-
tur etiam in fortioribus terminis,
vl'. in contractu Emphiteotico
per Pet. de Anch. & Florianum, &
alios duos inſignes Doct. ita con-
cludentes in ter. conſil. Anch. 359.
vbi Emphiteoſis erat conceſſa cui
dam pro ſe & ſuis hæredibus vſq;
in tertiam generationem maſcu-
linam & fœmininam, ſaluo ſem-
per quòd maſculi & maſculina ge
neratio fœmininæ præferatur, ꝑ
ut etiam in caſu noſtro factum re
peritur in teſtamento: Euenit in
caſu illo, quòd omnes maſculi de
ceſſerunt ſupſtitibus fœminis tan
tum ex vna linea, & ex alia ſuper-
ſtite vno maſculo ex fœmina ta-
men proueniente: Dubitabatur
quis admittēdus eſſet ad bona em
phiteotica, An fœminæ ſuperſti-
tes ex vna linea, an vero maſculus
ex alia linea ex fœmina tamen na
tus? Concludunt quatuor illi Do
ctores, quòd illo caſu admittitur
maſculus ille excluſis fæminis: Di
cunt autem, qđ ſi extitiſſent ma-
ſculi ex linea maſculina prouenīē
tes (prout eſt in caſu noſtro) qđ
ille maſculus ex fœmina ꝓueniēs
fuiſſet excluſus ab illis, vt illic in
ver. reſtat ergò dubium. Et etiam
paulo poſt inferius prope fin. alle
gat Bar. in d.l. liberorum. ff. de ver
bor. ſignificat. Ita ergo in caſu no
ſtro remanet dicendū ſine aliqua
dubitatione, cum voluntas teſta-
tricis nō ſolū ex coniecturis colli
gatur, ſed ēt expreſſa ſit, quòd ma
ſculi ſuorum hæredum præferan
tur fæminis in ſua hæreditate, Et
cum extent maſculi, & ex linea
maſculina deſcendentes prǽferan
tur fæminis, ac etiam maſculis ex
fæminis prouenīētes, ſi qui ſunt.

22 ¶ Quando etiam teſtator vocat
maſculos, & excludit fæminas, in
telligit de maſculis prouenīētibꝰ
ex maſculis, non autem de maſcu
lis, qui ex fæmina proueniunt, ni
ſi quando concurrerēt cum fæmi
nis tantum, non autem quando
concurrerēt cum maſculis deſcen
dētibus ex maſculis, vt per Anch.
& alios ſupra allegatos: Et ita hāc
rem egregie declarat Paul. Caſtrē.
in conſ. 190. col. 2. verſi. certum eſt
enim. vol. 2. Poſt Specula. in tit. de
locato. §. nunc aliqua. ver. 146. Se
quitur Alex. ſupra alleg. conſi. 43.
col. 2. ver. pro hoc ēt. nu. 7. uol. 3.

¶ Quibus ſic ſtantibus ſatis ap-
tè colligi poteſt non obſtare ea, q̄
in contrarium adducta fuere: Spe
cialiter tamen reſpondebo, vt ad-
huc

huc euidẽtius veritas cognoſcat. 23 ¶Nõ obſtat igit̃ primũ qđ teſtatrix in portione illa, in qua Titiũ nepotẽ inſtituit, cẽſetur pdilexiſſe pariter deſcẽdẽtes illius magis, q̃ deſcẽdẽtes aliorũ coheredũ iſtitutorũ. Nã rñdet̃ arg. verũ eſſe, & iõ fateor qđ ſi adeſſent deſcẽdẽtes maſculi ex linea maſculina ipſius nepotis iſtituti, ipſi ſine dubio admitterẽtur, p rationẽ, de qua ĩ arg. vel ſi teſtatrix nõ cõſtituiſſet expſſe, ꝑut fecit, differẽtiã inter ſexũ maſculinũ, & fęmininũ. verũq̃ nõ adsũt maſculi deſcẽdẽtes ex linea maſculina ipſius nepotis, Et teſtatrix nõ oẽs deſcẽdentes ſuorũ heredũ vocauit, ſed maſculos iñ q̃diu extãt, poſtea verò, maſculis de mũ deficiẽtibus, vocauit fęminas; ideo oportet ordinẽ hũc, quem teſtatrix dedit ſeruari, Et nõ licet infringere voluntatẽ teſtatricis: ſed ad ũguẽ ſeruãda eſt. §. diſponat in Auct. de Nup. cũ alijs ſupra adductis: Præferentur, ergo deſcendẽtes maſculi Titij nepotis in ſua portione quibuſcunq; deſcendentibus maſculis, vel fęmininis aliorũ inſtitutorũ. Item pariter deſcẽdentes ſuę fęminæ, vel ẽt maſculi ex fęminis ꝑuenientes fęmininis aliorum inſtitutorũ, ac ẽt deſcẽdentibus maſculis ipſarũ, vt erat. in caſu Anch. & aliorũ in d. conſ. 359. per rationẽ de qua in argum. Sed qđ deſcendentes fęminę aut illarum deſcendentes eiuſdem Titij nepotis pferant̃ deſcẽdentibus maſculis aliorum inſtitutorum, hoc dici minimæ poteſt, ſtante, diſpoſitione teſtatricis, quæ aliter expreſſe ordinauit, videlicet quod ſua hereditas tota imperpetuũ cõſeruetur inter deſcendentes maſculos ſuorum heredum inſtitutorum. Nec prius ad fęminas, aut ad earum deſcendentes perueniat, quàm maſculi dictorum ſuorum heredum defecerint: Et ſic nolluit vllã ſuę hereditatis partem ad fęminas peruenire, maſculis aliquibus extantibus: quia qixir qđ ſua hereditas vadat de herede in heredem maſculos, & poſtea ad fęminas, non extantibus maſculis in perpetuũ modo pdicto, &c. Ex q̃bus verbis expreſſe conſtat teſtatricẽ nolle fęminas vllas deſcẽdentes admitti quãdiu, aliqui ex deſcẽdẽtibus maſculis ſuperint. Ideoq; ratio illa, qđ in dubio prædilexiſſe, &c. Nõ pōt locũ habere in hoc caſu reſpectu deſcendentium ex fœminis Titij nepotis, quia aliter expreſſe ipſa diſpoſuit: habebit autem locum ratio illa quo ad maſculos deſcendentes Titij nepotis in illa ſua parte, qui maſculi deſcendentes in caſu noſtro defecerunt, merito &c.

24 ¶Non etiam obſtat ſecundum, videlicet. quod in fęminis non cadit ratio agnationis conſeruandę &c. Nã reſpõdet̃ primo qđ nõ ſemp excludunt̃ fęminę, extãtibus

maſculis pp illã rationem agnationis conſeruandę. Sed aliæ etiã poſſunt dari rationes, puta quia fęminę nõ tot indigent expenſis, ꝓ ut maſculi, & quia ſuas dotes cõſequũtur. Itẽ quia hñt viros ſuos ex quorũ patrimonio ali, & ſuſtẽtari poſſũt & debẽt, vt p Soc. cõſ. j. col. vlt. vol. j. & in cõſ. 28. col. vl. ver. Prçterea lʒ dicaƚ vol. 4. ſeqꝫ Pariſ. cõſ.
25 47. col. pẽ. vol. 3. Præterea licet ĩ fęmina non cadat illa rõ agnationis cõſeruãdę, tñ excluduntur ab hęreditate matris & auię, exſtantib⁹ maſculis vt p Soc. & Pariſ. ꝓxime citatos. Et rõnabile eſt, vt ẽt bona ex fęminis puenientia vt puta matris & auię & ſimilia inter maſculos conſeruẽtur potius q̃ ad fęminas pueniant, excluſis maſculis, vt cõſiderat Rim. in cõſ. 251. col. 3. in prin. & cõſ. 253. col. pẽ. ĩ prin. Et eſt
26 aduertẽdũ quia Dec. in d. cõſ. 514. loquitur in teſtatrice fęmina, & tñ vult q fęminæ vniuſcuiuſq; lineę excludãtur p maſcul. aliarũ linearũ ẽt ex coniectura & tacita mẽte teſtatricis: ergo multo magis hoc ꝓcedit ex expſſa. Sed addo aliã rñ-
27 ſionẽ, vlt. qđ nõ eſt opus iſtas ratiões ĩueſtigare, cũ ipſa teſtatrix ita expræſſe voluit & diſpoſuit, vlt. vt hereditas ſua inter maſculos ppetuo cõſeruerur, nec aliter fęminas vocauit; niſi qñ maſculi oĩno deficerẽt, ſuorũ hęredũ inſtitutorũ, q caſus nondũ extitit, cũ extẽt ex deſcendẽtib⁹ maſculis p lineã maſculinã ſuorũ hæredũ inſtitutorũ. Si .n. portio iſta Titij nepot. defferetur ad fęminas ſuas vel ad illorũ deſcendẽtes, quicũq; tãdẽ ſint, qũo ſeruabitur volũtas teſtatricis quæ dixit quod hæreditas in perpetuũ conſeruetur inter maſculos deſcẽ-
28 dentes ſuorum heredum. ¶ Nõ ẽt obſtat qđ dicebatur, qđ iſti maſculi, q nũc ĩtendũt ſuccedere ſint de eadẽ familia, cuius ipſe Tit. nepos. Nã rñdetur, qđ iſtud argumẽtum nihil eſt, verbale. n. eſt, & apparens potius, q̃ eſſentialẽ; quia lʒ iſti ſint eiuſdẽ nominis famil. nõ tñ ſunt eiuſdẽ agnationis, cuius erat Tit. nepos, nec ex dedeſcendẽtibus eius ex linea maſcul'a, prout voluit ipſa teſtatrix ad hoc, vt ad eius hęreditatem admitti poſſent: ſunt. n. iſti, q vellent ſuccedere, deſcendentes ex linea maſcul'a alterius vlt. ſui patris: non autem de linea maſculina deſcendeutiũ Titij nepotis, in hoc teſtamen. inſtituti Qđ eſt neceſſariũ ad hoc, vt poſſint ſuccedere iuxta diſpõnem teſtatricis. Nã quo ad ipſum ſunt de linea fęminina, ex Tit. nepote natus eſt alius, qui plures habuit filios maſculos, & plures fęmin. maſculi oẽs ſine filijs maſculis deceſſerũt, & ſic eius linea maſcul'a extincta eſt, ex filiab⁹ aũt vna Sẽpronia noĩe nupſit cuidã q cognomentũ idẽ habebat, cũ Titio nepote, q̃ peperit eos, qui nunc prętendunt ſuccedere in bonis Titij nepotis,

Nec

Nec poſſunt q̃a ſunt de eius linea fæmin.& extant cõplures maſculi ex linea maſcul.alior. iſtitutor.ut fuſi⁹ ſ fuit demõſt ratũ & potisſimę quia ita diſpoſuit teſtattix: Et cũ Sẽpronia iſtorũ mater nõ poſſet ſuccedere,minus illius filij poterunt l.ſi viua matre C.de bon.mater.Bar.in l.liberorum cũ alijs ſ deductis. Ideoq; nihil proficit ĩ caſu nr̃o dicere, qđ iſti ſint ex familia eadẽ. Quia hoc non ſufficit,ſed oportet,quod ſint de deſcẽdẽtib.ex linea maſculina Titij nepotis,ꝓut voluit teſtatrix, q̃les iſti non ſunt: Teſtatrix.n.iſta nõ vocauit ad ſuã hęred.oẽs de famillia Titij nepot. immò,nec de eis cogitauit quidẽ; ſed tantũmodo vocauit maſculos deſcẽdẽtes nominati illi⁹Titij nepotis ſui inſtituti & pariter aliorũ inſtitutor. iſti aũt nõ ſunt deſcẽd. ex linea maſculina Titij nepotis, ſed ſunt de deſcẽdent. maſculis alteri⁹ parẽtis ſui. Ideo nedũ nõ ſũt ad hãc hęreditatẽ. vocati, ſed nec de eis fuit cogitatũ vti deſcendẽt. maſculi illius ſui parentis, vti aũt deſcendentes maſculi Titij nepo. pariter non poſſunt admitti,quia ſũt illius deſcẽdent.ex fęmina,qui nõ cẽſenturvocati,ſtãtibus deſcendent.ex maſculis aliorũ iſtitutorũ vt p Anch.& alios in d.cõſ.359.cũ alijs ſ alleg.& in ſpẽ p declarationem,quã in iſta materia tradit Caſtren.ĩ ſup.allegat. conſ.190.vol.2.

29 ¶ Inſup nõ obſtat tex.in l.Cohered.§.qui diſcretas ff.de vulg.&pu pil.&qđ dicitDec.p illũ tex.ĩ d.cõſ. 186.Quia illa Dec.nihil officit caſui nr̃o, vt ex ſdictis ſatis colligit. Fateor.n.qđ ſi extarẽt maſculi,qui poſſent dici deſcendent. ex maſculis Titij nepo. ipſi ꝓculdubio admitterẽtur,excluſis deſcẽdent.ẽt maſculis alior. iſtitutorũ ꝓut erat ĩ caſu illius tex.& in caſu Decij, Nam ibi aderãt,plures,qui fuerãt cõiuncti expreſſe,&nominatim p teſtat. Ideo cui dubiũ, qđ illi ſunt admitẽdi ad portionẽ illã defficiẽtẽ. ex cluſis alijs coheredib. Et hoc idem dicerẽ & ĩ caſu noſtro,qđ ſi quidẽ extarẽt deſcenden. ex linea maſculina Titij nepot.ipſi ſine dubio ad mitterent ad illius portionem,excluſis deſcẽdentib.alior.cohęred. vt in illo tex. dicitur, verum, cum defecerit linea maſcul.ſuap mortẽ aliorũ maſculor.deſcendẽt.ſuor. Et teſtatrix expræſſe voluit ſuam hęreditatem ĩter maſculos ſuorũ cohered. ĩſtitut. ĩ ꝑpetuũ cõſeruari & conſeq̃nter nõ vocauit fœm. aut illarũ deſcendẽtes, iſto caſu.s. q̃n extãt maſculi alior. hęred. ſequtur ꝙ iſta portio nõ põt pertinere ad fęminas,aut ad illarũ deſcẽdẽt. q̃ nõ ſunt hoc caſu vocatę, ſ3.qđ ꝑtineat ad maſculos aliorũ inſtitutorũ, q ſunt expreſſe p teſtatricẽ vocati,vt ẽt in d.§.q̃ diſcretas dr̃ q nedũ nõ refragatur cõcluſioni noſtrę, immo verò idem confirmat:

30 & Caſtren. in d.conſil. 190. vol.2.

dicit, quòd fœmina eſt principiū lineæ fœmininæ, ideoque omnes ſui deſcendentes ſiue fœminæ ſiue maſculi de linea fœminina ſūt, ideo non admittuntur exiſtentibus maſculis ex maſculo deſcendentibus: Quod dicit procedere nedum in vltimis voluntatibus, quæ ex vnius tm̄ voluntate dependent, ideo in eis pleniſsima fit interpretatio attenta illius mente; Sed ēt in contractibus, immo verò quod eſt fortius, & in ſtatutis, vt ibi per eum.

31 ¶ Non obſtat denique deciſio Rimin. in conſ. 259. in 3. difficultate, vbi concludit feudū, quod fuerat acceptum pro maſculis, & poſt ea pro fœminis in defectū maſculorum, pertinere ad filiam vnius ex vocatis mortui ſine maſculis, excluſis alijs fratribus defuncti, qui tamen fuerant in inueſtitura vocati. Nam niſi aliæ adeſſent veriſſimæ reſponſiones, quæ ſtatim ſubijcientur, poſſet vnico verbo dici quod loquitur in materia feudali, quæ habet ius ſingulare diuerſum à iure cōi, & vbi aliter de iure cōi in alijs materijs reperitur deciſum, non ſunt allegandę Deciſiones ī feudo loqn̄tes, tradit Iul. Cla. vt cęteros omittam, ī tit. de feud. in iij. quæſt. Sed hoc omiſſo, aliter reſpondeo, & dico, quod illa Deciſio Riminal. eſt valde dubitabilis, nec puto eam de iure poſſe ſubſiſtere: Illi. n. valde refragatur text.

32 in c. j. de eo, qui ſibi vel hęred. quē tex. & ipſe Riminal. in contrarium allegat, vbi contrarium omnino deciditur. Nam ibi dicitur quod is, qui fuit inueſtitus de feudo pro ſe & maſculis, ac fœminis in defectu maſculorū, decedit ſine maſculis, fœmina tm̄ relicta, illa admittitur ad feudū iuxta formam inueſtituræ, quę eſt, vt fœminę ī defectū maſculorū ſuccedāt:

33 Subditur poſtmodū in eo tex. qđ ſi illa fœmina deinde decedit relictis duobus filijs maſculis, quorū vnus duas filias reliquit, alter vero vnum filium, deciditur filium illū admitti ad totū feudū, excluſis filiabus alterius filij, & ſic eſt ibi caſus contra ſententiā Rimin. & pro deciſione caſus noſtri mirifice ſeruit Quīmo in fortiorib' terminis, Quia feudum illud ſemel venenerat ad fęminam; Ideo facilius in eo ſexu debuiſſet conſeruari Arg. l. Patre furioſo. ff. de His,

34 qui alieni iur. & res de facili reuertitur ad priorē naturam l. Si vnus ſ. Pactus ne peteret ver. qđ & in ſpe dotis. ff. de pact. & tamen trāſit ad maſculū, excluſis aliis fęminis. Rimin. aūt vult qđ excludantur maſculi, & tranſeat ad fęminas feudū illud, qđ ſemper ſteterat inter maſculos, nec vnquā antea ad fęminas peruenerat. Et per

35 illū tex. ita decidit Anch. in conſ. 174. col. j. ver. Pręſuppoſito aūt pro vero, vbi vult, qđ deuoluto feudo

ad

ad fęminã,ſi quidem decedat relicto vno maſculo deſcendente ex fęmina,& relictis ẽt fęminis, ille maſculus ſuccedit in feudo excluſis fęminis illis. Si ergo maſculus ex fęmina proueniens, quia non extant maſculi ex maſculis deſcendentes,excludit fęminas, quanto magis vbi adeſt maſculus deſcendens ex maſculo, (prout erat in caſu Rimin.) excludet fęminas, cuius in contrarium vult ipſe. & hoc idẽ ẽt decidit Calder. in cõs. 13.incipiente cõceſſum eſt in Tit. de feud. vbi per illum tex. in d.C. 1.de eo,qui ſibi, vel hered. cõcludit maſculũ ex fęmina deſcendẽte præferri fęminis, ẽt qđ illę eſſent gradu ꝓximiores,q̃; eſſet ille maſculus, Et hoc idem in jisdem terminis habetur inter cõſ. Bal. cõſ. 137. vol. 2. cui conſ. ſubſcripſerũt ſexdecim Doctores,& inter cæteros Cald.vt ibi dicitur:Si ergo ad excluſionẽ filiarũ defuncti admittur nepos ex filia alterius fratris, quanto magis eas excludent maſculi ex aliis fratribus maſculis: Ex quibus apparet.conſultationẽ illã Rimin. reddi valde periculoſam. & tantò magis quia rationes quibus ipſe mouetur, non videntur ſubſiſtere.Nã primo dicit, quod ſicut de iure cõi filia nõ excluditur, per Collaterales. §.j. in Auct. de hered. ab inteſtato venient. & in Auct. in ſucceſsione C.de ſuis, & legit. Ita & in feudo,in quo ſuc- 36

ceditur,prout in allodialibus ſuccediturſecũdũ leges cões. Ideoq; illæ filiæ Frãciſci,qui erat vnus ex filijs primo inueſtitis,& ad quem totum feudũ ex diuiſione puenerat,admitti debẽt excluſis aliis fratribus eiuſdem Franciſci illatũ patris,quia trãſuerſales ſunt: Si .n. lij maſculi Franciſci ſupereſſent, illæ filiæ non admitterentur, Sed cum non extent,admittuntur ipſę filiæ,quæ defuncti deſcẽdẽtes ſunt,excluſis fratribus,qui ei ſunt tranſuerſales. Iſta ſua ratio nõ eſt bona quia poſito pro vero, qđ in ſucceſione feudi ſeruetur ordo, qui đ iure cõi ſeruatur in ſucceſione Allodalium, tamen non eſt verum qđ illi fratres Frãciſci dicantur,quo ad hoc traſuerſales, imo vero deſcẽdẽtes habitò reſpectu ad inuiſtiturã factam primo inueſtito, qui fuit pater Franciſci, & aliorũ fratrũ ſuorum. Vnde habito reſpectu ad illã inuiſtiturã, & ad perſonã inueſtitã in ea, ex cuius iure iſti veniunt,dicuntur deſcendentes,non aũt trãſuerſales, prout verũ eſt inſpici debere inueſtiturã. Bal. in conſ. 207. & 215. vol. 2. Dec. cõſ. 680. in prin. Bru. in conſ. 114. num. 432. vbi inueſtitura velut ſcopus inſpicitur, & magiſq; natura feudi, quæ poteſt alterari.Nec dicatur quod iſti fratres Franciſci non poſſunt negare quin ſint trauſuerſales,quoad illi' perſonam. Quoniam dico inſpiciẽdã

ciendam, & conſiderandam eſſe, quo ad iſtud propoſitum, perſonam primi inueſtiti, vt eſt tex. formalis in d.C.1. de eo qui ſibi, vel hered. in quo tex.ſic dicitur, Non n.patet locus fœminę in feudi ſucceſsione, Donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus in hoc feudo fuerit inueſtitus; Et idem dicitur in d.conſ. 137.vol.2.in ver.de iure dico;& Calder.in d.conſ.13.in tit. de feudo. In inueſtitura autem illa dicebatur, quod inueſtitur ille pto ſe, & filijs maſculis, & illis deficientibus pro fęminis, prout ipſemet Rimin. ſic illam refert numero 25. Ex quib⁹ inueſtiture verbis colligitur, quod illi fratres Frāciſci ſunt de deſcendentibus primo inueſtiti, quicquid eſt quo ad perſonam, in qua vacat feudum; quia illa non attēditur vt dictum eſt; & illi quidē ſunt expſſe vocati in inueſtitura ante fęminas. Quia illæ in defectum filiorum maſculorum tantummodo fuerāt vocatę: vnde Deciſio illa Rimin. intercęte ra eſt de directo cōtra verba expſſa inueſtiturę. Pręterea mouetur Rimin. ibi per tex. in C. 1. de natura ſucceſ. feudi, vbi ſi feudū ad vnum perueniat, & ille decedat; feudum pertinet ad illos, qui ſunt ex illius linea, illa vero finita, tranſit ad alias ſimul. Sed nec ille text. quicquam facit ad propoſitum ſui caſus, quia verum eſt, quod quando extant maſculi ex illius linea; illi admittuntur excluſis alijs lineis, ſed quod fęminę eiuſdem lineæ admittantur excluſis maſculis aliarum linearum, hoc non dicit tex. ille, nec etiam vllus alius, At totum contrarium dicit tex. in d. C. 1. de eo, qui ſibi &c. Et qď ſubijcit, quod ſicut ſi filij Franciſci extarent, admitterentur ipſi vti proximiores, ita ergo filiæ fœminę, quæ pariter proximiores ſunt, admitti debent, Iſtud. n. Argumentū habet fallatiam in ſe, Nā ſi ſupereſſent filij maſculi Franciſci merito quidem admitterentur excluſis fratribus Frāciſci quia maſculi ſunt, & ſic in inueſtitura vocati: & ad totum feudum illius, quia in diuiſione inter ipſos fratres facta totum illud ad Franciſcū obuenit, & alij fratres ſui eorum portiones in alijs bonis hūrunt; ſed filiæ fęminæ, licet & ipſe proximiores ſint, tamen non ſunt nunc vocatæ, ſed demū poſt maſculos uocatos in iueſtitura, īnter quos ſunt iſti frattes Franciſci merito &c.

37 Namque fęmiuæ regulariter, & ſecundum naturam feudi non ſuccedunt C. 1. §. fęmina de ſucceſ. feudi, & de nat. ſucceſ. feud. in prin. ex pacto autem illo caſu, videlicet maſculis extātibus ſunt pariter excluſſæ, quia ſunt vocatæ tātummodo maſculis defficiētibus, vt in d.nu.25. qui proculdubio nō defficiebant, ſed immo extabant illimet, qui erāt vocati; igitur &c.

Et

Et negari etiam poteſt, quod iſtę filię Franciſci dicantur proximiores, quam ſint fratres Franciſci, quoniam licet attenta perſona Franciſci poſſent dici proximiores illi, quia eius ſunt filię, & ſic in primo gradu; fratres autem illi' ſunt in ſecundo, tamen quia
38 in ſucceſsione feudi nõ conſideratur perſona, quę nunc decedit, & per cuius mortem feudum vacat, ſed conſideratur proximitas habito reſpectu ad perſonam primo loco inueſtitam, vt dixi ſuperius, & tradit Calder. in d. conſ. 13. de feud. & inter conſi. Bal. 137. in 2. vol. quo inſpecto iſtę fęminę illi primo inueſtito remotiores in gradu ſunt, quia ſunt neptes ex filio, & ſic in ſecundo, maſculi autem ſunt illius filij, & ſic in primo gradu, vt in l. 1. ſ. primo gradu ff. de grad. affinit. & inſtit. eo tit. adeo quod apparet manifeſte fundamentum Rimin. omnino nõ ſubſiſtere. Mouetur etiam
39 Rimin. ibidem per Not. per Bal. & clarius per Salic. in l. ſi familię ad fin. C. famil. Hercis. vbi ſi feudum indiuiſione plurium fratrũ facta vni ex illis obueniat, & ipſe poſtmodum decedat, relicta tantum vna puella. Si alij fratres defuncti, & ſic patrui puellę petant feudum ab ea, quęritur, an poterit puella eos expellere exceptione legis vendicante ff. de euict. tãquam ipſi teneantur de euictione ratione diuiſionis. concludit Salicet. quod non poterit puella opponere hanc exceptionem. Ratio eſt, quia puella fęmina non poteſt in feudo ſuccedere, dicit Rimin. ergo ſi potuiſſet ſuccedere illa puella, pro ut in caſu ſuo dicit q̃d poteſt fęmina ſuccedere propter pactum in inueſtitura oppoſitũ, potuiſſet, & illa patruos agentes contra illam ad feudum per exceptionem repellere. Sed iſtud fundamentũ eſt peius cęteris immo probat contrarium, Quia Doctores illi per eum allegati concludũt puellam illam tanquam feudi incapacem non poſſe patruos ſuos a petitione feudi repellere, quod patri puellę indiuiſione obuenerat, ergo contra concluſionem Rimin. at ipſe dicit ſi puella potuiſſet ſuccedere in feudo, ſumendo argumentum a contrario ſenſu, potuiſſet patruos repellere. fatebor hoc, ſed quando erit, quod fęmina poſſit in feudo ſuccedere, Bald. & Salicet. ibi non aperiunt hoc, ſed dicunt illam vti inhabilũ ad feudum non poſſe quidquam opponere contra patruos. dicit Rimin. poterit ſuccedere fęmina in feudo, quando in inueſtitura hoc dictum eſſer, vt in caſu ſuo, Dico ego quod doctores per eum allegati hoc non dicunt; Ideo per perperam allegantur: Inueſtitura autem de qua in caſu ſuo, contrarium probat, quia fęminę vocantur

cantur demum non exiſtentibus maſculis, vtipſemet illam refert ibidem numero 25. qui maſculi ſupererāt, videlicet alij filij illius, qui primo loco fuerat inueſtitus, & qui erant in ipſa exp̄ſſe vocati: Ergo illis exiſtentibꝰ ſupſtitibus, fœmina illa non poteſt in feudo ſuccedere, tum ex diſpoſitione iuris feudalis, tum ex tenore,&forma inueſtiturę. Et ſic apparet cōſultationem illa Rimin. minus veram eſſe; & contra tex. in d. C. 1. de eo, qui ſibi, vel heredibus. ¶ Verum, & ſi cui placeret illa opinio Rimin. quam ex abundanti oſtendi non ſuſiſtere, adhuc tamen nihil obſtaret caſui noſtro; Quoniā, ꝑut ipſemet dicit, dum vult reſpōdere ad illum text. in C. 1. de eo qui ſibi, vel herdibus &c. Quem text. & ipſe fatetur contra ſuam concluſionem vrgere, vt p eum in v. col. ad finem. fundat caſum ſuum in diuiſione, quę fuerat inter illos fratres facta, in qua feudum illud totum vni ex eis fuerat aſſignatum: Ideo, cum alij nullā in eo partem haberent, non ſic de facili ad illos reuertere poterat; prout potuiſſet, ſi portio aliqua illius feudi penes illos remanſiſſet virtute iuris accreſcendi, 35 quia portio accreſcit, portioni l. ſi Titio in fi. ff. de vſufr. & ita erat dicit ipſe in caſu d. C. 1. vult igitur apte Rimin. qđ quādo bona omnia, non ad vnum tantum peruenerunt, ſed omnes habent propriam portionem, Tunc portio in vno deficiens ad alios pertranſeat,& ita eſt in caſu noſtro, quia illi coheredes inſtituti habent ſinguli ſeu eorum deſcendentes partem ſuam: ideo Rimin. in his terminis ſentit, & concordat nobiſcum, adeo quod ſi ſua conſultatio eſſet vera in terminis ſuis; In terminis noſtris idem tenet ꝑut nos concluſimus. ¶ Sed ſi verum amamus, ego etiam in terminis, in quibus ille loquitur, videlicet quādo feudum fuiſſet totum vni aſſignatum, idem putarē ſcilicet, quod per hoc alij, qui fuerunt in inueſtitura vocati nō p hoc amiſerint ius ſuum, quod eis ex inueſtitura, vel aliter puta ex teſtamento, vt in caſu noſtro, cōpetebat, & erat eis q̄ſitum, vt deficiente linea maſculina illius, ad quem feudū aut alia bona peruenerant ex diuiſione ad illos reuertatur; Et ſi ipſi nullā partem illorum bonorum habeant, excluſis fęminis,& earum linea, arg. eorum, quæ di-
36 cuntur de fideicommiſſo in l. qui Romæ. ¶. duo fratres, ff. de verb. oblig. vbi ego fuſius dixi quod ſ. peti fideicom. poſſit, aduenienti caſu, non obſtante diuiſione facta, & non obſtantibus clauſulis &c. Vt ibi per Bar. in 1. & 2. Q. vbi
37 dixi. Nec ad propoſitum videtur differentia, quam facit Rimin. an bona inter omnes ſint diuiſa, vel vni

vni tantum obueniſſent in diui-ſione: quia licet forte ceſſaret ius accreſcendi, non tamen ceſſabit ius illis compotens ex teſtamento in fideicommiſſo, vel ex inueſtitura in feudo. Et in feudo eſt caſus in C.1.de eo, qui finem fecit agnato. vbi tres agnati diuiſerunt bona inter ſe, & totũ feudũ ad vnũ obuenit, vnus renuntiauit feudũ, alius nõ renuntiauit, moritur ille, ad quẽ puenerat totũ feudũ, deciditur ibi, q̄d vterq; pariter poterit partẽ ſuã conſequi, & ſic ẽt ille, qui renuntiauerat, & tamen penes illos non remanſerat pars aliqua illius feudi, & ſic differentia Rimin. nihil eſt, quia integrum remanet ius ſuũ omnibus vocatis. & idẽ habetur in l.ſi familiæ C. famil. Herciſisc. ¶ Et eſt ẽt ad vnum aduertendũ, quia Salic. in d.l.ſi familię, quẽ Rimi. allegat expreſſe, loquitur quãdo feudũ fuerat in totũ vni aſſignatũ, vt in ver. Quęro cum glo. Quo caſu ſecundum Rimin. in d. ſuo conſ. 259. deberet remanere penes puellã illius filiã, q̄a ſecundũ eum penes alios non eſt portio aliqua, cui accreſcat portio defficiens, Et tamen etiã illo caſu concludit Salic. quem approbat ipſe, q̄d ad filiam illã non pertineat feudum, ſed patruus recte illud auocat, & euincit, nec poteſt puella illa opponere exceptionẽ euictionis, nec aliam.

43 ¶ Concludo igitur ad rẽ noſtrã reddeundo, quod portio iſta bonorum, in qua Titius nepos fuerat inſtitutus vnà cum alijs coheredibus ſub illa forma, vt in ipſo teſtamento continetur, cũ linea ſua maſculina defecerit, pertinet ad deſcendentes maſculos aliorũ coheredũ. etiam ſecundum ſententiam Rimin. Cum eorum ſinguli in diuiſionibus, immo ex ipſius teſtàtricis diſpoſitione habuerint partes ſuas illorum bonorum. Non autem ad vnum tantum, & ſic ad Titium nepotem peruenerint.

Laus Deo Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio facta pluribus, & deinde eorum filijs & deſcendentibus intelligitur ordine ſucceſſiuo.*

2 *Subſtitutio facta pluribus inſtitutis de ſuis filijs, & deſcendentibus, intelligitur, vt quilibet ex inſtitutis habeat ſuos proprios ſucceſſores in ſua portione, & num. 37.*

3 *Subſtitio facta cum illa clauſula, ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua, quomodo intelligatur.*

4 *Teſtator cenſetur magis diligere nepotes ex filio ĩſtituto, quã alios filios inſtitutos reſpectu protionis ꝓprię.*

5 *Ratio agnationis conſeruandę nõ cadit in fęminis: & num. 39.*

6 *Si plures ſunt inueſtiti in feudo, & vnus relicta filia decedat, illa ad-*

mittitur, excluſis alijs inueſtitis.

7 Qui allegat fideicom. illud probare debet: & nu. 44.

8 Fideicom. eſt onus, ideo in dubio cõtra illud eſt iudicandum.

9 Permiſſa alienatione cenſetur permiſſa ẽt hæredis inſtitutio, ſeu legatum: vide nu. 51. & ſeq.

10 Alienatio facta in ultima uolũtate fauorabilior eſt illa, quę fit inter uiuos

11 Probibita alienatione non cenſetur probibita ſucceſsio ab inteſtato; quia dicitur alienatio legalis, uide nu. 55. & ſeqq. & 66.

12 Ex præcedentibus, & ſequentibus declarantur media.

13 Mens teſtatoris principaliter magis quam uerba inſpici oportet, etiam quod ex coniecturis colligatur.

14 Sicut fęmina viuens excluderetur, propter maſculos, ita ẽt eius filij etiã maſculi: & nu. ſeqq. & 49.

15 Statutum excludẽs fęminas propter maſculos cenſetur excludere pariter maſculos deſcendentes ex fęminis. Quod procedit ẽt in hæreditate matris, & ſic fœminæ: & nu. 23.

16 Feuda nõ trãſeũt ad fęminas exiſtẽtibus maſculis & pariter nec ad fœminarũ deſcẽdẽtes ẽt maſculos: & n. 23

17 Ualet Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates.

18 In fideicõmiſsis ſuccedititur teſtatori non aũt grauato etiam in bonis ſuis: Ideo conueniens ẽt eſt, ut teſtatoris proximitas potius inſpiciatur, quam hæredis grauati: nu. ſeq.

19 Act⁹ tribuitͤ ordinãti, nõ aũt exeq̃nti.

20 Una perſona non debet in locum alterius ſubrogari.

21 Verbum ita quod, eſt reſtrictiuum, & limitatiuum.

22 Verbum modo prædicto inducit repetitionem oĩum præcedentium qualitatum.

23 Emphiteoti conceſſa uſque ad tertiã generationem maſculinam, & fęmininam, ſi maſculi decedant ſuperſtite fœmina ex vna linea, & nepote ex alia fœmina præmortua, prę fertur nepos. Sed ſi extarent maſculi ex linea maſculina, illi oĩbus preferẽdi eſſent.

24 Verba generalia cõpræhendunt oẽs.

25 Verbum, in prepetuum, ſignificat ſine aliqua pręfinitione.

26 Qui uult conſequens, uult ẽt antecedens.

27 Excluſus a ſuceſsione non ex ſuo delicto, ſed ex alia cauſa, facit, vt & natus ex eo remanet excluſus.

28 Spurio à ſucceßione excluſo, pariter illius filius remanet, licet legittimus & naturalis ipſe ſit, tanquam veniens à radice infecta.

29 Diuerſitas facti inducit diuerſitatẽ iuris, ideo ex diuerſis non infertur.

30 Verbum aliqua refertur ẽt ad minimam partem.

31 Teſtator præſumitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris comunis.

32 Coniuncti de iure comuni præferuntur diſiunctis.

33 Subſtõ regulatur ſm̃ inſtitutionem.

34 Extenſio nõ fit de perſona ad perſonã in materia ſubſtitutionis.

35 Ver-

35 *Verba iſta, ita ut hæreditas tranſeat de hærede in hæredem, inducunt ſimplex, & abſolutum fideicom.*

36 *Voluntas teſtatoris fuit, ut illud, quod nõ erat trãſmiſſibile, fiat trãſmiſsibile, & cõſ. inf. nu. 36. & conſ. 11. n. 20*

37 *Qua dilectione teſtator dilexit aliquẽ illum inſtituendo, eadem cenſetur dilexiſſe illius deſcendentes, niſi aliud de voluntate teſtatoris appareat.*

38 *Diſpoſitio qualibet ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

39 *Fœmina nupta tranſit in familiam viri, & relinquit paternam.*

41 *Deciſiones feudales non ſunt allegandæ ad deciſionem cauſarum extra materiam feudi.*

42 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris & proprios terminos non excedit.*

43 *Expreſſum facit ceſſare tacitum, ſeu præſumptum.*

45 *Ordo ſcripturæ ſignificat ordinem uoluntatis.*

46 *Verba clara teſtatoris ſunt attendẽda, præſertim quãdo ſunt geminata*

47 *Geminatio, ſeu repetitio verborum per teſtatorem facta declarat illius determinatam voluntatem.*

48 *Verbum poſtea denotat temporis interuallum.*

49 *Argumentum à contrario ſenſu valet etiam in vltimis voluntatibus.*

50 *Sicut teſtator prætulit maſculos fœminis, ita ẽt cenſetur prætuliſſe maſculos deſcendentes ex maſculis maſculis deſcẽdẽtib. ex fœminis, et n. 52*

51 *Filius non debet eſſe melioris conditionis, quàm pater, aut mater.*

53 *Duo vincula magis ligant, quam vnum: & nu. 62. & ſeq.*

54 *Verba iſta, quod hæreditas tranſeat de hærede in hæredem in perpetuum important fideicom.*

55 *Verbum ipſe eſt reſtrictiuum ad perſonam nominatam tantum: Nec illam egreditur.*

56 *Conceſſio alienationis per teſtatorem facta inter ipſos ſuos hæredes eſt perſonalis.*

57 *Voluntas teſtatoris ſeruanda inuiolabiliter, & hoc publicè intereſt.*

59 *Verbum vt ſupra, eſt reſtrictiuum ad præcedentia cũ omnibus ſuis qualitatibus.*

60 *Verbum in perpetuum appoſitum in teſtamento impedit ẽt ſucceſsionem ab inteſtato.*

61 *Prohibitio alienationis duplicata in teſtamẽto, vt tacita & expræſſa impedit, ne fieri alienatio poſsit, ẽt in caſibus, qui alias eſſent permiſſi: & num. ſeq.*

63 *Fideicõmiſſi commodum tranſit in fiſcum, quñ fideicommiſſarius deliquit & quãdiu ipſe viuit, ſi vltra fideicõ. nõ eſt ẽt facta expræſſa prohibitio alienationis: quia eo caſu, ſtatim bona pertinent ad fideicommiſſarium poſt eum vocatum.*

64 *Prohibitio alienationis in rem concepta tollit ẽt alienationem legalem puta ab inteſtato ſucceſsionem.*

65 *Verbum dicti eſt repetitiuum præcedentium.*

67 *Cauſa teſtamenti excludit ſucceſsionem ab inteſtato.*

68 *Veritas praualet fictioni, ſeu præſumptioni: & nu.ſeq.*

69 *Præſumptio habet locum tantum in caſu dubio, ceſſat aũt in caſu claro.*

70 *Non debet eſſe in poteſtate hæredũ inſtitutorum eludere, & irritam reddere diſpoſitionem teſtatoris.*

71 *Diſpoſitio vnius teſtatoris facta cõtra prohibitionem alterius teſtatoris non valet.*

72 *Succedentes ab inteſtato non dicuntur habere titulum ex teſtamento, ſed a lege tantum.*

In caſu præcedenti.

Auxilium meum à Domino.

MVLIER Quædam ſuum vltimum cõdidit teſtamentum in quo inſtituit tres filias ſuas, & duos nepotes ſuos ex alijs duabus filiabus eiuſdem teſtatricis prędefunctis equaliter, & earum vel eorum filios, & deſcendẽtes maſculos, & fęminas, ſeruata ſexus, & gradus prerogatiua ĩ infinitũ, ita qđ eius hereditas trãſeat de hęrede in heredem maſculos, & poſtea fęminas, nõ extantibus maſculis in ppetuum modo prędicto. Et ideo voluit, & ordinauit quòd aliquis dictorum heredum non poſſit, nec debeat vendere, alienare, nec per aliquem modum obligare bona immobilia hereditatis ſuę, ꝗa voluit ꝙ perueniat vt ſuperius ordinauit. Volens tñ & declarans qđ inter ipſos heredes poſſint talia bona alienari, & non in alias perſonas. ¶ Ea teſtatrice ſic defuncta contigit quod vnus ex duobus nepotibus deceſſit relicto filio maſculo, qui plures habuit filios maſculos, qui tamen omnes deceſſerunt ſine filijs maſculis, & habuit etiam filiã quæ habuit filios maſculos, qui nunc ſuperſunt.

¶ Queritur an illa portio bonorum in quibus inſtitutus fuerat dictus nepos pertineat ad deſcendentes ex prędicta filia maſculos, an vero ad deſcendentes maſculos ex vna dictarum filiarũ teſtatricis. ¶ Punctus iſte, de quo tractatur pulcher eſt & ſubtilis: ideoque diligenter examinandus, Et prima conſideratione dicendum videtur deſcẽdentes maſculos ex dicto nepote mediante illius filia in eius portione potiores eſſe de-
1 bere, Nam inſtitutio facta de tribus filiabus, & duobus nepotibus & ſuis filijs & deſcendentibus, in quibus cadebat ordo charitatis, & neceſſitatis, ne tales deſcendentes rumperent teſtamentum, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, videlicet qđ primo filię & nepotes eodem tempore ęqualiter ſuccederent, poſtea vero defunctis illis, deſcendentes illorum, vt eſt glo. communiter recepta per Bar. Caſt. Alex. Iaſ. & omnes in l. Gallus. ff.

2 lus.§. quidã recte.ff.de lib.& poſt. Rurſus intelligi debet quòd ſinguli deſcendentes ſuccedãt in portionem ſingulorum ſuorum parentum, vt exempli gratia deſcendẽtes ex vna ſuccedãt in eius portionem, & ſic de cęteris ſingula ſingulis referendo, vt per glo. quã notat & comendat Ang. in l. fin. C. de fideicom. vbi per hoc infert q̃ ſi tres imputantur, vnus de mãdato aliter de auxilio, & fauore, & alius de principali delicto, & cuilibet ſuum tempus & locus atribuitur, deinde in fine dicitur, & prædicta omnia & ſingula commiſſa fuerunt locis & temporibus ſupradictis, debet intelligi ſingula ſingulis referendo, idemq; notat Ang. in alijs locis citatis per Dec. conſ. 646. in fi. Soc. Iun. cõſ. 125. numero 15. vol. 1. dixi conſi. 31. num. 99. Et licet teſtatrix ſubiũxerit ſeruata ſexus & gradus prerogatiua, tamen non inde ſequitur quòd vno nepote decedente ſine filijs maſculis ad euis portionem filij maſculi deſcendentes ex filiabus, vel ex altero nepote veni re debeant, Sed ſenſus eſſe debet quòd illo nepote decedente ſine filijs maſculis deſcendentes maſculi ex eius fęminis ſuccedere debeant in eius portione nõ autem fęmine. Item proximiores, nõ autem remotiores: ſic enim ſeruabitur ſexus & gradus prerogatiua, vt in caſu ſubſtitutionis ſimiliter arguit Dec. conſ. 186. Col. 2. verſ. quarto conſiderandum, vbi premittit caſum qđ teſtator inſtituit filios Seij fratris in dimidiam, & filios Gaij fratris ĩ altera dimidia, deinde dixerat, qđ ſi aliquẽ ex filijs Seij mori cõtigerit ſine filijs, & idẽ de filijs Gaij ſupuiuentes ſuccedanr. Si mortuo teſtatore moriẽ vnus filius Gaij, ſuccedere debẽt in eius portione cęteri filij eiuſdẽ Gaij, nõ autem filij Seij, quia illa clauſula generalis, Quòd ſi aliquem ex filijs in qua ſubſtituit tã filios Seij quàm Gai, ſecundum pręcedentia venit intelligẽda referendo ſingula ſingulis, vt ſit ſenſus qđ ſi moriatur vnus ex filijs Seij, alij filij eiuſdem Seij coniuncti in eadem dimidia hęreditatis admittantur non autem filij Gaij, Er eo dem modo de filijs Gaij qđ vno moriente alij filij eiuſdẽ Gaij in alia dimidia ſibi relicta ſuccedant, nõ aũt filij Seij, confirmatq; Decius ratione, quia non videtur teſtator voluiſſe ſe ſtatim corrigere l. nõ ad ea.ff. de cõd. & demonſtr. vnde cũ teſtator filios Seij in vna dimidia, & filios Gaij in alia dimidia ſeparatim vocauerit, non eſt veriſſimile, quòd illã diuiſionem alterare voluerit per illam generalem ſubſtitutionem poſtremo loco factam, merito debet intelligi ſingula ſingulis referendo. Sic enim dicendum videtur in caſu noſtro quòd cum teſtator inſtituerit

3 (marginal number beside "31. num. 99." line)

tuerit

fuerit tres filias, & duos nepotes æqualiter, & ſingulorum filios maſculos & fœminas, ſicq; ſeparauerit eos in portionibus, vno nepote moriẽte ſine filijs maſculis, dici debet filios ex eius fœminis in eius portione ſuccedere, quales ſunt filij maſculi deſcendentes ab ipſo nepote teſtatricis, nõ aũt ſuccedere debent in eius portione dicti deſcẽdẽtes ex maſculis deſcendentibus ex vna dictarum filiarum teſtatricis inſtitutarum cum fuerint ab illa portione nepotis ſeparati ſingula ſingulis referendo. vnde videtur hoc primũ fundamentum ſatis vrgere pro dictis deſcendentibus nepotis.
4 ¶ Secundo confirmari poſſe videtur eorum intentio: Nam ſicut teſtatrix prætulit ac prædilexit nepotẽ in portione ſua cæteris alijs inſtitutis, pari modo prætuliſſe ac prædilexiſſe cenſetur deſcendentes ex eo maſculos, cæteris maſculis deſcendentibus ex alijs inſtitutis iuxta doctrinam Bar. in l. fi. ff. ad trebel. & Bal. in l. cum acutiſſimi C. de fideicõ. vbi ſignãter inquit ꝙ pater magis videtur diligere nepotem in portione patris & ſic filij ipſius teſtatoris, quàm in ea portione aliũ filium ipſius teſtatoris, ſequitur D. meus Rimin. conſ. 189. nu. 14. conſ. 223. num. 32. & conſ. 520. col. 2. ver. nam ſicut, citãs etiam Baldum in l. generaliter C. de inſti. & ſub. ſicq; pariter arguit Dec. in allegato conſ. 186. col. 2. verſ. & in præſenti caſu cur. conſ. 44. nu. 26. Corn. cõſ. 230. col. 4. verſ. nec refragatur. vol. 3. Cepha. conſ. 46. nu. 34. 5
¶ Tertio cõſiderandum eſt, quòd teſtatrix erat mulier, & fœminas inſtituit, item nepotes ex fœminis prædefunctis in quibus omnino non cadit ratio conſeruandæ agnationis, vt per Bald. conſ. 165. vol. 3. D. meus Rimin. conſ. 251. col. 3. Soc. Iun. conſ. 10. nu. 10. vol. 1. Rol. a Vall. conſ. 82. nu. 15. vol. 3. merito maſculi deſcendentes ex fœminis deſcẽdentibꝰ ab vno ex nepote inſtitutis, ſublatis omnibus maſculis ex eo preferri debent in eius parte cæteris maſculis deſcendentibus ex alijs maſculis filiarum inſtitutarum. 6
¶ Quarto deſſeruire videtur huic concluſioni, quòd ponit D. meus Rimin. conſ. 259. nu. 31. de feudo pluribus fratribus conceſſo pro ſe filijs maſculis & fœminis in defectum maſculorum, nã ſi facta diuiſione decedat vnus ſine filijs maſculis relictis filiabus, vult illas ꝑferri patruis, ergo pari modo præferri debent in portione dicti nepotis deſcendentes ex eius fœminis alijs maſculis deſcendentibus ex alijs inſtitutis quantumcumq; natis & deſcendentibus ex maſculis. 7
¶ Quinto moueor, Nam fideicommiſſum eſt quid facti, quòd non præſumitur, niſi probetur. in l. Bello. ſ. facte.

ctę.ff. de capti. & poſtlimi reuer. vnde ſi filij maſculi filiarum teſtatricis venire volunt ad portionem nepotis mortui, probare debent quod talis fuerit voluntas teſtatricis, quod voluerit eos ſubſtituere, & ita ſi niti volunt ex ſubſtitutione, eam probare debēt, aliàs hoc non probando ſuccūbere debent l. qui accuſare. C. de eden. l. 2. ff. de prob. ita Corn. arguit cōſ. 161. col. fi. vol. 2. Cephal. conſ. 419. nu. 26. Et cum fideicommiſſum ſit odio
8 ſum. l. coheredi. §. cum filię. ff. de vul. Et pup. contra illud in dubio pronunciandū eſt tanquā fauorabilius vt tenent Domini de Rotta Deciſ. 864. teſtator circa fi. in anti Graue. conſ. 180. in fi. Ceph. cōſ. 67. nu. 27. & conſ. 268. nu. 28. Alc. reſpon. 525. nu. 12. & reſpon. ſequēti nu. 6. Roland. a Valle conſ. 46. in prin. vol. 3. At ex huiuſmodi teſtamento non legitur, quod teſtatrix voluerit filios filiarum ſuarū venire ad portionem nepotū, merito non debent admitti & aduerſus eos videtur eſſe de iure pronūciandū. ¶ Sexto ſi proponatur ne potē teſtatoris aut illius deſcendētem aliquē teſtm̄ feciſſe, & in ſuos deſcēdētes de portione ſua diſpoſuiſſe, res omni ſcrupulo carere videtur, quoniā teſtatrix poſt nominatos heredes ſuos, & inter eos ordinato fideicommiſſo, ſubiunxit in fine, ſe velle & declarare, quod inter ipſos hęredes bona poſſint alienari, quotiens enim fit mentio de alienatione, intelligitur etiam de illa, quę fit per heredis inſtitutionem vel legatum. l. ſi quis prioris. §. certū. Et ibi Bal. notat. C. de ſecun. nuptijs l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alie. iud. mut. cā. l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus mod. Pign. vel Hippo. Sol. ponit Bart. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de ver. ob. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. rōneq; comprobatur. Nā fauorabilior eſt alienatio, quę fit in vltimis voluntatibus, quā ea, quæ fit inter viuos ſecundum gl. in l. quidam ita. §. ſi quis filium ff. ad tre. ergo multo magis intelligi debet permiſſa, prout ſic arguit Bar. in l. a filia. ff. ad treb. dicēs q̄d quē admodum res ſubiectæ reſtitutioni poſſunt alienari inter viuos ex cauſa dotis, multo magis alienari poſſunt in vltima voluntate, cū hęc ſit fauorabilior alienatio, ſequitur Natta. conſ. 78. nu. 1. Et ij. Rol. a Vall. conſ. 42. nu. 8. vol. 1.
11 Si vero dicamus prędictos deſcendentes inteſtatos deceſſiſſe, dici poſſe videtur adhuc dictos ſuos deſcendentes in dicta portione ab inteſtato ſucceſſiſſe, licet ipſa teſtatrix prohibuerit aliquem de ſuis heredib⁹ poſſe, vel debere alienare bona hęreditatis ſuę, Nam prohibitus alienare, non cenſetur prohibitus relinquere heredē ab inteſtato. l. cum pater. §. cum inter & ibi Barto. ff. de leg. ij. vbi Caſtr.

Caſtr.Cúman. & Immol.ſequuntur Barto.in l.ſi ita quis.§.ea lege nu.7.ff.de ver.ob.Bal.in l.peto.§.fratre.ad fi.ff.de leg.ij. Caſtr. cōſ. 447.ſi iſte maſculus in prin.vol.1. Alex.cōſ.56.cōſideratis nu.6.vol.j. 1.cōſ.155.viſis & accurrate ī prin. vol.ij.cōſ.59. attētis verbis nu. 10. & 14. vol. 3. vbi dicit eſſe cōmunē cum ſimilibus,quos cumulat Fráciſ.Beccius,conſ.26.nu.2.ſubdens rationem eſſe, quare dicta ſucceſſio nō videtur prohibita quia eſt alienatio legis.l.3.§.de illo.ff.pro ſocio.Pariſ.conſ.71.nu.28. vol. 3. Et ī dubio ꝓhibitio alienationis facta a teſtatore intelligitur de alienatione hominis non aūt legis ſecundum Aret.in l.Pantonius.§. j.ff.de acqui.here.Rui.cōſ.89. nu. 27.vol. 3. tantoque magis confirmari videtur, quoniam teſtatrix dixit, quod heredes non poſſint vendere alienare, nec per aliquem modum obligare bona immobilia hęreditatis, ſicut enim verbū vendere, & aliud obligare pertinēt ad actus inter viuos, pari modo verbum alienare poſitum in medio, cum ex pręcedenti & ſequenti declarationem recipiat. l.
12 ſi ſeruus plurium.§. fi. ff. de leg.1. ſicq; tenet Fulgos conſ.215. col.2. Corn.cōſ.96.col.3. & 4.vol.1.Soc. conſ. 13. in fi.vol.3.Rui.cōſ.7. nu. 10. Et conſ.116.nu.16.vol.2. Ceph. conſ.269.nu.45. & conſ. 394. nu. 39.vnde ſiue nepos ſiue aliquis ex ſuis deſcendentibus morientes ꝑ teſtamentum diſpoſuerint de dictis bonis vel ab inteſtato in ſuos deſcendētes,res plana videtur, Et hęc ſunt quæ in præſenti puncto non mediocrem difficultatē reddere videbātur aduerſus deſcendentes ex maſculis vnius ex filiabus īſtitutis,quominus ad portionē dicti nepotis venire poſſent, nec in ea de iure ſuccedere dērēt.
13 ¶Quibus tamen non obſtātibus in contrariam ſententiam deſcendo motus in primis eo fundamēto,quod in fideicommiſſis. eſt frequentiſſimum, mentem teſtatoris in eis potius eſſe cōſiderādam quā verba. l. cum virum. C. de fideicom. l. cū proponebatur.ff. de leg.ij.D.meus Rimin.conſ.78.nu. 6.Grot.conſ.1.nu.14. Ceph.conſ. 173.num.31.vnde Bal.inquit in C. mādatū de reſcr. quod mēs eſt radix verborū & eius ſubſtātia prima,nam cor eſt imperator linguę & habet eam ſicut mancipiū ſub iuriſdictione ſua:Idem dicit paulo ſuperius quod ſemper eſt recurrendum ad intentionem, diſponentis, quia cedit lingua cordi, & ſubiugo mentis verba cōſiſtūt tanq̄ ſub ſuo proprio originali, & digniori,hinc & Bal. cōformis Bero conſ.104.nu.18.vol.2. citans tex.in l.fi.C.de lib. præter.corrupto titulo pro C. de fideic. dicit q̄d frequentiſſimæ ſunt legis poſitæ adiuuantes teſtatorum voluntates

tates, & quod teſtator ſenſerit, prius ēt ſpectandum. l. ex facto la grande. ff. de hær. inſti. l. nō aliter ff. de leg. 3. l. in conditionibus pri mū locum. ff. de cond. & de. & eſt pulerior textus in terminis fideicomiſſi. in l. vnum ex familia. §. ſi omiſſa ff. de leg. 2. dicens ſi omiſſa ſint fideicommiſſi verba. & cetera quę leguntur, cum his quę ſcri bi debebant conueniant, recte da tum, & minus ſcriptum intellige tur, cui & alius non minus elegans accedit. in l. quiſquis. ff. de verb. ſig. nam cum teſtator ſcripſiſſet, Quiſquis mihi alius filius filij ve heres ſit. Labeo ait non vi deri filiam contintei Proculus cōtra, at Modeſtinus ſubdit, mihi Labeo videtur verborum figurā ſequi, procedēs mentem teſtatoris, demum reſpondet non dubi to Quin Labeonis ſnīa vera non ſit, Seuerus vna cum Proculo voluntatem teſtatoris potius quam verba, & ſicut priorem textum citat vt ſingularē Cu. Iun. cōſ. 121. nu. 17. ita poſteriorem Iaſ. conſ. 154. col. antepen. in fi. vol. 4. Et præter illos tex. addit Iaſ. conſil. 108. col. 3. vol. 4. Gloſſam not. quæ citari non ſolet. in l. pater filium. ſ. penult. ff. de leg. 3. & cum prædictis etiam concordat. Franciſ. Marzarius. conſ. 4. in vltima ſolutione dubiorum citans Alexandrum cōſ. 100. nu. v. vol. 4. qui ma giſtraliter dicit materiā fideicomiſſorū taliter eſſe fundatā in voluntate defuncti, qđ quibuſcunq; verbis, cōiecturis ſeu perſumptionibus apparere poteſt, ſufficit ad inducendum fideicomiſſum, ſequitur Cur. Iun. conſ. 121. num. 10. Soc. Iu. conſ. 75. num. 35. vol. 2. & eleganter Fortun. in l. Gallus §. & quid ſi tātū, nu. 165. ff. de lib. & poſ. quos latius deducit Marzarius loco citato, de q̄bus oībus ego me mini cōſ. meo 21. nu. 23. cū ſequentibus, q̄bus nūc addicēd' eſt Ang. cōſ. 293. ſic dicēs qđ ſeries ſeu figu ra verborū nō eſt potētior vnquā ipſa intētione, & idē Ang. cōſ. 222. ſcribit qđ vbi de volūtate conſtat omnis ꝓſtergatur verborū rigor & forma, & i ꝓpoſito multa refert Soc. Iu. cōſ. 103. nu. 20. vol. 1. ſicut & Par. cōſ. 4. nu. 23. vol. 2. latius dicēs quod mens & volūtas in quacūq; diſpoſitione ꝑdominatur, & eſt ſequēda ſecūdū cōes cōcluſiones & qđ mēs cuiuslibet diſponētis ſatis apparet ex coniecturis & ſatis declaratur ex eadem ſcriptura & qualibet ipſius particula. l. qui filiabus. l. ſi ſeruus plurium. ſ. fi. ff. de lega. 1. ſequitur Roland. a Vall. conſ. 61. num. 35. vol. 1. & longe latius conſ. 70. num. 52. volum. 3. ſicut etiam dicit eleganter Bal. in l. 1. C. de his qui aper. tab. mentem ſolam teſtatoris ad diſpoſitionem inducendam ſufficere, ſi colligatur ex alijs diſpoſitis, quamuis ex verbis non colligatur.

quę ſequitur Soc.in l.hęredes mei.
§.cum ita.col.5. ff. ad treb. & in l.
cum auus nu. 8. ff. de cond. & de.
in l.in ambiguo.col.pē. ff. de reb.
dub. Anch.conſ.339.col.1. Craue.
conſ.62.num.14.Cur.Iun. conſil.
116. col.pen.Iaſ.in l.Titius.§. Lu-
cius.col.2. ff. de lib.& poſ.& conſ.
140.col.7. ſexto fundamento vol.
2.Dec.conſ.55.col.pen.Hiero.Ga-
briel conſ.90.nu.117.cum ſimili-
14 bus. At teſtatrix in caſu noſtro
poſtquam vocauit filias & ne-
potes & earum vel eorum filios &
deſcendētes maſculos & fęminas
ſubiunxit, ſeruata ſexus preroga-
tiua, quod ſignificat maſculos p̄-
ferri fęminis, idque ſtatim me-
lius declarauit ſubdens.Ita q̄d eius
hęreditas tranſeat de hæredem hę
redē maſculos, & poſtea fęminas
non extantibus maſculis, ergo p̄-
ferri debent deſcendentes ex ma-
ſculis cuius ex filiabus inſtitutis
maſculis deſcendentibus ex nepo
te femina mediāte p doctrinā ſin
gularem Caſtrenſis conſ.339.pre-
ſupoſito quod in anti. in meo li-
bro. vbi loquens de ſtatuto, quod
habebat locum in hęreditate ma
tris, & aſcendentium per matrē
& extabant filij maſculi & ne-
pos ex filia pręde functa, dicit q̄d
ſicut ſi extaret, filia excluderetur
per filios maſculos, ita nepos ex
ea debet excludi, ne melioris con
ditionis ſit, quam eſſet illa ſi ui-
ueret. l.ſi viua matre. C.de bono.

15 mat. Et licet ſtatutum deferat hę-
reditatem maſculis, & nepos ſit
maſculus, non tamen admitti dēt
Quia debet intelligi ſtatutum de
maſculus deſcēdētibus, ex maſcu-
lis, non autem de maſculis deſcē-
dentibus ex fęmina excluſa, ſecun
dum Specula. qui ſic determinat
in tit. de locato.§. nūc aliqua verſ.
146.Et idem tradit Rui. conſ. 18.
nu.v.vol.3.vbi cōſiderat in eo ſta-
tuto Caſtrenſem explicite velle
quod vbi vocat deſcēdentes maſ-
culos ad ſucceſſionē aſcendentiū
etiam fęminarum, tunc intelli-
gitur vocare ſolum maſculos de-
ſcendentes ex maſculis, & illos
nedum fęminis pręferre ſed e-
tiam filijs earum etiam maſcu-
lis, & ſic dicti maſculi ex fęmi-
nis non ſunt comprehenſi in ca-
pite ſtatuti incluſiuo maſculorū,
ſed in capite excluſiuo fęminarū,
Et huius opi.quoq; fuit Barto. in
l.liberorum. ff. de verbo. ſignific.
Et in l.2.§.fi.ff.ad tertul. Anch. in
cle.prima de baptiſmo. Cyn. in l.
1.C.quæ ſit long. conſue. Bald. in
l.quod vero. ff. de legib. Et in l.ſi
vero.§. de uiro ff.ſol. mat. Roma.
conſ. 40. Et Brun. in tract. quod
ſtant.maſcul.quæſt.21.num.93.v-
bi reiecta ſentētia Franciſ.Tigrini
ſubdit, abſit q̄d ego ſim i hac opi.
ꝙ ſi remoueatur filia ꝓximior, nō
remoueatur etiā nepos, q̄a ſic ob-
ſeruatur & oīa ſtatuta deſtruerent;
Simile videmus in feudis, in q̄bus
exi-

exiſtente maſculo, fęminæ repelluntur. C.1.ſ. filia vero de ſucceſſ. feud. Cald. conſ. 4. de feud. Cuma. conſ. 100. Quædam poſſ. nu. 4. Ang. Aret. in tract. de teſt. gloſſ. 87. ver. item dicto, Alex. conſ. 29. nu. 7. vol. 1. cum ſimilibus, quos cumulat Horatius mandoſ. poſt Roma. conſ. 1. verbo perpetuo Nã nepos ex fęmina, licet ſit maſculus velut ex fęminina linea, deſcẽdẽs excluditur. C.1. de grad. ſucceſſ. C. 1. §. hoc autẽ notandum. qui feud. dare poſſunt, Hoſti. in ſumma de feud. ſ. quibus. Card. conſil. 64. quod D. Neta. Cald. de feud. conſ. 3. Aluar. C. 1. ſ. Et quia ij. not. qui feud. dar. poſſ. Butri. conſ. 46. numero 3. Cur. conſ. 49. num. 57. Aret. in l. Gallus. ſ. nunc de lege numero 53. ff. de lib. & poſt. Dec. conſ. 390. num. 1. Et in l. 2. num. 65. ff. de regul. iur. cũ ſimilibus p Mandoſ. poſt Roma. conſ. 1. ſicut igitur in ea materia ſtatuti fęminarũ excluſiui & in materia Contractus emphiteoſis Speculator, vel feudorũ Calderinus & ſequaces, pariter in materia teſtamenti de qua nos agimus, dicere debe-
17 mus cum valeat argumentum de Contractibus ad vltimas voluntates l. ſeruum filij. ſ. cũ qui chirographũ & ibi not. Caſtr. Alex. Immola, Iaſ. & oẽs. ff. de legat. 1. quod teſtatrix voluerit hęreditatem trãſire ad maſculos deſcendentes ex maſculis excluſis maſculis deſcendentibus ex fęminis. Qđ ẽt confirmat Rui. in allegato cõſ. 18. vol. 3. p doctrinã Caſtrẽſ. in d. §. nũc de lege col. fi. vbi tenet qđ qñ vocãtur in emphiteoſi maſculi deſcendentes, intelligũt vocati nati ex maſculis nõ aũt maſculi nati ex fęminis ea rõne, q̃a cũ filia ſit excluſa quã, ꝓximior eſt, multo magis filius eius ẽt. maſculus dẽt excludi cũ ſit remotior d. l. ſi viua matre & cum eo transeunt Alex. & Aret. ideq; ſequitur Alex. cõſ. 43. col. 2. vol. 3. D. meus Rimi. cõſ. 253. nu. 31. & ibi cõcordantes adduxi. Secũdo cõſiderandũ eſt qđ teſtatrix nedũ dixit ſeruata ſexus ſed ſubiunxit & gradus ꝓgatiua: ita qđ voluit ſibi proximiores maſculos ſuccedere prout in fideicõmiſſis ſeruatur qđ ſucceditur teſtatori non aũt Grauato nec vltimo moriẽti. l. cohere-
18 di. ſ. cũ filię. ff. de vul. & pup. l. ſancimus. §. cum aũt C. ad treb. notat Bar. in l. marcellus. §. quidã liberis. ff. eo. Et in l. ſi cognatis col. fi. ff. de reb. dub. motus per l. cũ acutiſſimi. C. de fideic. Et in l. generaliter §. cum autẽ. C. de inſti. & ſub. Idẽque tenet Bart. in l. peto. §. fratre. 1. ff. de lega. 2. vbi dicit Petrum de bella Pertica, Dynum & omnes ita tenere. ſicut & ibidem ſequitur Salyc. Et poſt omnes Iaſ. conſ. 215. vol. 2. Et conſ. 159. col. 1. vol. 4. concludens ita tenendum etiã in ſubſtitutione fideicomiſſaria per quã ſucceditur teſtatori.

Et in bonis ipſius teſtatoris non autem filiorum vel heredum d. §. cum filię, & cum prędictis etiam concordat Rui.conſ.142.col.pen. vol.3.q̃cquid dixerit Soc.in d. l.ſi cognatis col.fi.& in l.heredes mei ꝟ.cum ita col.7.ff. ad treb.ſicut & in conſ.86.col.pen.& fi.vol.3.cõcludens ſpectari non qui proximus eſſet teſtatoris, ſed ꝓximus defuncto; ſicut etiam tenet Celſus Hugo.conſ.39. numero 6.pon derantes textum & gloſſas in l. cũ ita §.in fideicommiſſo ff.de leg. 2. latius vt per eos: quoniã Soc. taxant in ſpecie Iaſon & Ruin. in locis memoratis, ſicut & Rubeus in l. Gallus. ꝟ. quidam recte ff. de lib. & poſt.reſpondentes argumẽtis ſuis, quos inſuper refert, ſequitur & confirmat Natta. conſ.
19 675. nu. 24. ea ratione, quoniã actus attribuitur ordinanti, non ei qui exequitur. l. pater ex prouincia. in fi. ff. de manu. vind.l. item eorum.§.ſi decuriones ff.quod cui vni. no. Roma. cõſ. 366. Quęritur nũquid circa prin. Et ideo dẽt attendi prioritas gradus reſpectu teſtatoris grauantis, nõ autem reſpectu grauati: Et cum prędictis ẽt tenet Cor.conſ.37.vol. 1. Boer.Deciſ.156.num.10. Ripa in l. Lucius. col.fi.ff. de vulgar. Et in l. ex facto in prin. ff. ad treb. Et hanc etiam cõmunem docet Crot. in l. filius familias. ꝟ.diui.ff.de leg.j.nu.160. quẽ ſequitur ibi Ferd.Loazes. nu. 203.Iaſ. in allegato.conſ.25.& Rolan.Vall.cõſ.70.nu.74.vol. 3. Nec obſtat tex. in allegato. §. in fideicommiſſo, quem pònderant Soc. Celſus Hugo tali modo, nã in fideicommiſſo facto familię admittuntur primo nominati, demum qui ex his primo gradu procreati ſunt, & ſic attenditur proximitas reſpectu grauatorum. Quoniam ſi verum amamus Modeſtinus cõtrarium probat recte cõſideratur inquit. n. quod in fideicommiſſo familię relicto prius admitti qui nominati ſunt, deinde poſt eos omnes extinctos, qui eo nomine defuncti fuerunt eo tẽpore, quo teſtator moreretur, hoc eſt qui tunc temporis erãt de familia ipſi teſtatori proximiores, non autẽ grauato poſtea ſubdit, & qui ex his primo ſeu proximo gradu ꝓcreati ſunt, ex his ſcilicet proximioribus teſtatori, non autem ex ipſis nominatis grauatis vt p Gloſſam in verbo & qui in ſecũda expoſitione magis cõiter recepta ac Veriore: Quia relatio p illud verbũ his, fieri dẽt ad proximiores. l.talis ſcriptura in fi. cum ibi not. ff. de leg. 1. quales ſunt proximiores teſtatori de familia ſua. illis enim ſublatis, ex eis procreati ſub intrant & teſtatori fiũt proximiores.vnde patet ex illo textu ſemper attendi perſonam teſtatoris non autem grauati: Et cum prius hunc intellectũ meũ excogitaſſem, poſt

modum

modum reperij Didacum Couua
ruuias . practi.9.cap.38. col. 9. &
10.cum ponentẽ,quod ſane mihi
quam gratiſſimum fuit in eius o-
pinionem concurriſſe.tantoque
magis quod & Alber.poſt Oldra.
pariter idem tenent, dicunt enim
quod ex his ſcilicet exiſtẽtibus in
familia tẽpore mortis admittũtur
illi,qui de proximo gradu ꝓcreati
ſunt,& q erũt in ꝓximiori gradu
ad defunctum, nam per incluſio-
nem proximitatis reſpectu teſta-
toris defuncti, re mouent & ex-
cludunt proximitatem reſpectu
grauati.l.cum prætor.ff. de iudic.
Igitur, vt ad rem noſtram deue-
niam, cum proponatur aliquos
maſculos ex deſcendentibus filia
rum inſtitutarum teſtatrici proxi
miores in gradu reperiri,quã ſint
maſculi,qui reperiuntur ex deſcẽ-
dentibus nepotis : Nam ex vna di
ctarum filiarum inſtitutarum na
tus fuit in primis Seius & ex eo Ga
ius demũq; ex Gaio hi, qui nunc
petũt,q ſunt abnepotes teſtatricis
& in quarto gradu ſibi cõiuncti.
ſ. quarto gradu.inſti.de grad. At
ex nepote teſtatricis ex filia pręde
functa deſcendit Sempron ius, &
ex illo,mortuis maſculis, deſcẽdit
fęmina quæ genuit maſculos nũc
extantes, qui teſtatrici ſunt atne-
potes,& in v.gradu ſibi coniũcti.
ſ.quinto gradu inſt.eo.ne dicam
vlteriori,ſi Sempronius nõ fuit fi-
lius Titij nepotis ſed vlterior vt
mihi proponitur.merito dici dẽt
mentem clarã teſtatricis fuiſſe di
ctos maſculos ꝓximiores in por-
tionem dicti Titij nepotis ſucce-
dere,remotis illius deſcẽdentibus
maſculis remotioribus in gradu
teſtatrici, cum alioquin ſalua gra
dus prerogatiua reſpectu ipſius
teſtatricis non remaneret, vt ipſa
20 diſpoſuit , Et dicta verba repu-
gnant,quominus vna perſona in
locum alterius debeat ſubrogari
auct.defuncto.C.ad tertul.vbi ca
ſtren. Et notat Dec.cõſ.408.col.2.
¶Tertio confirmatur hęc conclu
ſio , Nam teſtatrix ſubiunxit . ita
quod eius hęreditas tranſeat de
hęrede in hęredem maſculos &
poſtea fęminas, non extantibus
maſculis , in perpetuum modo
21 prædicto . Pondero primo dictio
nem illam,Ita quod, ſui natura re
ſtrictiuam,quia vim limitationis
habet & taxationis , ſecundum
Gul.& Ang. in l.nulla.ff.de legib.
Alexan.in l.legata inutiliter ff. de
leg.1. Rui. conſ.18.nu.11.Et conſ.
74.nu.17.vol.2 D.meus Rimi.cõſ.
85.nu.14.vnde bene conſonat,qđ
voluerit ad ꝑſonas prius expreſ-
ſas fideicommiſſum reſtringere,
nõ autẽ ad alias illud dilatare: &
dum ſubiunxit de maſculis, & po
ſtea de fęminis non extantibus
maſculis, apparet quod voluit re
plicare ſexus prerogatiuam, quã
volebat reſſeruare; dumque ſub-
iunxit in perpetuum modo prędi
cto

22 cto, voluit per illa verba rurſus etiam denotare reſeruationem gradus prerogatiuę, quia verba modo prædicto inducunt repetitionem præcedentium, ac ſi denuo ſpecificarentur. l. pluribus ff. de ver. ob. Bar. cōſ. 7. Andreas Martini plene Rui. conſ. 83. col. 3. vol. 2. Bar. in l. talis ſcriptura ad fi. ff. de leg. 1. Pariſ. conſ. 21. nu. 15. vol. 2. Ceph. conſ. 365. nu. 12. & 20. & in terminis ſubſtitutionis D. meus Rimi. conſ. 326. nu. 28. vbi dicit q͏̃d verba modo antedicto ſunt relatiua pręcedentiū & modi de quo ſupra dixerat teſtator vt in caſu noſtro q͏̃d proximiores maſculi maſculorum præferantur maſculis fęminarum.

23 ¶ Quarto comprobatur hęc cōcluſio per ea quæ ſcribunt Anch. & quattuor alij ſubſcribentes in conſ. 359. loquentes de emphiteoſi conceſſa vſque in tertiam generationem maſculinam & fęmininam ſaluo ſemper quod maſculi pręferantur fęminis, Euenit caſus quòd maſculi deceſſerunt relictis fęminis ex vna linea eorum & ex alia relicto nepote ex fęmina, dubitabatur quis præferendus eſſet, concludunt nepotem, Si tamen vt ſubiūgūt extarent maſculi deſcendentes ex maſculo præferentur nepoti ex fęmina, & illi deciſioni conformis eſt ſupra relata Speculatoris in titulo de locato §. nunc aliqua verſ. 246. Et licet Caſtrenſis. in l. 1. C. de cond. inſertis eam tolleret in caſu ſuo, at ſecus dicatur in vltima voluntate, quem ſequitur Corn. tamen ex deciſionibus per eum cumulatis apparet magis eſſe receptum idē eſſe in teſtamentis, cum potiſſime Caſtrenſis met in dicto §. cum de lege hoc ſequatur & dicat eſſe perpetuo mēti tenendum, probatq; ratione fundata in d. l. ſi viua matre, quod ſi mater nepotis nō admitteretur ſi viueret, quia nō eſt maſculus, multo minus admitti debet nepos ex ea, ne ſit melioris conditionis quam mater eius quę precedit in gradu, ſubditque tene menti hanc rationem per quā reſpondebis in pluribus dubijs, concluditq; pluries conſuluiſſe ſecundum dictam rationem & nullus ſciuit dare reſpōſum, vnde pariter in caſu noſtro dici debet maſculos natos ex maſculis prefe rendos ēt maſculis natis ex fęminis Titij nepotis in portione ſua ne tales maſculi ſint melioris conditionis matre ſua in teſtamento excluſa, donec extarent maſculi ex maſculis nati, prout extant prę dicti ex maſculis deſcendentes & progeniti. ¶ Quinto confirmatur fondamentum pręcedēs nam teſtatrix dixit ita quod eius hęreditas tranſeat de hęrede in hęredem maſculos in perpetuum.
24 Quæ verba generalia poſita poſt nominationum ſingulorum inſtitu-

ſtitutorum videlicet trium filiarũ & duorum nepotum referri debẽt ad omnes. l. mulieri & Titio. ff. de cõd.& dẽ.& ibi per Bart.& per eum in l.Iulius paulus eo tit. Rui. conſ.104.nu.6. vol.v. vnde cõplecti debent nedum portiones aliorum inſtitutorum, ſed etiam Titij nepotis, in quarũ ſingulis ſuccedituř per fideicomiſſum,vt tradit Bar. cõſ.51.Salinberc Ioãnnelli, & in perpetuum videlicet per maſculos deſcendentes ex maſculis,& ſic donec extent aliqui ex eis in infinitum vt per Bal.& alios in

25 l.etiam.ff.de ſolu.ma.vbi conceſſa emphitheoſi in perpetuum,intelligitur donec extent deſcẽdentes non facta reſtrictione temporis, pluresque cumulat apoſtillans ſingulare Commenſis.115.& Ceph. confirmat conſ. 400.nu. 22. meliusque Pariſ.conſ.30.nu. 24. vol. 2.dicens quod per illa verba in ꝑpetuum habentia tractum in futurum, & denotantia tempus in ſecula ſeculorum, & ſine præfinitione vt dicit Bar.in l.annua §.Titia.ff.de annu.lega. Alex. conſ.43. col.3.vol.3.Soc.cõſ.12.col. penult. Et conſ.57.col.1.vol.3.Dec. conſi. 38. col.2. non poſſent effectũ ſortiri, niſi fideicommiſſum gradatim eſſet inductũ vt dicit Cuma in l.cum ita.§. in fideicomiſſo ff. de leg. ſecundo Soc. in l. ſi cognatis col. 10. ff. de reb. dub. conſil. 62. nu. 4. vol.3 Alexan.conſ.9. vol. 1. & conſil.v.volum.3. non n. aliter niſi per viã fideicomiſſi hæreditas ipſa de hærede in hęredem ambu

26 lare poſſet, ergo qui vult conſequẽs, cenſetur velle ſuum neceſſarium antecedens l.illud.ff.de acq. hæred.ſicque Soc.arguit.conſ.57. vol.3.Dec.in alleg. conſ.38. col. 3. Pariſ. conſ. 88. col. 3. & 4. vol. 2. Ceph.conſ.392.col. prima: Igitur vt concludamus ſi voluit teſtatrix portionẽ nepotis uelut ſub hæreditate ſua comprehenſam tranſire de hærede in hæredem maſculos natos ex maſculis, ea ſpectare debet eos qui ſunt tales, nõ autẽ ad filios maſculos ex fęmina deſcendentes, ne melioris ſint conditionis ea velut fęmina excluſa.

¶ Sexto tanto magis dici debet cum teſtatrix paulo ſupradixerit. ſeruata ſexus prerogatiua in infinitum, quod eſt dicere ſemper & omni tempore ſiue ſub nulla temporis determinatione, nam infinitum pro indefinito capitur nullo certo tempore circumſcripto,vnde Cicero in partit. Quid quęſtio quaſnam habet partes? infinitã, quam conſultationẽ appello, & definitam,quam controuerſiam nomino,vnde Celſus in l.ſi cui.ff. de ſeruit.ſcriptum reliquit. Si cui via per fundum relinquatur in infinito, per quamlibet eius partẽ ire agere licebit. Et Vlpianus. in l. qui bona. §. fi. ff. de dam.inf. dicit quod illi ſtipulationi dies etiã

debet

debet inſertus intra quem ſi quid damni contigerit cautio locum habeat, neque enim in infinitum obligatus eſſe debet ſtipulatione. ideſt ſemper & ſine temporis alicuius determinatione. ſicut & Martianus in l. conditionũ ff. de cond. & demon. dixit conditiones in futurum vel ad tempus certum vel ad infinitum referri, hoc eſt ſine fine, voluit ergo teſtatrix ſemp hunc ordinẽ ſucceſſionis ſeruari, quod maſculi maſculorum præferentur maſculis fęminarũ.

¶ Septimo non prætereo rationẽ ſatis claram, quod ſi viueret mater iſtorum maſculorum ſtãtibus maſculis natis ex alijs maſculis, vt ſunt hi de quibus in cauſa, indubitanter illa excluderetur per eos ex ordinatione teſtatricis, quę vocauit. maſculos ante fęminas. ergo per eoſdẽ debent excludi maſ-

27 culi ex ea nati, quia quotiens quis excluditur a ſucceſſione non propter delictum ſuũ ſed ex alia cauſa, pariter natus ex eo remanet excluſus vt per illũ text. tradit Ang. in ſ. reliquum. in auct. de hær. ab inteſ. Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad tertul. Dec. conſ. 85. in fi. Et conſ. 634. col. finale. Simil videmus in

28 Spurio qui nullatenus admittitur ad ſucceſſionem non tamen propter delictum ſuum, nõ enim peccauit. licet in peccato cõceptus fuerit auc. ex cõplexu. C. de inceſ. nup. l. ſi Spurius. ff. vnde cog. nã pariter excluditur a ſucceſſione deſcendens ab eo, licet natus fuerit ex legitimo matrimonio, velut originem ducẽs ex infecta radice. l. fi. C. de natur. lib. & ibi not. Odofred. Et Cyn. Anch. conſ. 389. col. 1. Bal. in l. fi. C. de ver. ſig. in fi. Ioan. and. in add. Specul. de ſucceſſ. ab inteſta. §. 1. in add. incip. Accurſius. Alex. conſ. 174. vol. 5. Capra. cõſ. 136. col. fi. Dec. in allegato cõſ. 85. in fi. ſic enim dici debet in caſu noſtro, quod cũ mater iſtorum excluderetur a ſucceſſione non ꝓpter delictum ſuum ſed ex ordinatione teſtatricis, quando extarent maſculi, ſequitur vt & deſcendentes ex ea licet maſculi repellantur velut ex radice reiecta ꝓuenietes.

¶ Quare patet ex his rationibus & fundamentis hanc partem ſatis Iuridicam reddi, quæ tanto clarior apparebit diſſolutis cõtrarijs ad quod me totum accingo.

¶ Non obſtat igitur in primis deciſio Decij in allegato conſ. 186. verſ. quarto conſiderãdum, nam caſus ſuus longe differt a noſtro ꝓut in temate ſuo colligitur, vnde de diuerſis ad diuerſa non eſt

29 illatio facienda l. papi. exuli. ff. de minor. D. meus Rimin. conſ. 224. nu. 51. quoniam diuerſitas facti diuerſam iuris deciſionem inducit. Pariſ. conſ. 99. nu. 39. vol. 3. teſtator enim in caſu Decij inſtituerat in dimidia duos nepotes ex Seio fratre ſuo. item quattuor nepotes ex

Gaio

Gaio pariter fratre ſuo in alia di-
midia, deinde ſubiūxerat qđ ſi cō-
tingat aliquem ex filijs dicti Seij,
vel ex eorū deſcendentibus dece-
dere ſine filijs maſculis, ſuperui-
uens ſuccedat, eodemque modo
diſpoſuerat de filijs & deſcenden-
tibus Gaij, videlicet quod ſi con-
tingat aliquem ex filijs dicti Gaij
vel ex eorum deſcendentibus de-
cedere ſine filijs maſculis, ſuper-
uiuens ſuccedat, cum enim plu-
res eſſent filij Seij, ſicut & plu-
res Gaij, dicendo ſi aliquem ex
filijs Seij mori contingat, appa-
ret ex illa dictione aliquem, te-
ſtatricem ſenſiſſe de vno illorum
30 Seij quia dictio aliquem, ad vnū
ex eis refertur & reſtringi ſolet e-
tiam ad quid minimū vt per gl. in
cle. 1. in ver. pat. de for. compe. D.
meus Rimin. conſ. 210. nu. 7. dum
vero ſubiunxit, ſuperuiuens ſuc-
cedat, intellexit teſtatrix de alio
fratre morientis illi rē & verbis
cōiuncto, nō autem de filij Gaij,
31 diſiunctis, cum pręſumatur teſta
tricem ſe voluiſſe cōformare cum
diſpoſitione iuris communis iux.
not. per omnes in l. heredes mei §.
cum ita ff ad treb. Barto. in l. Gal-
lus. §. 1. ff. de lib. Et poſt. in l. vxorē
§. teſtamento 2. ff. de leg. 2. & in l.
vt iuriſiurandi ff. de oper. lib. Soc.
conſil. 31. num. 11. volum. 1. Iaſ.
abunde. conſil. 215. col. 5. vol. 2.
Dec. in l. emancipati. num. 16. C.
qui admi. Et in l. humanitatis. C.
de impub. cū ſimil. per Ceph. cōſ.
32 436. num. 55. Secundum quod ius
commune cōiuncti perferuntur
diſiunctis, & illis ſemotis admit-
tuntur. l. vnica. §. his ita diffinitis
C. de cad. toll. eodemq; modo dici
dēt ſi aliquē ex filijs Gaij mori cō
tingat, hoc vnū, qđ ſuperſtes ſuc-
cedat, hoc eſt vnus vel plures il-
lius fratres ei coniuncti ſucce-
dant in illa parte, non autem filij
Seij ſeparati & diſiuncti per ean-
dem rationem, merito bene di-
xit Dec. in eo caſu qđ cū teſtator
filios Seij ſeparatim vocauerit in
vna dimidia, & filios Gaij in alia
dimidia, non debent filij Seij ad
portionē filiorū Gaij venire, nec
econuerſo, ſed ſuperſtes debet in-
telligi ſubſtitutus in ea portione
in qua pariter fuerat inſtitutus,
33 cum ſubſtitutio referatur ad in-
ſtitutionem lege 1. C. de impub.
Corne. conſil. 94. volum. 1. Dec.
conſil. 371. num. 3. Pariſ. conſil. 73.
num. 16. volum. ſecundo ſic ad
vnguem citans Decium in alle-
gato conſil. 186. Et ab inſtitutio-
ne regulat. §. & ſi ex diſparibus
inſtitut. de vulga. Soc. Iun. conſil.
104. nu. 31. vol. 1. Ruin. conſ. 128.
nu. 13. uolum. 3. ubi dicit quod in
ſtitutio dat intellectū & interpre-
tationem ad ſubſtitutionem. Et
34 in materia ſubſtitutionis non fit
extenſio de perſona ad pſonam,
uſt ut filij Gaij ueniant ad portio
nem, ad quam uocati fuerant filij

Seij, nec econtra vt voluit Areti. in l.Gallus.§.& quid ſi tãtum col. 4.ff.de lib.& poſ.Ale.in l.cum reſ. col.3.nu.6.ff.de leg.1.Dec.cõſ.311. nu.5.poſt Oldr. conſ.21.quem deducit, vt per eum & alij quamplures cumulati per Rol.a Val.conſi. 55.nu. 24. vol. 3. Natta conſ. 551. numer. 25. At in caſu noſtro teſtatrix poſt tres filias, & duos nepotes nominati vocatos, & eorum filios, & deſcendentes ſubiunxit, Seruata ſexus & gradus prærogatiua in infinitũ, ita quod eius hæreditas tranſeat de hęrede in hæredem maſculos, & poſtea fœminas non extantibus maſculis in perpetuum modo prędicto. Ex quo verborum progreſſu patet. Quòd voluit deſcendẽtes maſculos ex maſculis inſtitutorum, poſſe venire ad portionem aliorum inſtitutorum, qui decederent ſine maſculis natis ex maſculis, vt contingit in portione Titii Nepotis, ex quo licet ſuperſint maſculi deſcendunt tamen ex fœmina. Sic enim fit tranſitus hæreditatis teſtatricis de hærede in hæredem ſi portio nepotis hæredis deficientis, vt ſupra tranſeat ad maſculos maſculorũ heredis teſtatricis in alia portione quales ſunt iſti. Namque illa verba, quò hæreditas teſtatricis tran-
35 ſeat de hærede in hæredem maſculos inducunt fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in fauorẽ hæredum maſculorum ex maſculis deſcendentium, quorum cauſa prolata ſunt, vt in alio propoſito dicit Bart. in l. pater filium.§. fundum.ff.de leg.3. Caſtren. conſil.232. viſis & conſideratis.col.v. verſic. circa primum Aretin. in l. qui Romæ.§. coheredes. col.3. & Socin. 8. verſic.quartus caſus.ff.de verb.oblig.cum ſimilibus per Pariſ. conſil. 30. num. 22. vol.2. Nec iſto caſu ſingula ſingulis referenda ſunt vt dicebat Decius, cum teſtatrix vltra proceſſerit quod non erat in caſu Decij prout ſupra declaraui, cuius teſtatricis voluntas ſeruari debet, vt ſicut quod non erat trãſmiſſibile, ex voluntate te-
36 ſtatoris fit tranſmiſſibile Bald. in l.vnica. colum. final.C.de his qui ante apert. tabul. & in l. ſi pater. quæſt.4.C.de inſtit.& ſubſti.Dec. conſil.117.conſil.397.& conſi.594 Iaſ.conſi.4.vol.2.conſi.52. colum. fin.vol.3. Durant.de arte teſtand. lib.v.cau.23.col.fi.ſic ex voluntate dictę teſtatricis portio vnius hęredum tranſeat ad alios.

37 ¶ Ad ſecundum fundamentum quo dicebatur ſicut Nepos prædilectus fuit in portione ſua, cæteris aliis inſtitutis pariter deſcendentes ab eo maſculi prædilecti cenſeri debent in ea portione, clare reſpondetur illud non procedere, ſi alia præſumpta voluntas teſtatoris aliud inducat vt ſignanter declarat Bartolus

in d.

in d. l. fi. ff. ad treb. nam & videmus quod ſi teſtator filias instituat in certa re filios vero maſculos vniuerſales, deinde dicat ſi quis eorum quandocumque deceſſerit ſine filijs, ſuperſtites ſubſtituit, altero ex maſculis defuncto ſorores vna cum fratre vnico ſuperſtite ſuccedunt & admittuntur ex preſumpta uoluntate teſtatoris id indicante propter locutionem pluralis numeri, quæ non in vno ſed in pluribus debet verificari lege vbi numerus. ff. de teſti. ita Barto. mer. declarat in d. lege fina. Caſtr. conſilio 356. Teſtamento Michaelis Ioan. Durantis lib. v. Caut. 201. & Dominus meus Riminaldus conſil. 276. numero 13. at nos in hoc caſu vel etiam fortiori verſamur; quia cum teſtatrix voluerit quod eius hereditas tranſeat de herede in hæredem maſculos & poſtea fęminas, non extantibus maſculis, apparet eius expreſſam ne dicam preſumptē voluntatē fuiſſe, quod portio vnius hęredum, qui deficeret ſine maſculis deſcendētibus ex maſculis, peruenire debeat ad alios maſculos, deſcendentes ex maſculis aliorum hęredū, cū nō aliter talis tranſitus de hęrede in hęredē fieri poſſet: merito debent admitti in portione alterius, licet in ea quo ad inſtitutionem non

38 fuerit predilecti. Quod etiam magis cōfirmatur, nam cū in qualibet diſpoſitione ſemp intelligatur clauſula, rebus ſic ſtantibus & aliquo non ſuperueniente de nouo. C. quemadmodum de iureiu. l. fina. ff. qui ſatis cog. l. quod ſeruius Et ibi Doctores ff. de cond. ob cauſam Ceph. conſilio 331. numero 11. cum ſimilibus a me cumulatis conſil. 59. numero. 74. dici debet quod illa predilectio teſtatricis ergà Titium nepotē in eius portione cenſeatur habita quo ad ſuos deſcendentes maſculos, donec extarent maſculi ex maſculis prouenientes: at ſi ceſſarent ſicque de nouo aliud ſuperueniret, vt quod extarent maſculi maſculorum ex alijs inſtitutis deſcendentes, dici debet quod in ea portione debeant admitti, remotis deſcentibus maſculis ex fęminis, in quibus ceſſat illa predilectio ſecundum voluntatem teſtatoris vocantis prius maſculos quam fœminas, & earum maſculos.

¶ Ad tertium quod hic agitur de hæreditate fęminæ, in qua non cadit ratio conſeruandæ agnationis, ideo debent admitti maſculi deſcendentes ex fœminis in portione Titij nepotis & preferri maſculis deſcendentibus ex maſculis inſtitutorū, dico verū eſſe rationē agnationis in caſu noſtro nō cadere, ſi uero conſideremus filias inſtitutas, quę nuptę tranſiuerunt in aliam familiam quam

39 paretiam de zabarellis, & de do
mo virorum ſuorum, factę fue-
runt l. fęminę. ff. de ſena. l. quiq;
C. de re. mil. lib. 12. & declarat Bar.
in l. quotiens C. de priuil. Scol.
do. lib. ſequitur D. meus Rimin.
conſ. 85. nu. 32. Ita quod etiam na
ti ex eis, licet maſculi, non potue-
runt eſſe de familia teſtatricis, ſi-
ue conſideramus duos nepotes in
ſtitutos; nam idem plane dici de-
bet de illis cum fuerint de alijs fa
milijs; & nati ex fęmina pariter
nomen alterius familię ſortiti ſue
runt. Sed bene dico quod teſta-
trix vocando maſculos priuſquam
fęminas, intellexit de maſculis de
ſcendentibus per lineam maſculi-
nam non autem per fęmininam,
ne melioris conditionis ſint maſ-
culi deſcendentes ex fęmina ma-
tre ſua, quam eſſet illa ſi viueret. l.
ſi viua matre. C. de bono. ma. vn-
de ſicut illa excluderetur per maſ-
culos deſcendentes ex maſculis,
ita maſculi, deſcendentes ex ea de-
bent excludi prout, ſignanter ar-
guit & tenet Caſtr. in allegato cō-
ſilio 339. præſuppoſito quod, in
principio in antiq. & hęc eſt regu-
la nota ſatis in materia ſucceſſio-
nis, quod vbicunque quis excludi-
tur a ſucceſſione alicuius non pro-
40 pter delictum ſuū ſed ex alia cau-
ſa, ſicut ipſe excluditur ita & fi-
lius debet excludi prout in 9. fun-
damento deduxi pluribus allega-
tis poſt Angelum in §. reliquum.

in auct. de her. ab inteſ. Et confir-
mat Bar. in l. 2. §. videndum ff. ad
tertul. verſ. quęro cauetur, vbi di-
cit qđ matre excluſa, pariter om-
nes cognati qui veniunt ex perſo-
na matris excluduntur. at ex hoc
teſtamento ſtantibus maſculis fę-
minę fuerunt excluſę citra delictū
ſuum quia ſic placuit teſtatrici or-
dinare, ergo & maſculi deſcen-
dentes ab ipſis fęminis cenſeri de
bent excluſi Et maſculi maſculo-
rum debent admitti. ¶ Ad quar-
tum de conſ. D. mei Rimin. 259.
multa dici poſſent, Sed illud prę
cęteris non eſt vllatenus omitten-
41 dum quod illa deciſio iuris feuda-
lis non eſt allegabilis ad deciſio-
nem caſus noſtri non feudalis,
cōſuetudines enim feudales cum
non ſint regulę, nec rationes a iu-
re communi traditę, nō ſunt al-
legabiles ad deciſionem cauſa-
rum in alia materia quam feudali
quia cum ſint ius conſuetudina-
rium, non ſunt ad conſequentias
trahendę. l. ius ſingulare. l. quod
vero. ff. de legib. Ita tradit Bart. in
l. v. iutis iurādi. §. ſi liberi. in prin.
circa medium ff. de oper. lib. Ia-
cob de belui. in C. primo Epiſco.
vel Abba. Bal. poſt glo. in C. 1. de
feud. cogni. vbi dicit expreſſe qđ
de iure feudali non licet arguere
in alia materia. Idemque Salyc.
in l. 1. col. 4. C. de iure emph. vbi
dixit non eſſe licitum arguere de
iure nō ſcripto ad materiā iuris
ſcripti

ſcripti quod eſt dicere de materia feudali ad aliam nõ feudalem pluribus quæ id genus cõfirmat Cur. Iuni. in tract. de feud. prima par. q. 3. potiſſime vero ratione. Nam
42 conſuetudo dicitur eſſe ſtricti iuris, & proprios terminos non excedit, C. quod ad tranſlationem. Et ibi not. Abb. de offi. leg. Bar. in l. poſt dotem col. pen. ff. ſolu. mat. vnde ſignanter dixit Bal. in l. fin. verſ. vnum aliud ſcias. C. commu. vtri. iud. quod conſuetudo tantum habet de potentia & effectu quantum habet de vſu adeo vt proprios facti vel vſus terminos non excedat. Sed ſic eſt qđ cõuentio & pactum nõ extenduntur ad alias res vel perſonas quam verba pacti & conuentionis includant l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. ergo nec conſuetudo: quare ſic eſſe debet de feudis, quæ in conſuetudine fundantur, hæcque concluſio de plano procedit vt declarat idem Cur. Iun. in d. q. 3. & cõſ. 24. col. fin. Quando iura feudalia quid diſponunt contra regulas iuris cõmunis, Nam tali caſu non ſunt allegabilia in alia materia quam feudali ſicque voluit Alex. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. ma. Et conſ. 106. col. pen. viſo themate. vol. 4. Et conſ. ſequenti col. 2. poſt Immol. in C. potuit de loca. pleniusque proſequitur Cur. Iun. vt per eum confirmando. at caſus per Riminaldum propoſitus erat de feudo alicui concesſo pro ſe & filijs maſculis, & his deficientibus pro fęminis. vnde ſi vult quod ſi vnus ex filijs decedat relicta filia, & relicto fratre, filia preferatur patruo, pater quod illa ſua deciſio dicitur eſſe contra regulas iuris communis quę volunt vt pacta & conuentiones ſeruentur l. iuriſgentium. §. prætor ait ff. de pact. item quia quotiens lex loquitur diſcretiue ideſt per ſe maſculo. & per ſe de fęmina, tunc nunquam maſculinum concipit
43 fęmininum, quia expreſſum facit ceſſare tacitum ſiue preſumptum put declarat Bal. in l. in multis. ff. de ſta. ho. Et conſ. 186. quia allegationes vel. Dec. in l. 2. nu. 99. ff. de reg. iur. igitur ſi fuerat inueſtitus quis pro ſe, & filijs maſculis, & his deficientibus pro fęminis ſicq. ſeparauerit maſculos a fęminis eos fęminis preferendo, quod velit Riminal. nepotem ex filio preferri patruo, & ſub mentione filiorum comprehendi, negari non poteſt quin ſit contra regulam iuris predictam, merito dici debet quod illa deciſio ſua feudalis, poſito qđ in ea materia defendi poſſet, non debet allegari poſſe ad deciſionem preſentis caſus noſtri qui de feudo nõ agit. Et hæc eſt meo Iudicio realis: Et tuta reſponſio, miſſis alijs quę poſſent adduci.

44 ¶ Ad quintum quo dicebatur fideicommiſſum non preſumi niſi

ſi

ſi probetur illud voluiſſe teſtato-
rem diſponere, & ob id aduerſus
illud velut odioſum pronuncian-
dum fore. reſpondetur hic ſatis
de fideicommiſſo conſtare. cum
enim filiabus inſtutis & duo-
bus nepotibus. vocauerit ſuos
filios & deſcendentes maſculos &
fęminas. per dicta verba ſignifi-
care voluit maſculos preferri fę-
minis, maſculos prius nominan-
45 do, ordo namque ſcripturę deſi-
gnat ordinē voluntatis vt ꝑ illum
tex. notat Bald. in l. quotiens. ff. de
vſuf. dicens etiam primo nomi-
natum anteferri, cum eſt extima-
tio voluntatis, & quod coniectu
ra ſummitur ex ordine ſcripturę.
cui plus addens Ang. inquit quod
ordo ſcripturę deſſignat ordinem
prædilectionis. Et hoc in fidei-
commiſſo tenet Soc. conſi. 51. nu.
31. vol. 4. dicens in fideicommiſſo
relicto familię, nominatos primo
preferri, dato quod non eſſent te-
ſtatori proximiores; quia ab eo
cenſentur prędilecti. d. l. quotiens.
Et idem ſcribit Soc. conſ. 101. ſub
numero 18. conſ. 154. ſub num. 9.
vol 2. & conſ 73. nu. 14. vol. 4. ſe-
quitur plenius Ceph. cōſ. 416. nu.
24. & ſecundum hanc concluſio-
nem conſuluit quoque Celſ. Hu-
go conſ. 20. nu. 44. ver. corrobo-
ro. quatenus reputat inconueniēs
& abſurdum, quod poſterius vo-
catus & ſic minus dilectus plus cō
ſequatur, quā primo loco nomi-
natus, & ſic qui plus fuit dilectus
Confirmat hęc voluntas teſtatri-
cis, Nā nominatis primo loco maſ
culis, & ſecundo fęminis ſubiun
xit ſeruata ſexus prerogatiua, ad
demonſtrandum quòd omnino
volebat maſculos preferri fęmi
nis, Tertio clarius hoc etiam patet
ſine refugio coniecturarum. quia
ſubiunxit, Ita quòd eius hæredi
tas tranſeat de herede in heredem
maſculos; & poſtea fęminas non
extātibus maſculis; in claris enim
46 nō eſt opus cōiecturis l. Cōtinuus
§. cum ita ff. de verb. ob. Et dicta
verba teſtatricis diligenter ſunt
attendenda l. nō aliter ff. de leg. 3.
D. meus Rimi. conſ. 233. nu. 6.
47 cum potiſſime ex illis ita geminatis
atq; repetitis appareat volunta
tem teſtatrici fuiſſe vocandi maſ-
culos ad fideicōiſſum & fęminis
eos preferrendi l. baliſta cum ibi
notatis ff. ad treb. Bar. in l. cum
ſcimus c. de agri. & cenſ. lib. 11.
Pariſ. conſ. 12. nu. 145. vol. 2. di-
cens quòd geminatio & repititio
oſtendit enixam voluntatem diſ
ponentis. & alibi conſ. 89. nu. 22
vol. 3. dicit quod inducit delibe
ratam, & apenſatā mentem diſ
48 ponenentis. Et vocando maſcu
los & poſtea fęminas apparet ex il
la dictione poſtea denotari tēpo-
ris interuallum, quod eſſe debet
inter vocationem earum & maſ-
culorum: Nā dictio poſtea de ſui
natura denotat interuallum l. Iu-
risgen-

riſgentium. §. quin immo in fi.
ff.de pact.l. quotiens §. ſi quis ita
ſcripſerit Et ibi mod.ff. de hered.
inſt. l. non erit. §.fi.ff.de iureiur.
Et ibi not.in ſpecie Iaſ. ſicut & in
l.fructus. ff.ſolu.mat.vnde primo
maſculos admitti voluit deinde
fęminas.Immo non contenta te-
ſtatrix ad maiorem ſuæ volunta-
tis expreſſionem ſubiunxit & po-
ſtea fęminas, maſculis non extan
tibus, vnde patet a contrario ſen
49 ſu, quod extantibus maſculis eas
non vocauit ſed excluſit. quod ar
gumentum valet in vltimis volū-
tatibus. vt ponunt Alex Iaſ. Dec.
& ibi dixi num.364.ff.de offi.eius.
firmatq; Pariſ.conſi.69. num.30.
volum.2.Corn.conſ.270. num.11.
vol.1.conſ.301.nu.4.volum. 4. Et
Alciat. pulchre reſpon. 778. nu.3.
quo loco fortiſſimum illud appel
lat in vltimis voluntatibus & fi-
deicommiſsis,& vt inquit Iaſ. in
d.l. 1. ſi locum habet in cōtracti-
bus a fortiori debet habere locū
in vltimis voluntatibus in quibus
latior interpretatio fit l. in teſta-
mentis ff. de reg.iur. quā in cōtra
50 ctibus.l.quicquid aſtringendę. ff.
de ver.obli.& ſicut in caſu noſtro
teſtatrix prętulit maſculos femi-
nis, pariter pretuliſſe dicitur maſ-
culos deſcendentes ex maſculis,
maſculis deſcendentibus ex fęmi
nis pluribus rationibus, quæ me
51 ad id impellunt prima ne tales
maſculi ſint melioris conditionis
fęminis eorum genitricibus. l. ſi
viua matre.C.de bon.mat. qua ra
tione fuit adductus Caſtrenſ. in
allegato conſi.339.preſupoſito in
anti. Et in l.Gallus. §. nunc de le-
ge. ff. de lib. Et poſt. eum Franc.
Aret. & Alexan. idemque pariter
Alexan. conſil. 43. colum. 2. vol.
3.D. meus Riminaldus conſ. 253.
nu. 31. cum apoſtilla mea. Ruin.
conſil.18.nu.5.vol.3. quos omnes
adduxi ſuperius in primo funda-
mento latiuſque comprobaui: vn
de propter hoc abſurdum uitan-
dum dici debet quòd quando te-
ſtatrix vocauit maſculos, intelle-
xit de maſculis maſculorum, non
52 autem de maſculis fęminarū. Se-
cunda ratio eſt q̃a ſicut ſi viueret.
mater horum maſculorum exclu
deretur per iſtos maſculos deſcen
dentes ex maſculis ſecundum or-
dinationem teſtatricis, ita debent
excludi maſculi ex ea nati. ſecun-
dū regulā quam ponit Ang.in §.
reliquum. in aut. de hęr.ab inteſ.
cū ſimilibusquos adduxi ſuperius
in 6.fundamento. Tertia quoque
ſuccedit ratio nam maſculi, qui
nati fuerūt ex maſculis duplici iu
re nittuntur vno q̃d ſunt maſcu-
li, altero qui ex maſculis orti ſūt,
at maſculi nati ex fęmina vno tā-
tum iure ſuffulti ſunt vz q̃d ſunt
maſculi, igitur maſculi nati ex
maſculis veluti fortiores debent
illis veluti debilioribus preponde
53 rare, quia duo vincula magis li-
gant

gant quam ſimplex funiculus. R
Baliſta ubi ſcribentes.ff.ad trebel.
Bar.in l.cum ſcimus.C.de agri. &
cenſ.lib.11.Rol.a Vall.cōſ. 37. nu.
13.conſ.81.num.20.vol.2.conſ.25.
numero 35. volum. quarto & eſt
text. in materia ſucceſſionis iun-
cta glo. in §.ſed hodie inſtiut. de
adop.& in §. 1. in auct. de Con-
ſang. & Vter. frat. pluraq; adhoc
cumulat Portius Immolen. conſ.
10. colum. 1. & 2. Et in materia
ſucceſſionis ponit idem Alex. cōſ.
79.vol.6.Et poſt eum Bero. conſi.
148.nu.21.& ſequen.volum.2.un-
de patet in caſu noſtro dici non
poſſe fideicommiſſum non preſu
mi niſi probetur, Satis n.per ſe pa
tet:Et ꝓbatur ex p̃dictis; & potiſſi
54 me illa uerba,quæ dicũt ita quod
eius hęreditas tranſeat de hærede
in hęredem maſculos & poſtea fę
minas non extantibus maſculis
in perpetuum : Nã cum dicta ver
ba ſonent in fideicommiſſum,ſi-
ne dubio fatendum eſt apparere
de fideicomiſſaria ſubſtitutione
ſecundum Bar. in l.centurio.4. q.
princi. uerſi.idem ſi teſtator.ff.de
uulg. cuius opinionem ſequitur
& communem teſtatur Pariſ. cōſi.
30.nu.9.volum.2.ſicut & Franciſ.
Beccius.conſ.24.nu.i.unde ſic di-
ſcurrendo patet quintum funda-
mentum ceſſare.

¶Ad ſextũ de teſtamento forte
condito per aliquem ex iſtis vlti-
mo loco defunctis & diſpoſitio-
ne facta in ſuos deſcendentes, qđ
ſi factum fuit, fieri potuit ex per-
miſſione teſtatricis, & res clara
manet ad eorum fauorẽ. Reſpõ-
deo quod animaduerti debet ad
verba teſtatricis: quæ dixit volens
tamen & declarans quod inter ip-
ſos hæredes talia bona poſſint alie
nari: nam ponderari debet illa di
55 ctio; Ipſos perſonaliſſima, & nõ
tantum relatiua ſed etiam ad ocu
lũ demõſtratiua, vt declarat Bal.
conſ.304.vol.v.dicens quod ſi ver
ba dicant, ipſe hęres ne alienato,
prohibitio tãtum comprehendit
prohibitum, & non hæredes eius
tanquam illa demonſtratio ipſe,
perſonã ipſam velut ad oculum
demonſtrat, nec eam egrediatur,
ſequitur & comẽdat Iaſ.in l. filius
famil.§.diui. lect.2. col. penult. ff.
de leg.1.Ferd.Loaz. nu.188. & Ri-
56 pa num.111.igitur ſi proponamus
iſtã fęminã aut eius filios etiam
maſculos fuiſſe vocatos ex teſtamẽ
to, talis alienatio nõ valuit: quia
ipſa & filij ſui nõ fuerunt de hære
dibus a teſtatrice vocatis, Et teſta
trix permiſit alienationem tãtum
inter ipſos hęredes, quos illa vo-
cauit.Et licet Rol a Vall conſ. 55.
col.fi. vol.3. conetur hãc Conclu-
ſionẽ in dubium refricare, vide-
licet qđ cõceſſio alienationis ſit p
ſonalis ex dictione ipſe, quia nõ
ſtat reſtrinctiue ſed demonſtrati-
ue, nec valet (vt illic dicit) con-
ſequentia conceditur ipſi D.Alto

bello

bello facultas alienandi, ergo ne-
gatur hæredibus. vt per Dec. cõſ.
390. numer. 8. Iaſonem. conſil.
64. in fin. volum. 3. Et Nattam.
conſ. 322. per totum. Tamen ad-
uerti debet quod vltra quod ipſe
met Rol. conſil. 59. numer. 28. eo
volum. 3 plenius tenet & confir-
mat dictam concluſionem per
doctrinam Cattellani Cotte libro
memorialium verbo hæredis ap-
pellatione. glo. in §. fuerat inſtut.
de act. & Socinum Iun. conſ. 144.
num. 13. volum. 3. Decius Iaſon &
Natta citati loquuntur in diuer-
ſis terminis videlicet quando feu
dum conceſſum fuit alicui adito
quod ipſe poſſit alienare vel qui-
bus ipſe dederit, iuxta text. in c.
1. de feud. non hab. propr. nat.
illud enim pactum amplificati-
uum vt declarat Aluorat. & Af-
flict. debet operari amplificatio-
nem, nam per illa verba & qui-
bus dederit ampliatur cõtractus
vt quoquo titulo poſſit res tranſ-
ferri non ſolum iure feudi ſed e-
tiam quolibet titulo alienationis
inter viuos, vel per vltimam vo-
luntatem, eo enim ipſo quod di-
xit, Et quibus dederit, vide-
tur eſſe conceſſa licentia per Do-
minum, quod illi, quibus datum
eſt, habeat libere, poſtquam non
eſt dictum quod habeant in feu-
dum, nam verba debent aliquid
operari. l. ſi quando. ff. de leg. 1. vn
de ſi vellemus dicere quod illa ver
ba ſolum importarent dationem
in feudum. nihil operaretur, quia
etiã ſine dictis verbis potuiſſet va
ſallus alteri infeudare, Et ideo vt
aliquid operentur, eſt neceſſe dice
re, quod importent liberam tra-
ditionẽ vel alienationẽ prout pla-
cuerit vaſallo, & in caſu noſtro cõ
ceſſio alienationis magis coarcta
tã fuit, quia dicẽs teſtatrix q̃ dicta
bona poſſint inter ipſos hæredes
alienari, apparet nedũ tã pſonali-
ter locutã fuiſſe reſpectu alienan-
tium, ſed et reſpectu eorũ, in quos
fieret alienatio, volens qđ vtrinq;
ſint hæredes, q alienẽt & in quos
57 alienetur: Et cũ talis volũtas fuerit
teſtatricis, illa p lege ſeruari dẽt.
§. diſponat in auct. de nup. D. me
Rim. cõſ. 336. nu 19. & in materia
ſucceſſionis eſt attẽdẽda l. iiſ cõdi-
tionibus primũ locũ. ff. de cõd. &
de. l. pater. ſeuerinã. §. cõditionũ.
ff. eodẽ cũ ſimilibus p eundẽ Rim.
meũ cõſ. 186. nu. 16. nã q̃ pueniũt
a ſupremis voluntatibus, vt cõfer
uentur, & ne vel minimũ offendã
tur, publice ĩtereſt, vt elegãter ſcri
bit Frãciſ. Connanus. in cõmenta
rijs Iuris ciuilis lib. v. cap. 7. col. v.
Quin Immo ratã reuerentiã teſta
mẽtis habitã q̃nque fuiſſe ſcribit
Valerius max. lib. 7. de teſta. vt q̃ re
ſcindi potuiſsẽt, rata manſerint. cũ
ius exẽplũ memorabile ponit Ebu
cia. l. menenij Agrippę vxoris q̃ cũ
duas hẽret ſimiliſme pbitatis filias
platoniã, & Aphroniã, animi ſui

potius inclinatione prouecta, quã
vllis alterius iniurijs, aut officijs
commota, platoniam tantum
modo hæredem inſtituit, filijs
vero Aphroniæ ex admodum am
plo patrimonio uiginti nummos
legauit, nihilominus Aphronia
cum ſorore contendere nolens te
ſtamentũ matris patientia Et ho-
nore quam iudicio conuellere ſan
ctius eſſe duxit, Sed quid opus
eſt tot verbis, cum teſtatrix ſe ma
gis atque magis declarauerit ſub-
dens. Et nõ in alias perſonas. Nã
cum permiſerit duntaxat aliena-
tionem inter eos, qui eſſent eius
hæredes, in alias perſonas non
hæredes ſuos eã prohibuiſſe dici-
tur l. maritus cum ibi not. C. de
procur. Et in l. cum prætor. ff. de
iudi. quare patet quam ſtricte lo-
cuta fuerit teſtatrix in caſu no-
ſtro: Poſtremo dum dicebam
58 quòd ſi Titius nepos inteſtatus de
ceſſit, potuerunt ſui deſcendentes
ab inteſtato ſuccedere non ob-
ſtante prohibitione alienationis
in teſtamento poſita vt per Bar-
tol. in lege cum pater. ſ. cum in-
ter. ff. de lega. ſecundo quia talis
ab inteſtato ſucceſſio non eſt ho-
minis alienatio ſed legalis, vt ſu-
pra deduxi, conſiderandum eſt
quòd teſtatrix prius dixit quòd hę
reditas ſua tranſeat de hærede in
hæredem maſculos & poſtea fę-
minas, non extantibus maſculis
in perpetuum: deinde ſubiunxit

Et ideo voluit, & ordinauit quòd
aliquis dictorum hæredum non
poſſit alienare bona immobilia
hæreditatis ipſius teſtatricis, quia
vult quòd perueniat vt ſupra or-
59 dinauit, pondero dictionẽ illam
vt ſupra relatiuam precedentium
cum ſuis omnibus qualitatibus
vt declarat Bartol. in l. 1. ſ. hoc
edicto. ff. de poſtul. Cur. conſil.
51. colum. 9. verſic. potiſſime Dec.
conſ. 172. numer. 3. & conſil. 394.
numer. 1. Pariſ. conſil. 19. num.
68. volum. 2. vnde ſenſus fuit te-
ſtatricis quòd prohibuit illam a-
lienationem bonorum, quia vo-
luit quòd perueniat vt ſupra or-
dinauit, hoc eſt de hærede in hę-
redem maſculos & poſtea fęmi-
nas, non extantibus maſculis in
60 perpetuum. At vbi in prohibitio-
ne alienationis ſeu in cauſa prohi
bitionis alienationis reperitur ap
poſita dictio in perpetuum, tunc
intelligitur prohibita etiam ſuc-
ceſſio ab inteſtato, quia aliter il-
lud verbum verificari non poteſt,
Quoniam ſi fęminę, vel filij ſui
ſucceſſionem ab inteſtato maſcu
los natos ex maſculis poſſent ex-
cludere, non poſſent in perpe-
tuum bona ad ipſos deſcenden
tes maſculos tranſire, Sed poſt
quam fęmina ſucceſſiſſet, poſſent
ad alios peruenire, ita pulcre con
ſiderat & declarat Socin. inter
Couſilia Curtij. conſil. 40. ad fi.
pleniuſquam deducit confirmas

ex

ex alijs Ruin.conſ.147.numer.12.
volum.2. Et hæc eſt realis & pul-
61 cra ſolutio. Sed & aliam non
minus pulcrã ſubijcio ſicut & ve-
riſimam. quod teſtatrix inter in-
ſtitutos, & eorum filios, & de-
ſcendentes maſculos & ſubinde
fęminas fecit ſubſtitutionem fi-
deicommiſſariam prout ſatis ſu-
pra demonſtraui, per quam di-
cebantur illi tacite prohibiti alie
nare bona, auct. res quæ.C.cõmu.
de leg. deinde eiſdem prohibuit
expreſſe alienationem bonorum
dicens quod aliquis dictorum hę
redum non poſſit nec debeat
alienare bona hæreditatis ſuæ,
vnde quo ad huiuſmodi bona
in perſona dictorum hæredum
concurrit duplex prohibitio ſci-
licet tacita & expreſſa propter
quam duplicem prohibitionem
cõtineri debet hæc alienatio. quæ
fit per ſucceſſionem ab inteſtato.
quę alias non contineretur ſub v-
na tantũ prohibitione argumẽto
§.ſanctiſſimas in auct. de non a-
lie. vbi probatur quòd vbi con-
currit duplex prohibitio ſcilicet
legis & hominis, intelligitur pro
hibita alienatio etiam in illis ca-
ſibus in quibus de iure ſpeciali fie
ri potuiſſet ſi ſola fuiſſet prohibi-
tio legalis, & idem probatur in
lege 2. C. de vſucap. pro empt. ſe-
cundum intellectum Bartoli &
aliorum in l.filius famil.§.diui.ff.
de lega. 1. & not. gloſſ. in C. licet
mulieres de iureiur. in 6. Et in C.
verum de cond. apoſ. ſicut &
Bald. in C. 1. §. præterea.de Ca-
pi.corra. vbi dicit qđ feudatarius
expreſſe prohibitus alienare a Do
mino. non poteſt alienare etiam
in caſibus alias permiſſis a iure,
quia prohibitio legis dicto caſu
concurrit cum prohibitione ho-
minis. & in propoſito noſtro pro
batur ex alio, nã licet valeat irre-
uocabiliter alienatio rei ſubiectæ
reſtitutioni fideicõ. ſi fiat ab igno
rante ignorãti. l. fi.§. fi. ff.de leg.2.
Si tamen hęres grauatus ſit etiam
expreſſe prohibitus alienare non
valet dicto caſu alienatio ſecũdũ
Alex. in l. marcellus. §. res quæ ff.
ad treb. Et in l. quidam teſtamen
to §.fin. eo. titul. vbi aſſignat di-
ctam rationem videlicet quia cõ-
currit duplex prohibitio, & pro-
pterea dicendum eſt in propo-
ſito & in caſu noſtro quòd ſit pro
hibita ſucceſſio ab inteſtato. quæ
dicitur legalis alienatio, Et ſic §.
cum inter ſuperius allegatus &
ibi Bartol. locum habet quando
aliqui fuerunt prohibiti alienare,
& aliter non fuerunt per fidei-
commiſſum grauati & iſto caſu
proprie loquitur ille tex. Sed quã-
do ſunt inuicem ſubſtituti vt eſt
in caſu noſtro, & illis etiam eſt
expreſſe prohibita alienatio, non
procedit ille textus, nec eius deter
minatio per rationem predictã,
Ita formaliter declarat & cõcludit

Ruin.in allegato conſi,147. num,
14.volum.2. Et preter eum tradũt
hoc idem Cumã. Alex. Et Imol.
in l.filius fam.§.diui.ff.de lega. 1.
volentes quod prohibitio aliena-
tionis expreſſa addita prohibitio-
ni legali operetur vt alienatio fie-
ri non poſſit etiam in caſibus a iu
re permiſſis per d.§.ſanctiſſimas
hinc Salyc.in l.ea lege 7.oppoſi.C.
de cond.ob cauſam, dicit quòd ſi
mulier fecit pactum cum viro ne
fundum dotalẽ alienet, iſtud pa-
ctũ operatur vt alienari non poſ-
ſit etiam in caſibus a iure permiſ-
ſis ex quo prohibitio hominis cõ
currit cum prohibitione legali,
62 Et duo vincula ſunt vno fortiora
in auct. de conſang. & vter.fratr.
in prin. Et §.ſed hodie inſtitut.
de adop. ſequitur Natta. predicta
referẽs conſil. 482. num. 17.ſimi-
le quoque ponit exemplum Bar-
batius in ſua Ioannina Car. 46.di
cẽs quod ſi teſtator legauerit aut
donauerit rem aliquam eccleſiæ
cum hoc quod illa non alienet,
eccleſia, non poterit dictam rem
alienare etiam in caſu, quo de iu-
re permittitur ei ſuas res aliena-
re, de quibus in auct. hoc ius por
rectum.C.de ſacro ſan.eccl. quia
fortificat (vt ille ſubdit) illa pro
hibitio facta a iure per additamẽ
tũ pacti.ſequitur Anton. Corſet.
in ſuis ſingularibus in ver.prohi-
bitio, Et celſus Hugo. dans aliud
exemplum de quo per eum conſ.
46.num. 16. parique modo Crot.
conſ.185.num.10.cum ſequentib.
Et conſ.240.num.43. valens con-
ceſſa re monaſterio cũ hoc quod
alienari non poſſit cenſeri prohi-
bitam quoque præſcriptionem lõ
giſſimi temporis, vt ſic prohibi-
tio facta per concedẽtem addita
prohibitione legis augeat eius ef-
fectum, dicto.§.ſanctiſſimas. De-
63 mum quoq; videmus quod licet
quando quis grauatus eſt ſimpli-
citer fideicõmiſſo, quo caſu taci-
ta tantum ſubeſt prohibitio alie-
nationis dicta auct.Res quæ, tunc
commodum bonorum quę fidei-
commiſſo ſubiecta ſunt tranſit in
fiſcum, donec viuit grauatus.l.Sta
tius Florus.§.Cornelio felici. ff. de
iure fiſ.at quando grauatus fuit ẽt
prohibitus expreſſe alienare bo-
na ſubiecta fideicommiſſo, tunc
quia duplex prohibitio alienatio
nis concurrit videlicet tacita legis
& expreſſa teſtatoris, bona non
tranſeunt in fiſcum vllo tempore
ſed immediate pertinẽt ad fidei-
commiſſarium licet viuente delin
quente grauato. Caſus eſt & ibi
no.Bar.in l.imperator.ff. de fidei-
com. lib. Rom. in l. ſi conſtante.
§.fi.ff.ſol.ma.Ang.Aret.in trac.de
malefi.in ver. & eius bona publi-
camus.verſ.& not.Alexan. pulcre.
conſil.23.volum.1.Repetito.conſ.
88.volum.3.Soc.conſ. 121. colum.
4.Marſ.late.ſingu.314.Mod.repe
tentes.in l. filiusfam. §.diui. ff. de
leg.1.

leg.1.maxime Iaſ.lect.2. nume. 19.
Ferdi.Loaz.num.55.Crott. nu.36.
Ripa.nu.47. Et Ambroſ. de Opiz.
num.30.Ruin.conſi. 124. num 5.
Et conſi.129.volum.2.conſ.23.nu.
15.volum.5.Goza.conſ.103. num.
25.Marſ.conſi.49.Soc.Iun.conſil.
77.volum.2.nu.11.D.meus. Rim.
conſi.343. Dec. conſil. 442. Grat.
Reſp.21.nu.68.volum.2.Cur. Iun.
conſi.120.nu.20.Gram. deciſ.105.
num.30.Boeri deciſ.278. num. 6.
& communem teſtatur Rubeus
conſil.154.nume. 2. ſicut & Rol.á
Vall.conſ.81.in fi. & ſuperius. nu.
20.& ſeq.volum.2.Cephal. conſil.
264.nu.11. dicens feudum nec in-
ter conſortes alienati poſſe ſtante
pacto inter eos de illo non alienã
do, quoniam propter prohibitio-
nem hominis expreſſam iuncta le
gis tacita prohibitione fuit ſubla
ta omnis facultas alienadi: quare
mirum videri non debet ſi bona
ſubiecta fideicommiſſo ſicque ta
cite prohibita alienari concurren
te expreſſa prohibitione alienatio
nis non poſſunt etiam ab inteſta-
to transferri, vt dixit Ruin. in di-
cto.conſ.147. num. 14. volum. 2.
¶ Tertio quoque reſponderi po
teſt conſiderandum eſſe quod in
caſu noſtro verba prohibitionis
alienationis fuerũt geminata: nã
teſtatrix non ſolum voluit & ordi
nauit quòd aliquis dictorum hæ-
redum non poſſit nec debeat alie
nare bona immobilia hæreditatis
ſuæ ſed ſubiũxit, quia voluit quòd
perueniat vt ſupra ordinauit hoc
eſt quòd tranſeat de hærede in hæ
redem maſculos & poſtea fœmi
nas non extantibus maſculis in
perpetuum: Quæ verba tendunt
ad augendum magis prohibitio-
nem alienationis, per quam alie-
nationem, ſi fieret, impediretur
tranſitus hereditatis in maſculos,
ut per Soc. in allegato conſil. 40.
in fi. inter conſilia Curtij. Et Rui-
nu. conſ. 147. num. 12. uolum. 2.
at licet alias prohibitio alienatio-
nis non uideatur excludere uenië
tes ab inteſtato; tamen id fallit
quando uerba prohibitionis eſ-
ſent geminata, ut ſcribit Aret. in
l.ventre.ff.de acquir.hære.col. 16.
quem ſequitur Dec.conſ. 481. nu.
8. Et Cæphal.conſ.296. nume. 27.
64 Quarto & vltimo non omitto
quoq; dici poſſe prohibitionem
prædictam alienationis nedum
fuiſſe conceptam in perſonã qua-
tenus dixit teſtatrix quòd aliquis
dictorum hæredũ non poſſit alie
nare bona hæreditatis ſuæ. Sed
etiam concepta fuit in rem, ſubij
ciendo quia voluit quod perue-
niat ut ſupra ordinauit, hoc eſt
qđ hæreditas & eius bona tran-
ſeant de hærede in hæredem ma-
ſculos in perpetuum, at quando
prohibitio alienationis eſt in rẽ
concepta intelligitur etiam pro-
hibita legalis alienatio, qualis eſt
ab inteſtato vt vult & declarat
Anch.

Anch.cōſ. 382. in temate premiſſo & Caſtr.conſ. 61.quos citat & ſequitur Rui. conſ.147. nu.11.vol. 2.& conſ.168.nu.17.vol.5. Anton. Gabriel. Roman. lib. 4. tit. de fideico. conclu. 10.num.23. Burſat. conſ. 37. num.9. tantoque magis hoc dici debet in caſu noſtro qđ in tali prohibitione alienationis fuit adiecta qualitas maſculinitatis ibi quod hæreditas ſua trāſeat de hærede in hæredem maſculos in perpetuum, quo caſu fęminæ non poſſunt nec ex teſtamēto ſuccedere, nec ab inteſtato admitti vt voluit Iaſ.conſ.108.col. pen.verſic.nunc quoq; obſtat.vol.4.Rui. conſ.150.col.pen. verſic. ſecundo probatur. Et cōſ.203.nu.15. vol.2. Gabriel.loco citato nu.17. vnde ſi fęmine qualis erat mater iſtorum nō poterant admitti, nec maſculi deſcēdētes ex ea, ne matre ſua pximiore melioris ſint cōditionis d.l.ſi viua matre C. de bon. mat. & per Caſtr. in allegato conſ.339. cum alijs in primo fundamento deductis. Et hęc prohibitio alienationis nedum tacita ſed & expreſſa ſicque ex teſtamento & ab inteſtato nedum primis inſtitutis cenſetur iniuncta ſed & alijs eorū deſcendentibus vt pulcre declarat Rui.cōſ.150.col.fi.vol. 2. vbi dicit ꝙ ſicut quo ad filios dicitur facta tacita & expreſſa ꝓhibitio alienationis, pariter & quo ad alios deſcēdentes dici debet velut ſub eodem verbo deſcendentes vocatos vt equalis fiat determinatio. l. nā hoc iure.ff.de vulg. Et quia nō eſt veriſimile quod teſtator filios inſtitutos magis dilectos voluerit magis prohibire & in hoc plus grauare, quam alios deſcendētes vlteriores.l. public.§.fi.ff.de treb. Quod & in caſu noſtro dici debet ad vnguem: Nā teſtatrix poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem filiabus, nepotibus & ſuis filijs & deſcendentibus maſculis iniunctam ordinauit quod aliquis dictorum hæredum non poſſit alię
65 nare &c. nam illa dictio Dictorū eſt repetitiua & relatiua precedentiū & eorum quæ dicta fuerunt ſuperius vt tradit Bar.in l.talis ſcriptura.§.fin.verſi.quero ergo.ff.de leg.1. per text. in l. 1. §.cū qui.ff.de poſtul. Soc conſ. 62. nu. 1.conſ.112.nu.13.vol.4. Pariſ. cōſ. 86.nu.36.vol.2.conſ.1.nu. 131.cōſ. 21.nu. 37.vol.3.Rol.a Vall.cōſ. 66. nu.27.vol.3. unde facta mentione ſuperius in inſtitutione & ſubſtitutione de filiabus, nepotibus, & ſuis filijs & deſcendentibus maſculis, dicēdo pariter quod hæreditas ſua trāſeat de hęrede in hæredem maſculos in perpetuum: quando ſubiecit quod aliquis dictorum hæredum non poſſit alienare, intelligi debet indubitanter de omnibus ſuperius expreſſis nedum fillabus, & nepotibus ſed etiam de ſuis filijs & deſcenden-

tibus

tibus maſculis, quibus prohibita
dicatur alienatio bonorum pro-
pter vim dictionis Dictorum ſic
que ſucceſſio ab inteſtato cenſe-
ſetur etiam remota quatenus im-
pediret fideicommiſſariam ſucceſ
ſionem, prout ex predictis luculē
66 ter apparet. Poſtremo me nihil
angit quod dicebatur teſtatricem
diſpoſuiſſe qđ hæredes nō poſint
vendere alienare, nec per aliquem
modū obligare bona hæreditatis
ſuę; quo ſtante verbum alienare,
poſitum in medio venditionis,
& obligationis, qui ſunt actus in
ter viuos, videtur pariter intelligē
dum de alienatione inter viuos:
Quoniam procederet obiectum
ſi teſtatrix ita ſimpliciter locuta
fuiſſet, & non vltra proceſſiſſet.
at ſecus eſt ex quo ſubiunxit, quia
voluit quòd hæreditas perueniat,
vt ſuperius ordinauit id eſt de hę-
rede in hæredem maſculos in per
petuum. vnde cum voluerit ad a-
lios hęreditatem ſuam peruenire,
patet etiam alienationem per vlti
mam voluntatem expreſſam, vel
tacitam vt ex teſtamento vel ab in
teſtato cenſeri prohibitam, vt de
terminat Dec. conſil. 182. colum.
3. verſ. ſupereſt. Pariſ. conſ. 22. nu.
53. volum. 3. vbi ſubiūgit, quod ſi
non includeretur talis alienatio,
voluntas teſtatoris deficeret nec
executionem ſortiretur, & verba
ſua redderentur fruſtatoria & ni-
hil operarentur contra iura Com
munia citans ad hoc Curtiū cōſ.
40. Et Moder. in d. §. diui. nu. 161.
additque cenſeri excluſam aliena
tionem quæ fieri poſſet per viam
ſucceſſionis ab inteſtato: Nā per
hanc viam non obſeruaretur vo-
luntas teſtatoris nec bona rema-
nerēt penes maſculos, prout diſ-
poſuit. vnde venientibus ab inte
ſtato videtur precluſa via in bo-
nis fideicommiſſo ſubiectis, licet
alias poſſent ab inteſtato ſuccede
re. vt per Aret. in l. ventre, ff. de
acqui. hæred. Et Soc. conſ. 63. col.
3. & 9. vol. 3. prohibitus enim alie
nare in certas perſonas curare te-
netur ne ad eas bona deuoluātur
ex teſtamento vel ab inteſtato vel
ex qualibet alia cauſa, l. codicillis.
§. matre. ff. de leg. 2. Bal. in l. pero,
§. fratre, ff. eo. Cur. in d. conſil. 40.
Iaſ. & Grot. in d. §. diui. ſic enim
dici debet in caſu noſtro qđ ſtan-
te voluntate teſtatricis & eius ver-
bis etiam neceſſaria alienatio quę
pcederet ab inteſtato videtur ex-
cluſa: tantoque magis vt ſubdit
Pariſ. quod agi non poteſt de ſuc-
ceſſione ab inteſtato, ex quo agi-
tur de perſonis vocatis ad fidei-
commiſſum quales ſunt iſti acto-
res maſculi uocati, qui vocantur
ad portionem dicti Titij nepo-
tis fideicommiſſo ſubiectam per
quod ſucceditur ipſi teſtatrici nō
67 autem grauato & ſic ſumus in
cauſa teſtati excludente ſucceſſio
nem ab inteſtato. l. quandiu. ff.
de

de acq. hæred. ſecunda. l. quãdiu. ff. de regu. iuris. l. antequã. C. cõia de ſucceſſ. l. ex teſtamẽto vbi Dec. in prin. C. vnde lib. l. hæres inſtituta ubi Dec. notab. 3. & Iaſ. 2. C. de impub. diſpoſitio nanq; teſtatricis expreſſa facit ceſſare legis tacitam. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulg. l. qui ad certũ. ff. loca. l. 2. §. ſi duo. ff. de bono. poſſ. ſecun. tabul. Ceph. conſ. 276. nu. 2. Et cum cauſa ſucceſſionis ex teſtamẽto dupli ci iure fungantur teſtatoris in primis. l. 1. C. de ſacr. ſan. eccl. l. in cõditionibus primum locum. ff. de cond. & dem. Et legis. §. diſponat in auct. de nupt. l. lege obuenire. ff. de verb. ſign. preferri debet ſucceſſioni ab inteſtato, quę tantum legalis eſt & lege fulcitur. l. 3. §. 1. ff. pro Soc. nam ſi quæ in ea volũtas a lege conſideratur, ex eo quod inquit Paulus. in l. conficiuntur in prin. ff. de iure codi. quòd creditur pater familias ab inteſtato ſuccedentibus ſponte relinquere legitimam hæreditatem. procedit nullo condito teſtamento. at eo facto, ceſſat illa tacita voluntas ſiue
68 fundetur in fictione, vt uoluit Bal. in l. 1. col. 11. in prin. C. de ſumma tri. veritas prævaleat fictioni. l. filio quem pater. cum ibi not. ff. de lib. & poſt. quando circa idẽ ſubiectum reſpectu eiuſdem temporis & omnimodo eodem reſpectu uerſantur: cũ ſit impoſibile qđ fictio & ueritas ſint circa idẽ omni reſpectu. vt declarat Bar. in l. 1. §. hoc autem ſenatuſ. ff. ad Silla. velut in caſu noſtro quod deſcẽdentes maſculi ſuccedant ex teſtamento uigore fideicommiſſi per teſtatricem diſpoſiti quod eſt ipſa ueritas. Et alij deſcendentes a Titio nepote vel alio inteſtatis ſuccedant ab inteſtato quod eſt fictio reſpectu uolũtatis quę in tali ſuc-
69 ceſſione fingitur. Siue fundetur illa lex cõficiuntur in præſumptione ut probare conatur. Cur. Iun. conſ. 4. col. 4. quia præſumptio locum habet in caſu dubio. glo. in l. unica. §. accedit in uer. præſumatur. C. de rei vx. act. at in claro ceſſat. l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. ob. Et vbi conſtat de ueritate. l. ff. ff. de prob. Ceph. conſ. 289. nu. 23. cum ei cedat præſumptio l. ſi. ff. qđ met cauſa, not. Emilianus conciuis meus. conſ. 73. num. 19. Et ex hoc diſcurſu fit clara cõcluſio qđ fęminæ, neque illarum deſcendẽtes licet maſculi ſe tueri non poſſũt ex aliquo teſtamento, ſi quod adeſt, illorum a quibus deſcendũt ſtante teſtamento primæ teſtatricis, quoniam non debet eſſe in po-
70 teſtate inſtitutotum eludere ſubſtitutionem factam a teſtatore, & irritam reddere argu. l. ne in poteſtate. l. ſi quis rem. ff. de arbi. Alex. conſil. 49. volum. 2. Senatus Pedemon. Deciſ. 126. num. 15. Immo uero quando uoluntas teſtatoris expreſſa repugnat pro lege

ſeruari

ſeruari debet. ſ. diſponat in auct. de nup. alioquin eſſet cõtra ſtimulum calcitrare, & niti aduerſus eam venire, vt ſcribit Gerard. mazollus Regienſis. conſi. 34. num. 18. nanque diſpoſitio teſtatoris facta contra prohibitionem primi teſtatoris non valet, vt ſcribit Corn. conſil. 59. repetito diuino numine volum. 2. Celſus Hugo. conſ. 5. numer. ſecundo, nec poteſt per hæredem ſubuerti ſecundum Pariſ. conſil. 9. numer. 49. volum. 2. Minus etiam venire poſſunt ex aliqua ſucceſſione ab inteſtato ſtante teſtamentaria, qua vocantur deſcendentes maſculi, ex teſtamento, quæ præfertur illi d. l. quandiu. Cum ſimilibus ſupra deductis, quibus addo Beroum conſil. 146. numer. 6. vol. 2. igitur ipſi ſubſtituti venire debent & alijs volentibus ab inteſtato ſuccedere præferri debent. vt in terminis ſubſtitutionis concludit Cephal. conſ. 349. numer. 36. tantoq; magis quòd moriens inteſtatus non diſponit de bonis ſuis in venientes ab inteſtato, ſed permittit quod ad eos perueniat Et propterea ſuccedentes ab inteſtato non dicuntur habere titulum a defuncto ſed a lege. vt tradit Bald. in l. ſi emancipati. 8. oppo. C. de colla. ſequitur Alex. conſil. 44. videretur prima facie in fin. volum. 5. ceph. conſ. 436. num. 178. ſic declarans. dictam l. conficiuntur: Ideo iſti maſculi ex maſculis habentes titulum a teſtatrice lege comprobatum preferri debent filijs fœminarum legalem tãtũ habentibus, veluti illi dupli-ci iure ſuffulti. d. ſ. ſanctiſſimas notant Alex. Iaſ. Et Rui. in d. ſ. diui Alex. conſ. 16. colum. 3. verſ. Et pro hoc volum. 3. Soc. conſil. 49. prope fi. vol. 1. Ruin. conſ. 41. numer. 24. volum. 1. conſil. 109. numer. 22. conſil. 118. nu. 4. conſ. 123. num. 12. conſ. 147. numer. 14. vol. 2. Et conſil. 171. nu. 10. vol. 4.

¶ Et ita de iure ſentio ego Hippolytus Riminaldus Iuris conſultus Ferrarienſis & in almo patrię meę Gimnaſio ad Iuris Ciuilis veſpertini priorem Catedram publicus interpres Et in permiſſorum fidem ſcripſi & ſignaui.

Iſtud continuari debet ad Conſil. 23. quia fuit Errore ibidẽ pretermiſſum.

NON etiam omittendum eſt vnum, quod dubitationem facere poſſet: ſi forte vltimus maſculus, vel ẽt alius ex linea maſculina Titij nepotis feciſſet teſtamẽtum & inſtituiſſet hos ſuos deſcendentes ex fœminis, vt pote quod prohibitus alienare non cenſeatur prohibitus hęredem inſtituere, vel etiam quod talis prohibitio non trahatur ad ſucceſſionem ab inteſtato, per tex. in l. cũ

Nn pater

pater §. cum inter.ff.de lega. 2.& concludit Soc.in conſ.292.col.vl. vol.2. et alibi Doctores.

45 Nam reſponderi poteſt primo, quod quando eſt prohibita alienatio per teſtamentum ſimpliciter, tunc etiam hæredis inſtitutio cēſetur, prohibita per tex. in l. peto §. fratre ff. de leg.2.not. Bartol. in l. filiusfamilias.§.Diui. ff. de leg.1. Fuſius idem in l. ſi quis §. ea lege ff. de verbor. oblig. ſub nu.7.verſi. quādoque prohibetur alienatio, ad quem locū ſe remittit ipſe in d §.Diui. Quinimo ab inteſtato ſuccedere poſſunt in bonis prohibentis, ſi quidem non ſunt de vocatis per teſtatorem, ſecundum Petr.& Bald.in d.l.peto §.fratre de lega. 2. quod latiſſime & multum ſingulariter proſequitur Opizo in d. §. Diui. num. 161.

46 cum multis ſeqq. Preſertim quando apparet de expreſſa voluntate teſtatoris, vt bona ſua remaneant inter ſuos inſtitutos, aut ſubſtitutos, prout eſt in caſu noſtro: quomodo enim (dicit ille) conſeruabuntur bona prohibita alienari extra dictos ſuos hęredes, ſi fortè tranſeant ad ſororem prohibiti decedentis ſine maſculis ex ipſius teſtamento, vel etiam ab inteſtato, cum ille ſit expreſſe prohibitus per teſtatorem alienare extra maſculinam lineam ſuorum inſtitutorum, quandiu extat, vt illic plene per eum numero. 174. cum ſeqq. & præcedentibus, vbi in terminis caſus noſtri loquitur. Et eo maxime, quia in caſu noſtro teſtatrix p modum rationis dixit, quia vult qđ hæreditas ſua perueniat, prout ſupra ordinauit, videlicet vt ad maſculos, & poſtea ad fœminas in perpetuum deueniat, Barr. in l.pater filius.§.fundum.ff.de leg. iij. Preterea quicqd ſit de prohibitione alienationis,

47 Dico cum iſta bona ſint ſubiecta fideicommiſſo expreſſo, non poteſt aliquis ex grauatis diſponere contra voluntatē teſtatricis, ita ut nō poſſit illa alienatio reuocari l. vlt.C.coīa de legat. ¶ Nec dicatur quod teſtatrix permiſit alienationem expreſſe inter ipſos. Quia reſpondeo, verum eſſe quod permiſit, ſed eo modo, vt diſpoſuit ipſa teſtatrix, vſ ſeruata ſexus & gradus prærogatiua in infinitum. Ita qđ hæreditas ſua vadat de hærede in hæredem maſculos, & poſtea fœminas, deficiētibus maſculis, in perpetuum per modum prędictum. Et propterea vult & ordinat quod nullus ex dictis hæredibus poſſit vēdere vel alienare &c. Quia vult quod perueniant vt ſupra ordinauit. Teſtatrix enim nō fuit contenta illis verbis ſalua ſexus prerogatiua; Quia hoc magis explicuit, videlicet, vt primo maſculi, poſtea fæminæ ſuccedant in perpetuum per modum prædictum. Quæ verba toties repetita

48 petita & inculcata oſtendunt enixam, & valde determinatam voluntatem teſtatricis l. Baliſta vbi Not. Clau. ſciſ. ff. ad Trebell. l. ſcimus C. de Agricol. & Cenſ. lib. xj. l. ſi mulier C. ad Velleian. Corn. in conſil. 140. col. 2. vol. 2. & conſ. 187. col. 3. vol. 4. Crau. conſil. 294. colum. 4. & conſil. vlt. num. 6. Dec. conſil. 582. nu. 3. & conſi. 666. num. 4. & conſil. 64. col. 2. traduut Doct. in rubr. ff. de verbor. oblig. vbi aliquando dixi, Pariſ. conſil. 12. num. 145. vol. 2. & conſil. 89. num. 22. vol. 3. dico igitur voluntatem huius teſtatricis manifeſtiſſimam eſſe, vt hęreditas ſua, nec illius pars aliqua perueniat ad fęminas, ſeu ad ad illarum deſcendentes etiam maſculos, quia de illis vt de fæminis iudicatur, vt ſupra, late oſtenſum fuit, nec per viam ſucceſſionis, neq; etiam per viam alienationis quoquo modo ante maſculos; ſed tantummodo poſt illos & illis deficientibus. Ita quod ſua hæreditas vadat de hærede in hæredem maſculos, & poſtea fæminas, non exiſtentibus maſculis in perpetuum per modũ prędict. Cui voluntati teſtatricis manifeſtiſs. contrafiet, ſiquidem tot maſculis deſcendentib. ſuis exiſtentibus hęreditas iſta ad fæminas, aut ad earum deſcendentes peruenire quis patiatur. Quod ſane neminẽ ſani ac integri iudicij dictur ũ exiſtimo. Et hoc modo ẽt eſt intelligenda illa facultas alienandi inter ipſos hæredes, & non in alias perſonas, videlicet inter maſculos quandiu aliquis ex eis ſupererit & illis deficiẽtibus inter fęminas &c.

Ita de iure veriſſimũ eſſe reſpondi ego Paulus Leonius Iurecõnſ. Patauinus Conſil. Ducalis vtriuſque Conſilij Ferr. anno 1575. ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *In fideicommiſſis duo extrema inſpicienda ſunt, vnũ à quo; aliud cui reſtituendum ſit fideicom.*
2 *Fideicom. reſtituendum filijs plurium inſtitutorum intelligitur diſtributiue, ſiue ſingulariter.*
3 *Numerus pluralis reſoluitur in ſuas ſingularitates.*
4 *Subſtitutio facta de pluribus filijs, illis ſunt ſubſtituti eorum filij intelligitur cuilibet filiorum inſtitutorũ ſubſtituiße proprios filios.*
5 *Qui declarat nihil addit.*
6 *Teſtamenti omnes partes inſpiciendę, & conſiderandæ ſunt.*
7 *Nomen collectiuum plurium perſonarum, & graduum.*
8 *Verbum, Naſciturus, habet tractũ temporis in futurum.*
9 *Verbum, in perpetuum, denotat fideicom. vltra quartum, & decimũ gradum quouſque extant deſcendentes,*

10 *Verbum, de hærede in hæredem, idē ſignificat.*

11 *Prohibitio alienationis inducit fideicom.*

12 *Talia ſunt ſubiecta, qualia prędicatu demonſtrant.*

13 *Teſtamenta fæminarum, licet non tantum habeāt rationem agnationis quantum teſtamenta maſculorum tamen ex alio habent rationē maſculorū magis quam fæminarum.*

14 *Hæredes omnes tenentur pręſtare onera impoſita.*

15 *Dictio aliquis eſt vniuerſalis comprenſiua omnium particularium heredum.*

16 *Verbum dicti hæredes denotat omnes heredes nominatos.*

17 *Prohibitus alienare propter fideicom. non poteſt ab inteſtato, nec ex teſtamento relinquere etiā proprię filię.*

18 *Diſpoſitio teſtatoris, quod ſua hæreditas vadat de herede in hæredē dicitur in rem, ideo ad quemcumque tranſeat, tranſit cum illo onere.*

19 *Pater, aut mater ſi excluſi ſunt, pariter eorum filij ſunt excluſi.*

20 *Quando fęmina eſt excluſa, pariter eius filij licet maſculi intelliguntur excluſi.*

21 *Prohibitio alienationis extra maſculos inducit inter eos reciprocū fideic.*

22 *Verbum, ſua hereditas, denotat totam hereditatem.*

In Eodem Caſu.

Deo Opt. Suffragante.

VERAM exiſtimo ego quoque concluſionem pro fideicō miſſo ex teſtamento matris in gratiā filiorum maſculorum natorum ex filiabus teſtatricis cohęredibus cōtra deſcendentes fęminas Titij nepotis ex filia prædefuncta Dominæ teſtatricis cū dictis alijs filiabus cohęredis instituti; ſeu etiā contra filios maſculos deſcendentium fęminarū dicti quondā Titij nepotis, ſiqui extant, tā amplè, quàm doctè firmatam per Celeberrimum & conſultiſſimum re & nomine Iuriſconſultum Dominum Paulum Leonium in ſuo eleganti & copioſo conſilio: Nempe cuique veriſſima concluſio iſta patere poteſt ex allegatis per ipſum excellentiſſimum Dominū conſulentem, nec ſupplectione aliqua ex allegandis per alios indiget: Quam tamen ſubſcribere requiſitus mihi tantum ſatisfaciens hæc pauca adducam. ¶Nam aduerſus fideicommiſſum dubitatio ex his adhuc excitari poſſet.

1 ¶Primo cum in fideicommiſſis duo extrema hæc vel præcipua reſpicienda ſint, Primum à quo, Alterum eſt cui præſtādum ſit fidei-

com-

cõmiſſum, vt de primo eſt text. in l. cum quis decedens. §. ſciam. de lega. 3. ibi, & à quo Sempronius petere poſſit. Et in l. Epiſtola. in prin. & in l. facta. ſ. ſi heres ante. & in alijs legibus tit. ad Trebel. Et de altero cui ſit dandum fidei-commiſſum, eſt text. in l. quidam. reforunt. in prin. ibi, eſſe. n. debet cui detur. de iure codicil. A quibus autem & quibus fideicõmiſſum veniret præſtandum in ſpecie propoſita liquere poteſt id eſſe à Filiabus teſtatricis, a Titio nepote ex filia ꝓdefuncta & ab alijs cohęredibus inſtitutis, & dãdum eſſe eorum filijs natis & naſcituris maſculis primo, deinde fęmi-
2 nis & diſtributiue poſt mortem eorum per l. ſi legatarius. §. fin. cũ concordan. ibi in glo. de lega. 3. Et expreſſio eorũm per nomina propria importat diſtributionẽ & ſeparatas operationes. l. nonnũquã. & ibi gl. ad treb. ſ. qđ quælibet ex filiabus fuerit grauata reſtituere ſuis filijs maſculis, & poſtea fęminis: Et Titius nepos fuerit grauatus reſtituere ſuis filijs maſculis, & his nõ exiſtentibus ſuis filiabus fęminis, & non filijs aliarum ſuarum cohęredum: Demonſtratur hoc in teſtamento, ibi, Et li loro figliuoli maſchi &c. in latino ſermone verſa dictio, Et eorum
3 filios poſita in plurali reſoluitur in ſuas ſingularitates de pręnominatis; eo quo dictum eſt, modo, Alex. conſ. 117. ſub num. 1. ver. vnde illa dictio eorum. lib. 1. & exponit Corn. conſ. 37. col. 2. in fi. verſ. quòd verbum eorum. lib. 1. & Rui. conſ. 99. nu. 16. lib. 2. Quemadmodum earum filij dicuntur ſub-
4 ſtituti eorum matribus & nõ materteris, & nõ Titio nepoti vt probant Cuma. conſ. 118. Teſtator circa med. ibi, Cuius gratia aduertẽdum: Et Caſtr. conſ. 395. In cauſa quæ vertitur. col. pen. ſupra nu. 3. lib. 2. & Ruin. conſ. 144. col. 4. ſub nu. 8. lib. 2. clarè & apertè dicit, qđ quando pater inſtituit filios, & illis ſubſtituit filios filiorum, intelligitur cuilibet filio ſubſtituiſſe ꝓprios filios: ita quòd filius vnius dicitur ſolum ſubſtitutus ſuo patri, & in portione illius tantũ: nõ autem patruo nec in portione patrui ex nor. per Bar. in l. ſi mihi & Titio. de verb. obliga. & alijs ibi per eum alleg. Et Bero. cõſ. 66. nu. 10. lib. 2. & Cur. Iun. conſ. 135. col. pen. num. 6. vt Soc. & alios adduxi alias ego Vincẽtię in conſ. 39. nu. 14. cum præceden. & ſequen. lib. 1. Rurſus addo Ruin. conſ. 134. ſub nu. 7. verſ. præterea. lib. 3. tenentẽ filios non eſſe ad inuicem ſubſtitutos nec eorum patruis, ſed tantum eorum patri & in eius portione: ſic in caſu noſtro videtur: ergo dicendum filios vnius ex filiabus inſtitutis eſſe ſubſtitutos eorum matri & in eius portione, & non Titio nepoti nec in eius

portio-

portione, ſed in hac defficientibus maſculis filijs, cęteri ſubſtitutas filias ipſius Titii nepotis vt in ſimili ſpecie allegando ſolũ Rui. dicto conſ. 134. adducit Cephal. conſ. 401. nu. 31.

¶ Secundo prædictam concluſionem de maſculis primo deinde fęminis ſingulis vocatis ad ſingulas portiones eorum matrum & patrum reſpectiue tantum non turbat dictio, Itache la ſua hęredità vada &c. quia dictio talis videtur ſtare declaratiua pręcedentium, & qui declarat nihil noui addit. l. hæredes palam. §. ſed ſi

5 notam. ff. de teſta. vt ſatis ad propoſitum tradit Soc. conſ. 49. col. 1. in fi. & col. ſequen. lib. 1. Bero. conſ. 102. num. 17. lib. 2. Alci. conſ. 44. num. 30. lib. 9. cum ſimul.

¶ Tertio fortius vrget deciſio tradita nouiſſime p Dominũ Ceph. dicto conſ. 401. ubi in facto ſimili de duabus ſororibus Sigiſmũda & Vandramina à fratre inſtitutis cum ſubſtitutione vel inſtitutione poſt earũ mortem de filijs earum maſculis tantum, volente & mandante teſtator hæreditatem ſuam ambulare & peruenire de hæredibus in hæredes maſculos tantummodo deſcendẽtes ex prædictis ſororibus per lineam maſculinam: Et aliquo modo vel ingenio alienari non poſſe, ſed perpetuis temporibus ſubiacere fideicommiſſo, vndę caſu eueniente maſculorum deſcendentium ex vtraque ſorore, & vltimi decedẽtis maſculi deſcendentis Vandraminę ſine alijs maſculis ſuperſtitibus deſcendentibus maſculis Sigiſmundę & quærentibus fideicõmiſſum petere. Idque eis non deberi, argumentationibus hinc inde factis & reſpõſionibus adductis ad hoc præcipuum tendentibus quòd non adfuerit fideicommiſſum validum nec inter ipſas ſorores nec inter ſuos maſculos deſcendentes ſaltem de alterius linea ad alteram reciprocum Dominus Cephal. cõcludit in dicto ſuo conſ. vt videri poteſt; ſic ergo in caſu noſtro & pariter videtur inferendum nullum extare fideicommiſſum, quod præſertim Titius nepos ſeu eius filiæ & hæredes teneantur reſtituere filijs maſculis materterarum aliarum cohæredum.

6 ¶ Attamen vlterius cogitans ac curateq; reſpiciens cũctas partes teſtamentarię diſpoſitionis, de qua agitur, vt fieri debere tradũt Bar. in l. qui liberos. §. hæc verba ad fi. de vulg. & pupilla. & Bald. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. in fi. ſol. matr. & Ang. in l. ſi ſeruitus. col. pen. ver. exẽplũ ſi l. de ſerui. urba. prædi. cum alijs ſimili. allegatis in meo conſ. 110. numer. 1. 2. lib. 1. perſiſto in eadem cõcluſione pro fideicommiſſo intentato cum eodem præſtantiſſimo Domino cõſulente

ſulente meo ſemper obſeruandiſſimo: Et reſoluendo ea, quæ ſupra mihi faciebant dubiam conclusionem ipſam cenſeo iure validiſſimo poſſe defendi fideicommiſſũ viciſſim eſſe relictum maſculis nominatis & compræhenſis in teſtamento matris & Auię reſpectiuè de cuius voluntate nunc quæſtio eſt. ¶ Nam primo dicẽdum eſt perſpicuam claramq; apparere teſtatricis voluntatem erga filios maſculos filiarum & nepotum inſtitutorum & deſcendẽtes natos & naſcituros primo eos inſtituendo cum parentibus ſeruata ſexus & gradus prærogatiua in infinitum, mandando ſuam hæreditatem venire de hærede in hæredes maſculos, & poſtea fœminas, maſculis non exiſtentibus, inperpetuum per modum prædictum.i.ſeruata ſexus & gradus p̃rogatiua: Et propter hoc. i. iſtam ob cauſam prohibendo aliquem dictorum hæredum poſſe vendere alienare, nec modo aliquo obligare bona immobilia hæreditatis ipſius teſtatricis, quia vult q̃d perueniat vt ſupra ordinauit.ſ. de hærede in hæredem maſculũ &c. uolens tamen intra ipſos hæredes talia bona poſſe alienari: Hæc eſt teſtamenti ſeries, Ex qua quidem multifariã conſtat in gratiã maſculorum ſuper exiſtentium inductum eſſe perpetuum fideicõmiſſum: Primo ex inſtitutione nominatim de filiabus & nepotibus duobus maſculis, & ſimul de eorum filijs & deſcendentibus maſculis natis & naſcituris, exiſtente tractu temporis in futurum per

7 nomen collectiuum plurium perſonarum & graduum, deſcendentes. §.1.in auct. de hęred. ab inteſt. l.liberorũ vbi Alci.col.1. de verb. ſignifi. Filip. Franc. in C. ſi pater. col.antepen.ver.26. Laur. de Palla. tract. de ſtatut. fęmin. exclu. num. 166. Alex.conſ.160. nu. 3.lib.2. Et

8 per vocabulum naſcituros habẽs tractum in futurum Cur. Iun. cõl. 44.num.45. Aym.conſ.131.col.3. nu.10.vltra vulgar, fideicommiſſum eſt inductum pro ipſis filijs filiarum & nepotum Caſtr. in l. Gallus.§.quidam recte.ff.de liber. & poſth.& ibi moder. Aym.dicto conſ.131.nu.10.conſ.22. nu.7.Ioã. de Ana.conſ.57.in prin. Bal.conſ. 492. Non eſt dubium.lib.2.repetito & ampliato conſ.303.lib.3. etiam quòd ſit verbum directum inſtituit, exponitur. i. ſubſtituit. ſ. filios filiarum per glo. in verſic. non exprimat.in d. §.quidam recte. vt maxime valeat ſubſtitutio fideicommiſſaria, per allegata diffuſiſſime, & doctiſſime per ipſum Clariſſimum Dominum Leoniũ ſuo ſolenniſſimo trac. ſubſtitu. in compendi. in q. 23. nu. 275. cum ſequent. & hoc refutat principale fundamentum D. Cephal. d. ſuo conſ. 401.numer. 17.

¶ Secun-

¶ Secunda ex verbis in infinitũ in perpetuum demonſtratur fideicommiſſum pro maſculis, donec ſuperexiſtunt deſcendẽtes ad eos omnes vltra quartum, & decimum gradum, & proprie in infinitum. Rui. conſ. 117. num. 19. lib. 2. Pariſ. conſ. 22. num. 38. lib. 3. Alex. conſ. 53. ſub nu. 5. ver. Et cum in teſtamento. Rip. in d. §. Diui. nu. 112. l. Fil. fam. de leg. 1. Marzar. Vincent. de fideicõ. par. 2. q. 14. Gualden. de arre. teſtan. tit. 8. cau. num. 2. Grat. conſ. 31. num. 23. lib. 2. ¶ Tertio ex verbis

10 de hęrede in hęredes oſtenditur fideicõmiſſum, vt ſuccedãt magis propinqui maſculi gradatim, donec, & quouſq; ſuperſint deſcendentes maſculi. Cuman. conſil. 2. col. 2. ſub verb. Ad ſecuudum Dec. conſ. 38. num. 4. Pariſ. conſ. 55. num. 3. lib. 2. Rui. conſ. 151. col. 4. ſub. num. 7. lib. 2. Gabr. Rom. de com. opin. lib. 4. tit. de fideicom. concluſ. 9. nu. 15. & ſeq. Bero. con 184. nu. 13. lib. 2.

11 ¶ Quarto ex prohibitione alienationis aſsignata ratione, quia vult bona peruenire, & ſtare in maſculis donec exiſtunt: Et intelligitur ex omnibus filiabus, & nepotibus inſtitutis, cum talia ſint

12 ſubiecta, qualia demonſtrat predicata l. fundum de fun. inſtr. l. nam quòd liquide §. ſi cui. penus. de penu. leg. ibi Alb. & l. titia. §. idem reſpondit de verb. oblig. cũ ſimil. inducitur ſimplex, & abſolutum fideicõmiſſum pro maſculo ſuperſtite in caſu mortis poſt Bar. & alios tradit Soc. in l. qui Romæ. §. cohæredes ſub nu. 16. ver. Et tertius de verb. oblig. & in l. ſi cognatis ſub. nu. 18. verſ. Aliquando, & ſecũdo de reb. dub. in conſ. 251. col. 2. ver. aliquando & ſecundo lib. 2. conſ. 57. nu. 4. 5. lib. 3. Dec. conſ. 481. col. 1. & ſeq. Cur. Iun. conſ. 22. nu. 18. & ſeq. conſ. 161. nu. 8. 9. 10. vbi de cõmuni Rui. conſ. 110. nu. 78. conſ. 127. nu. 13. lib. 2. Goz. conſ. 52. nu. 5. Cror. conſ. 13. nu. 13. 14. Bero. conſ. 81. nu. 2. 3. lib. 2. cum aliis concord. per Gabr. Rom. de com. opin. lib. 4. d. concl. 9. nu. 37. 41. ſtante maxime dicta adiectione de hærede in hæredem maſculũ Rol a val. cõſ. 23. nu. 23. lib. 4. & Grat. d. conſ. 31. nu. 20. lib. 2.

13 ¶ Hæc autẽ locum habent etiã in teſtamentis mulierum, quæ ſi quidem non tantã propriæ agnationis rationem habent, quantũ maſculorum tamen rationem habent de ſexu virili, & gratia conſeruandi maſculos vti digniores, & diuitiis magis indigentes pro vtilitate publica, & conſeruanda eorum agnatione vtq; digniores fæmellis, hæc probãt Caſtr. conſ. 91. Præſuppoſito ad fi. lib. 2. Ioan. Mar. Rim. conſ. 253. num. 25. & ſeq. Iaſ. conſ. 115. col. 6. ſub ver. 3. principaliter lib. 4. Fulgo. cõſ.

86. ex

86. ex facto col. 2. ſub. ver. cæte-
rum in his & Soc. Iun. conſ. 56.
col. 2. lib. 4. & arg. l. cum pater
§. pater pluribus de leg. 2. Bald.
conſ. 321. Teſtator, tria uer. ſolu-
tio. lib. 2. & Steph. de Feder. de
interpret. iu par. vlt. nu. 36. Idẽ
& in muliere teſtatrice, Grat. cõſ.
67. lib. 2. Rol. à val. conſ. 82. ſub
num. 41. lib. 3.

¶ His quoque veris ſtantibus, vt
verìſsima ſunt pro fideicommiſ-
ſo inducto in fauorem maſculo-
rum natorum ex dictis Sororibus
inſtitutis, Nunc facile eſt demon-
ſtrare, quemadmodum tale fidei-
commiſſum eis præſtandum ve-
nit viciſſim, & reciproce per om-
nes hæredes grauatos dictæ teſta-
tricis, & tam filiis ſuis maſculis,
quàm filiis aliis ſuorumq; hęre-
dum, & ſic per ipſum Titium ne
potem, ſeu eius deſcendentes fę
minas hæredes filiis ipſis maſcu
lis Dominæ Catharinæ, & alio-
rum cohæredum. Primo proba-
tur, nam ſicut tale fideicommiſ
ſum generale reſtituendum eſt
omnino filiis omnibus maſculis
dictorum cohæredum, Ita gene
raliter ab omnibus ipſis cohære
dibus dandum eſt ſecundum cõ
tingentiam caſus: Sicut quæque
grauamina á teſtatoribus impo-
14 ſita ab hęradibus præſtantur l. ſi
ſeruus legatus §. qui Margaritam
de leg. 1. & ibi Bar. & in l. peto.
in princip. in primo not. de leg.
2. glo. in ver. ad onus in l. Mar-
cellus in prin. Abb. c. 3. num.
4. de teſt. Alex. conſil. 55. num.
15. lib. 4. & maxime quando
hæredes ſunt diſpoſitiue hono-
rati, & onerati vt ibi Alexand.
num. 16. 17.

¶ Secundo quia in prohibitio-
ne alienationis cum cauſa, & va
lida ad inducendum ſimplex, &
abſolutum fideicommiſſum pro
maſculis, vt ſupra probatum
eſt, dicitur quòd aliquis ex di-
ctis hæredibus non poſſit, nec
15 debeat alienare, & c. Dictio ali
quis eſt vniuerſalis compræhen-
ſiua omnium particularium hæ
redum per ipſius dictionis natu
ram, & ſignificationem, de qua
Soci. conſil. 3. colum. 3. num. 8.
libr. 3.. & pleniſſime curam ad-
hibens exactiſſimam de hac di-
ctione colligendi omnia Tiraq.
in l. ſi vnquam ver. omnia num.
5. & 14. de reuocat. donat. Et
eo magis demonſtrat hac in par
ticula teſtamenti vniuerſalitatem
16 hæredum per verba illa annexa
ex dictis hæredibus relatiua om
nium hæredum, qui leguntur
teſtamento nominati Alex. conſ.
140. num. 5. libr. 6. Goz. conſil.
29. num. 15. Cur. Iun. conſil. 58.
num. 2. Ex quibus dictis & no-
minatis in teſtamento abſq; du-
bio eſt ipſe Titius nepos. Ideo ip-

17 ſe compræhenſus & prohibitus alienare, & per mortem maſculis grauatus reſtituere, teſtando ſeu ab inteſtato decedens non potuit relinquere ſuis filiabus bona ſibi relicta per teſtatricem, ſed ea dimittere & relaxare coactus eſt dictis maſculis & ex cohæredibus, qui extiterunt Dec. conſil. 23. ſub nu. 5. verſ. non ob. quòd prohibitus. & conſ. 516. nu. 16. vbi ex eadẽ ratione militante in maſculis vtriuſque partis de omnibus maſculis intelligi tradit, & d. conſi. 481. nu. 3. & ſequen. & Soci. inter conſ. Cur. ſen. conſ. 40. vbi late quòd ſic prohibitus nõ poteſt etiam relinquere filiæ, Idem & late Franch. Regien. in q. 72. i. par. quòd filiæ etiam non poſſit reliquui cum alijs concord. qui poſſent adduci, & iſta eſt concludens ratio ad refutandum contrarium ſupra primo loco adductum.

¶ Tertio, particula illa, Ita quòd ſua hęreditas vadat de hęrede &c. nequaquam ſtat declaratiue vt ſupra dictum eſt in ſecunda ratione contraria, ſed potius ſtat ampliatiue & augumentatiue, vt proprie in hoc, quod prima inſtitutio de filiabus, nepotibus, & de eorum filijs & deſcendentibus maſculis in infinitum & poſtea fœminis, quod circa filios maſculos poteſt importare ſubſtitutionem factam matribus & patribus reſpectiue, & non materteris per alleg. ſupra in primo Argumento contrario, Enimuero ampliatur & augumentatur, quòd etiam maſculi cenſeantur ſubſtituti ſuis materteris & conſobrinis per ipſam particulã, vt de tali ampliatione clare
18 probatur; quia eius verba ſua hęreditas vadat de hæredе in hæredes maſculos ſunt directa in rem Bar. in l. peto. ff. fratre. nu. 4. 5. in l. Titia. §. ſeia. in fi. de leg. 2. Bal. con. 57. Item inſtitutio. nu. 4. lib. 2. Caſtren. conſ. 77. viſis & conſideratis col. pen. ver. Cõtrarium dico. lib. 1. conſ. 438. Quãtum ad primum. col. 2. ver. vnde videmus. lib. 2. Paris. cõſ. 37. ad nu. 22. lib. 2. tex. in l. vnum. §. ſed & ſi fundũ. ibi quod ſi talia verba &c. de leg. 2. & ĩ l. pronunciatio. §. 1. de ver. ſignif. in l. cõtra. §. ſi filius. ff. de pact. vt bona perueniant in maſculos ex generali ratione id in rem & reale eſſe conſtat Iaſ. conſ. 23. lib. 3. Soci. cõſ. 62. col. pẽ. ver. Pręterea ex quo. lib. 3. Dec. cõſ. 182. col. 2. ſub nu. 3. ver. conſtat aũt. Vnde ſic extante grauamine ſcripto in rem quocunq; vadant bona ſubiecta fideicommiſſo reſtitui debent maſculis à quucunq; poſſeſſore, & ſic ẽt a Titio nepote, aut ſuis deſcendentib. maſculos non hẽntibus ex maſculis deſcẽdentes Bar. d. §. fratre nu. 5 Bal. in l. ab eo. C. de fideic. d. conſ. 57. nu. 4. Cur. ſe. cõſ. 43. nu. 31. cõſ. 52. nu.

52. nu. 45. Cur. Iun. cõſ. 175. nu. 19.
pen. & vlt. Pariſ. conſi. 30. nu. 29.
conſ. 37. nu. 27. lib. 2. & alibi per
cũ, & Menoch. conſ. 85. ſub. nu.
70. vbi de communi, dixi cõſ. 110.
nu. 10. lib. 1. Verbum enim hoc
in rem aduerſus rei eius poſſeſſo-
rẽ exponitur per tex. in l. in Cauſę
in §. interdũ ff. de minor. Ex his
ergo firma redditur concluſio, fę
minas deſcendentes Titij nepotis
vel earum filios poſſeſſores bono
rum dicto fideicõmiſſo ſubiecto-
rum teneri ad reſtituendum ea
maſculis per teſtatricem vocatis:
19 Nam cum filiæ prædictæ, ſtanti-
bus dictis maſculis per teſtatricẽ
ſint excluſæ, pariter excluſi ſunt ea
rum filij etiam maſculi per l. ſi ui
ua matre C. de bon. mater. Cu-
man. conſ. 117. in teſtamẽto poſt
prin. Capr. conſ. 18. nu. 7. 10. Rui.
conſ. 39. nu. 11. lib. 1. Pariſ. conſ.
11. nu. 16. lib. 3. vt etiam adduxit
excel. D. Conſulens in ſuo conſ.
ver. Nec obſtat ſi forte. Conſtat
autem d. adiectionem, Ita quòd,
&c. in ſpecie noſtra ſic ſtare augu
mentatiue, & ampliatiue in fauo-
rem maſculorum per doctr. Gul.
relatam per Ang. in l. nulla ver.
hæc lex inducitur ff. de leg. Hier.
Zanet. inter conſ. Soc. conſ. 110.
nu. 8. lib. 4. & Bero. conſ. 77. nu.
16. lib. 2. & conſequenter ſublata
remanent omnia ſuperius in con
trarium allegata.

¶ Quarto, cum in inſtitutione
cũ tribus filiabus, ſint duo nepo-
tes maſculi hæredes inſtituti vti
magis dilecti l. publius §. fi. de
condit. & demonſ. tum quia maſ
culi credo equidem tam ex verbis
quàm ex mente teſtatricis ſic tan-
tum in ſua hæreditate præferẽtis
maſculos fæminis, eos tam actiue
quàm paſſiue fuiſſe etiã comprę-
henſos in fideicõmiſſo inter maſ-
culos continuando in perpetuũ.
Cum huic ſententiæ verborum ſi
gnificatio cõueniat, & teſtatricis
voluntas congruat l. omnibus in
prin. de leg. 1. l. talem. §. final. ff.
de hæred. inſtitut. l. voluntas C.
de fideicommiſſ. l. gallus §. qui-
dam recte ff. de liber. & poſthu.
quod quidem non fuit in caſu di
cti conſil. 401. Cepha. in quo e-
rant primo duæ ſorores teſtato-
ris inſtitutæ: Quapropter in caſu
noſtro vere dici poteſt fideicom-
miſſum inter iſtos nepotes inſtitu 2
tos, & conſobrinos natos ex ma-
20 terteris cohęredibus, & ſic inter
Titium nepotem viciſſim, & reci
proce inductum eſſe. Idque ap-
parere, tum ex prohibitione alie
nationis extra maſculos, vt in-
ter eos permaneant bona per glo
ſam in verſ. filiis in l. Codicillis
§. inſtituto. de leg. 2. qua forte
melior non poteſt reperiri, &
diligenter not. dicit. ibi Imol.
ſequitur Crot in dicto §. Diui
ſub. numer. ſecund. ſic contra-
rium tenẽtes declarando probaſ

Gabr. Roma. de com. opin. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 9. num. 5: tum ex volontate teſtatricis perueniendi bona ad maſculos. Aym. conſ. 130. nu. 9. Iaſ. cõſ. 108. col. 4. ver. confirmatur optime lib. 4. tum etiam in infinitũ, & in perpetuum bona vadant ad maſculos de hærede in hæredes maſculos Grat. conſ. 31. nu. 23. lib. 2. Alex. conſ. 53. ad nu. 4. Pariſ. cõſ. 7. nu. 40. lib. 3. vnde conſequens neceſſarium eſt Deſcendentes Titij nepotis ſine prole ex maſculis, prouenien te decedentes fuiſſe ob ſtrictos præſtare fideicõmiſſum ſuis conſobrinis maſculis, Et ſic maſculis tranſuerſalibus vt late p Rui. conſ. 149. col. 5. nu. 9. & ſeq. Quibus quidẽ maſculis alias ſtantibus, bona ad ſuas fœminas deuẽta forent contra expreſſam voluntatem teſtatricis mandantis ſuam

21 hæreditatem peruenire prius ad maſculos, Per verbum ſuam non poteſt intelligi, niſi de tota hæreditate, Soc. Iun. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 18. in fi. ad trebel. veriſsimum putat Odd. Perus ſuo tract. de compendi. par. 5. art. 6. ver. ſecundo limitari poteſt. fol. 74. Et magis per verbũ ipſum hæreditas ſignificans ſucceſſionẽ in vniuerſum ius defuncti l. nihil aliud ff. de verb. ſignifi. Quid .n. contra volontatem teſtatricis nõ dicendum minusq; tenendũ eſt per iura vulga; & contra eam fieri dicitur ſi totum non conſequatur tex. in l. verbis §. 1. de vulg. & pupil. pro ut totum in fideicommiſſo reciproco, qui ex vocatis ſuperſunt conſequi debent tex. in l. ſcæuola in fi. ad trebel.

22 ¶ Vltimo adduco quæ in ſimilibus terminis tradunt Pariſ. conſ. 11. col. 1. & ſeq. lib. 3. vbi poſt mortem filiorum inſtitutorum ſubſtitutis filiis maſculis ſororum & ad eos peruenta hæreditate, ſi vnus ex eis moriatur cum filiabus, decidit eſſe locum fideicommiſſo pro cæteris filiis maſculis filiarum teſtatoris, vt ibi nu 11. & ſequen. & 23

Goza. conſ. 102. vbi dicit perueniendum primo ad maſculos, poſtea ad fœminas, & cum prohibitionibus alienationis, vt in caſu noſtro, vno maſculo admiſſo deinde defuncto filiabus ſuperſtitibus per fideicommiſſum, ſpectat ad alios maſculos vocatos per teſtatorem, & Albenſ. conſ. 54. determinat in ſimili ſpecie per mortem vnius ex maſculis vocatis decedentis cum filiabus fideicommiſum deberi aliis maſculis vocatis Ex quibus & aliis opportune, & prudenter allegatis per D. Conſulentem habetur clariſsima reſponſio ad contraria ſupra alleg. & ad conſ. D. Ceph. 401. quòd diuerſa ſunt, & non procedunt in caſu noſtro, & rationes diuerſitates colliguntur ex ipſiſmet rationibus ſupra alleg. quas breuitatis

gratia

gratia non repetam, Et veriſsima remanet dicta cõcluſio pro fidei-cõmiſſo intentato omniq; prorſus ſcrupulo ſublato, ſubſcribens aſſentio iuſtiſsimæ opinioni D. Conſulátis emininetiſsimi Iuriſconſulti mei quoq; obſeruandiſsimi, &c.

Ita eſt, Simon de Pretis Iuriſconſ. Piſauren. & Sereniſsimi D. Domini Ducis Ferrariæ Conſiliarius Iuſtitiæ, appoſito ſigillo m. p. ſubſcrip. abſq; tamen pręiuditio verioris ſententię.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, eorum a teſtatore prolatũ refertur ad omnes hęredes prętedentes nominatos.*

2 *Verbum hęres reſpicit ſucceſsionem vniuerſalem: & nu. 4.*

3 *Teſtator, ſi ſubſtituit pluribus ſuis inſtitutis intelligitur cuilibet ipſorum particulariter ſubſtituiße: ſecus aũt ſi ſibi illos ſubſtituit, quia tunc vniuerſaliter & collectiuè dicitur illos vocaſſe.*

5 *Aliud eſt hæreditas, & aliud pars hæreditatis.*

6 *Si moter eſt excluſa a ſucceſſione, pariter illius filij ex illius perſona: & num. 9.*

7 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

8 *Quod nullum eſt, nullum producit effectum.*

9 *Quando ad ſucceſſionem ſunt vocati maſculi, & poſt eos fœminæ, pariter maſculi ex fœminis deſcendentes non admittuntur, niſi poſt maſculos.*

10 *Nepos ex filia, quæ renuntiauit ſucceſſionem paternam, repellitur & ipſe, ſi illam petit, ex perſona matris.*

11 *Prohibita alienatione, An & quando dicatur prohibita hæredis inſtitutio, vel ẽt ſucceſſio ab inteſtato.*

12 *Prohibitio alienationis, quæ ſtatim ſubſequitur ſubſtitutionem non dicitur ſimplex prohibitio, ſed reſpectu pręcedentis ſubſtitutionis.*

13 *Prohibitio alienationis exprę ſſa regulatur ſicut tacita: & ſeqq.*

14 *Prohibitio exprę ßa alienationis aliquid addit tacitę probitioni.*

15 *Verbum iſte refertur ad pręcedẽtes.*

17 *Verba iſta in prohibitione alienationis poſita, videlicet per alcun modo, comprę ndunt oẽm ſpeciem alienationis ex teſtamento, vel ab inteſtato, & nu. ſeq.*

19 *Alienatio contra mentem teſtatoris facta eſt ipſo iuro nulla.*

In eodem caſu.

Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantię labiis meis.

ACCEDO in ſententiam Excellentiſſimorum, & Clariſſimorũ I.C. Illuſtris aç celeberimi iuriſconſulti D. Pauli Leonij Sereniſſimi Principis noſtri Ducis Ferrariæ

riæ Conſiliarij a ſecretis, & Mag. D. Simonis Præti eiuſdem Sereniſſimi Principis Conſiliarij Iuſtitiæ meritiſſimi, Et quoniã illi doctiſſime, & latiſſime ſcripſerunt, ego pauca ſubiiciã. Porrò clariſſimi iuris eſt voluntaté teſtatoris, quæ totum facit, vt vulgare, & verum eſt in primis exquirendum eſſe. Præcipua verò dubitatio, quæ circa voluntatem in præſenti diſputatione oriri poteſt, illa eſt, Nunquid teſtatrix, quãdo inſtituit hęredum ſuorum filios, & deſcendentes maſculos, & fęminas, ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua reſpexerit ad totam, atq; vniuerſam hæreditatem ſuam, An verò ad ſingulas portiones ſingulorũ hæredum in teſtamẽto ſcriptorũ Et ſenſiſſe illam de tota hæreditate non de ſingulis illius partibus planum fit ex duob. Alterum eſt quoniam cum illa dixiſſet ſe hæredes inſtituere filias ſuas, & illius ex pręmortua filia nepotes, adiecit (Et li loro figliuoli, & deſcendenti maſchi, & femine leggitimi, & naturali, & di legitimo matrimonio naſciuti, & che naſcerãno, ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua in infinitum) Etenim
1 pronomen illud, i loro, latine, eorum, cum procul dubio teneat vicem, & locum propriorum no nominum reſpicit, & determinat ęqualiter perſonas omnes omniũ hęredum antea nominatorum, arg. l. iam hoc iure ff. de vulg. & pup. ſubſtit. tradit Aret. l. cohęredi col. 3. ff. eo tit. & in materia noſtra alios citat. D. Ceph. conſ. 67. nu. 22. prim. vol. Et in terminis quòd pronomen huiuſmodi, eorum. à reſtante prolatum ſit repetitiuum omnium præcedentiũ ſcribunt Bar. & Soc. l. gallus ſ. inſtituens ff. de lib. & poſthum. & plures alii, quos laudat idem Ceph. conſ. 269. nu. 28. 2. vol. & relatiuum reſtrictiuumq; ſcriptorum hæredum: Old. conſ. 21. Alciat. Tom. 3. lib. 9. conſ. 120. nu. 3. 200. nu. 4. vbi alios. Et in ſingula nomina ipſorum reſolutiuũ Marzar. qui plures de fideicom. q. 11. Vnde in sũma perinde eſt ac ſi abſolutè, & ſimpliciter teſtatrix dixiſſet ſe poſt primos hæredes ſecundos ſibi facere filios ac deſcendẽtes maſculos, & fęminas ſeruata ſexus, & gradus prærogatiua ſuatũ filiarũ, & nepotũ ſuorũ. At
2 verò non eſt dubium, hæredem, eſſe verbum, quòd ſucceſſionem vniuerſalem reſpicit l. hæredem, l. hęreditas vbi Dec. Cagnol. & alij ff. de reg. iur. Igitur vocauit teſtatrix ad totam hęreditaté maſculos cuiuſcunq; lineæ priuſquã fœminas. Porrò aliud eſt dicendũ
3 ſi ipſa hæredes feciſſet prędictos filios ac deſcendentes maſculos & fæminas filiarum, & nepotum ſuorum non ſibi, quòd fecit, ſed ipſis filiabus nepotibusq; ſuis, quod

quod non fecit. Hoc.n. poſtremo caſu diceretur facta ſubſtô cuilibet filiarum &nepotum ſuorum, ita vt filij & deſcendentes oẽs, primùm maſculi, deinde fœminę cuiuslibet lineæ vocati vocateq; eſſent ad ſucceſſionem illius lineæ priusquam maſculi & fœminæ aliarum linearum: Et in his terminis loquuntur Bart. in l.ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. Bal. in l.cũ acutiſſimi. C. de fideicom. & alij, quos alleg. Rui. cõ. 144. nu. 8. vol. 2.

¶ Alterum eſt, quo concludenter probatur teſtatricem inſtituentẽ deſcẽdentes, vt ſupra reſpexiſſe ad vniuerſam ſubſtantiam ſuã, non verò ad ſingulas ſingulorum hæredum inſtitutorũ portiones; ſequẽs illa clauſula (ita che la ſua heredità vada di herede in herede maſchi, & poi femine non eſſendo maſchi in perpetuo per lo modo predetto) Quæ ſanè verba nullum relinquũt dubitandi locum,

4 Nam ſi verum eſt, vt veriſſimum eſſe nemo vnquam dubitabit, hæreditatem eſſe vniuerſalem ſucceſſionem in vniuerſa bona, & iura mortui, d.l. Hæreditas. ff. de reg. iur. l. Nihil. ff. de uerb. ſignif. l. 3. in prin. ff. de Bon. poſſeſſ. & alibi, neceſſe eſt vt uel inuiti fateamur, omnes maſculos deſcendẽtes non ex vna tãtum linea, ſed ex omnibus, priusquam fęminas, vocatos fuiſſe ad ſucceſſionem non portionis unius lineæ, ſed totius, & vniuerſę hæreditatis teſtatricis: Alioquin quomodo verum eſſet hęreditatẽ illius ire primùm ad maſculos, deinde, illis non extantibus, ad fæminas? Porrò ſi maſculis cuiuslibet lineę deberetur portiò tantùm illius lineæ, illisq; non exiſtentib. fęminæ eiuſdem lineæ admitterẽtur, non iret ad mares primùm, deinde ad fæminas hęreditas, quę fuit clariſſima teſtantis voluntas ſed portio hæreditatis, vt nemo

5 non videt: Aliud verò eſſe hæreditatem, aliud partem hæreditatis quis unquam inficiabitur? toto, atque integro tit. ff. de Petit. hære. & ſi pars hæred. peta. & in ſpecie eſt pulchræ tex. in l. prima. §. 1. eo. tit. Si pars hæred. petat. Qui hęreditatem, vel partẽ hæreditatis petit, &c. ait I. C. Ego igitur ductus hac ſola, ſed quidem prævalida ratione, vt poie à perquam clara voluntate teſtantis ducta, nihil dubito affirmare quòd cum defecerit linea maſculina nepotis teſtatricis, & vnius ex hæredibus ab illa ſcriptis, aduenerit caſus fideicõmiſſi, ita vt deſcendentes maſculi ex vna filia, & hærede teſtatricis excludant fœminas deſcendentes ex memorato nepote. Neque huic ſententię obſiſteret ſi diceretur, Immo ſupereſſe maſculos aliquos ex linea Titij nepotis deſcendentes. Eſt enim aduertendum, quòd vbi ſuperſint, nullo tamen modo, ſunt in re propoſita cõſiderandi,

quando-

quandoquidem non referuntur ad ipſum Titium nepotẽ per continuatam lineam maſculinam, ſed interpoſita fœmina, ex qua ipſi proueniunt. Et ideo quoniã illa excluſa eſt à ſucceſſione, quod ſatis & ſuper cõſtat ex ſupraſcriptis, conſequens neceſſarium eſt, vt ipſi quoq; maſculi ex illa orti pariter excludantur. Porrò illud certiſſimum eſt, eos nullo alio iure niti poſſe, niſi quia ſuccedãt in locum, & gradum eius matris, ſintq; illius filij, ſed mater nullũ habuit locum, nullum gradum, nullum ius, ergo nec eorum filij:
7 Nam ſi non entis nullę ſunt qualitates, quæ ſcilicet ſubiecto inhæreant, neceſſe eſt l. eius ff. ſi cert. petat. D. Cepha. conſ. 68. nu. 8. primo vol. Couar. in materia ſucceſſionis Variar. Reſolut. Tom. primo cap. 1. ſub nu. 9. Et quòd nullum eſt nullum producit effe-
8 ctum l. cum pater §. in curatoris ff. de leg. 2. Cagnol. l. fi. ſub nu. 124. C. de pact. cõſequens eſt hos maſculos ex perſona matris excluſæ nullo modo ad hæreditatem admitti poſſe. Et de hoc eſt tex.
9 notabilis in §. reliquum Nouell. de hæredibus ab inteſt. venien. ex quo nominatim colligit Ang. ꝙ vbicunq; quis excluditur à ſucceſſione alicuius, ita & filius eius debet excludi. Et hoc. eſt quòd dicitur, Radice amputata, ramos quoque decidere l. ſi mater §. 1. l. qui habebat ff. de acquir. hæred. Alc. conſ. 139. col. 2. lib. 6. D. Cepha. conſ. 269. nu. 32. vol. 2. D. Alcia. qui refert alios To. 1. lib. 2. conſ. 6. nu. 10 To. 2. lib. 5. conſ. 97. nu 5. To. 3. lib 9. conſ. nu. 2. conſi. 8. num. 6. D. Riminal. Iun. conſi. 42. ſub nu. 26. quibus locis multos & multa habemus in terminis noſtris, Quod uocatis maſculis ad ſucceſſionem, maſculi coniuncti vocati per fæminas excluſas pariter excluduntur, ſic in ſimil.
10 Bal. l. pactum C. de collat. & l. fi. nu. 16. C. de pact. Dicebat nepotẽ ex filia, quæ renuntiauit ſucceſſionem paternam, petentem eam ſucceſſionem ex perſona matris eſſe reppellendum: quam ſententiam ibi ſequuntur D D. magis communiter, vt poſt Alex. in d. l. pactum firmat Grammatic. deciſ. 57. ſub nu. 39. ſimilis eſt doct. Bal. in l. 1. nu 4. C. de legit hæred. Quòd in feudo ita ſuccedit frater conſanguineus tantum, ſicut vtrinq; coniunctus, ea ratione, quoniam mater, cuius perſona in materia feudorum impertinens eſt, & propterea non conſiderabilis, nihil patrocinatur filio ſuo, idem tenet idem Bal. c. 1. de gradib. ſucceſſion. in feud. Caſtr. & recent. d. l. 1. c. de legit. hęredibus Rui. conſ. 32. ſub nu. 7. vol. 3. Soc. Iun. conſ. 24. ſub nu. 11. 4. vol. Et profectò in ſpecie, de qua agimus, ſi aliud diceremus, maxi-

maximum conſequeretur abſurdum. Etenim deficientibus maſculis alterius lineæ, ſuperſtitib. fœminis eiuſdē lineæ, & maſculis alterius, hi quidem maſculi illis pr̨ ferrentur f̨eminis. Quæ ſententia eſt veriſſima ſecundum ſupraſcripta, At vero, ſi excluſæ illæ fœminæ filios deinde maſculos ſuſciperent, hi maſculi aduocarent bona maſculis alterius lineæ prius ad
11 ſucceſſionē ex fideicommiſſo admiſſis, quod eſt dictu abſurdiſſimum. Rurſus nec poſſet negotium aliquod facere, ſi maſculus, qui vltimo loco deceſſit, vel etiā alius ex linea maſculina Titij nepotis facto teſtamēto inſtituiſſet ſibi hæredes deſcendentes ex fœmina, de quib. antea: Quaſi quòd prohibita alienatione non intelligatur prohibita hæredis inſtitutio, vel etiam ſucceſſio ab inteſtato, l. cum pater. ſ. cum inter, vbi Bartolus & Doctores & l. peto. §. fratre. ff. de legatis ſecundo, & Doctores l. filiusfam. ſ. diui, ff. de leg. primo, Cæphal. qui alios allegat conſi. 153. num. 1. & ſequentibus. Etenim non eſt dubitādum etiam hæredis inſtitutionem in hac ſpecie, de qua nos agimus,
12 prohibitam intelligi. Quod poteſt quadrupliciter demonſtrari. Primò prohibitio alienationis, quæ ſtatim ſequitur ſubſtitutionem, vt in teſtamento, de quo verba fecimus, non eſt ſimplex, ſed cenſetur reſpectu præcedētis ſubſtitutionis facta, Bal. l. petens. col. pen. C. de pact. Soc. conſil. 273. col. 3. ſecundo volum. Corn. conſil. 3. lib. 2. igitur ſicut tacita prohibi-
13 tio, quæ ineſt ipſi ſubſtitutioni, l. vlt. ſ. ſed quia, & ſ. ſeq. C. cōmu. deleg. & fideicom. trahitur etiam ad inſtitutionem, quæ & ipſa alie-
14 natio eſt, l. ſi quis prioris, in fin. C. de ſecun. nupt. Bart. auct. Res quæ colum. 2. d. tit. C. commu. delega. dom. Rimin. Iun. conſi. 9. nu. 103. ita & expreſſa, quæ ſecundum tacitam regulatur, Dec. conſil. 636. nume. 8. & ſeq. immo quoniam prohibitio expreſſa addit tacitæ, impedit enim alienationem etiā in caſibus, quibus ubi ſola eſt tacita, permittitur. ſ. ſanctiſſimas, auct. de aliena. & emphyt. Soc. conſil. 49. in fin. libr. prim. Doct. d. l. filiusfa. §. diui, & præſertim Ruin. colum. 8. ff. de leg. 1. etiam ſi ex tacita non prohiberetur inſtitutio, intelligeretur tamē ob expreſſam prohibitionē prohibita dom. Cæphal. d. conſi. 153. nume. 31. ſecundo volum. vbi loquitur in terminis.

¶ Secundò verſamur nunc nos in caſu fortiori, & clariori: Nam præter iuris diſpoſitionem, qua alienationis prohibitio intelligitur facta reſpectu præcedētis ſubſtitutionis, vt diximus, idipſum clariſſimum eſt ex verbis teſtatricis, quæ facta ſubſtitutione, adicit

Pp

cit ſtatim uerba huiuſmodi. (Et per queſto vuole, & ordina che alcuno de' detti heredi non poſſa, ne debba vendere, alienare, &c.) quæ verba (& per queſto) nullã relinquunt dubitationem, prohitionem alienationis factam fuiſſe reſpectu præcedentis ſubſtitutionis, ad quam pronomeu illud (queſto) haud dubiè eſt referendũ
15 l. hæredes palam §. ſed ſi notam. ff. de teſtamen. Bart. l. quęſitum. §. ſi quis fundum col. 2. ff. de fun inſt. & inſtru. leg. & alibi, & accedat quòd eadem teſtatrix. adferẽs rationem prohibitionis alienationis bonorum immobilium hæreditatis ſuæ, dixit(perche vuole che peruenga come diſopra ha ordinato) recipiens iterum ad fideicõmiſſariam ſubſtitutionẽ, per quã ſicut ſine dubio prohibuit hęredis inſtitutionẽ ita, & p prohibi-
16 tionẽ alienationis gratia ſubſtitutionis, & fauore ſubſtitutorum factã, quæ ſententia vera, & comunis eſt Iaſ. Cro. & alij d. §. diui Couar. qui alios allegat c. Rainaldus in prin. nu. 6. ver. 2. concluſio de teſtam.

¶ Tertio prohibitio hęc habet verba illa vniuerſalia (per alcun
17 modo) quæ comprehendunt omnem alienationem ex teſtamento & ab inteſtato Bart. l. ventre ver. 3. caſus. & ibi Aret. ff. de acqui hæred. Rol. conſ. 98. nu. 15. 2. vol. Cephal. d. conſ. 153. nu. 32.

¶ Quarto, & vltimo, teſtatrix coarctauit, & limitauit prohibitionem reſpectu certarũ perſonarum, in quas voluit poſſe alienari ſcilt. in ipſosmet hæredes, extra quos generaliter alienationem interdixit: Quo fit vt ſecundum magis verã, & receptã ſententiã non valeat alienatio etiam facta in teſtamẽto, ſi fiat aliter, quàm voluit & iuſſit teſtator: Ita firmat poſt
18 alios, quos allegat, Ceph. d. conſ. 153. nu. 26. & ſeqq. Vnde ex pluribus ego omnino cenſeo nõ ſolũ ratione fideicõmiſſi expreſſi, ſed et interdictionis teſtatricis oẽm eſſe prohibitã alienationẽ, & ex teſtamẽto, & ab inteſtato. Conſtat
19 aũt facta alienationẽ contra mentẽ teſtãtis ipſo iure nullã eſſe, glo. & DD. l. cũ pater §. libertis ff. de leg. 2. DD. d. §. diui Gram. deciſ. 93. nu. 1. & ſeq. D. Ceph. cõſ. 272. nu. 53. 2. vol. &c.

Io. Franc. Terzanius Cremonæ I. C. Ferrarienſ. & in Patriæ Academia Interpres matutinus iuris ciuilis ordinarius, ſecundum ſupraſcriptã ſententiã reſpondeo, & ſubſignaui.

SVMMARIVM.

1 *Per maſculos conſeruatur agnatio.*

2 *Subſtitutio facta, ſi deceſſerit ſine filijs, ut cõprendat tantũ maſculos nõ procedit, maſculis deficientibus.*

3. *Et*

3 *Et idem in ſtatuto & num. 15.*
4 *Verbum filij ſecundum ſuam ſtrictã & primæuam ſignificationẽ, ſignificat tantum maſculos, ſecus ex latiori verbi ſignificatione, & ex communi vſu loquendi.*
5 *Non deceſsit ſine filiis, qui filiam ẽt vnicam reliquit.*
6 *Inſpicitur quidnam Teſtator voluerit tempore ſuæ diſpoſitionis, vſque ad tempus ſuę mortis, quia vltra non protenditur.*
7 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
8 *Non conuenit vt remotiores admittãtur, & proximiores excludãtur.*
9 *Vt ſeruetur voluntas teſtatoris, receditur a proprietate verborum, quæ ẽ fauorabilis, et latę interpretationis.*
10 *Quod & in ſtatutis, & reſcriptis procedit.*
11 *Qualis fuit volũtas in inſtitutione, talis præſumitur in ſubſtitutione.*
12 *Inter perſonas aliàs pares illa præfertur, quę habet expreſſam voluntatem teſtatoris.*
13 *Stante ſtatuto excludente fœminas, exiſtentibus maſculis, ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine filiis non comprendit maſculos.*
14 *Teſtator præſumitur concordare cũ iure municipali.*
15 *Statutum excludẽs fœminas propter maſculos non habet locum deficiẽtibus maſculis, quando loquitur quãdiu, vel donec maſculi extant.*
16 *Ius accreſcendi venit ex tacita mẽte teſtatoris, ideo per ſubſtitutionem excluditur, quę venit ex expreſſa.*
17 *Subſtituto verbis collectiuis concepta reſoluitur in ſingularitates.*
18 *Dictiones tunc, & eo caſu, non ſunt adeo reſtrictiue, vt non verificentur etiam in alio caſu eandem rationẽ habente & qui veniat ex veroſimilis et præſumpta mẽte diſponẽtis.*

An filię teſtatoris admittãtur ad ſucceſſionem, an vero neptes ex filijs defunctis abſq; maſculis, ſtãte ſubſtitutione ſi deceſſerint ſine filijs.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

CONSVLTATIO iſta non modicã videtur pati difficultatem conſiderãdo illã in principali pũcto, An ſcilicet filiæ teſtatoris vltimo loco filio & nepotibus ſubſtitutæ, ſi ſine filijs deceſſerint, ſint admittẽdæ ad eius hæreditatem, An vero neptes, ſeu proneptes ex ipſis maſculis defunctis abſque filijs aut deſcendentibus maſculis.

¶ Et dubitationem non leuem facit, præter difficultates motas, & remotas etiam per Clariſſimum iureconſultum & Conſiliariũ Iuſtitiæ Dignię. D. Simonẽ de Prætis mihi vti fratrem Honoratiſ.

Quia eſt conſiderandum in caſu
1 iſto, Quod cum hic deſint maſcu
li, per quos conſeruatur agnatio l.
1. §. pen. ff. de ventr. inſpic. & in §.
cęterum inſtit. de legit. agnat. ſuc
ceſſ. cũ ſimil. ceſſat ratio propter
2 quam Doct. tenentes illam opin.
quod verba illa ſi deceſſerit ſine fi
liis comprendunt maſculos tan-
rum non ẽt fęminas, vt per Caſtr.
in vulgato eius conſ. in iſta mate-
ria. 407. vol. 2. neque etiam ſtatuta
loci, quæ adducuntur, videntur
prodeſſe. Quia illa loquuntur &
diſponunt, ad fauorem maſculo-
rum ſuperexiſtentium in rerum
natura, maſculis verò deficientib.
illa ceſſant, vt per Bal. in conſi. 43.
vol. 2. Soc. cõſi. 75. vol. 3. Anch. cõſ.
220. cum multis alijs, quæ ad hoc
congeri poſſent. Hic. n. fæminæ
hinc inde concurrunt, Vnde nul
la ratio ſupereſſe videtur, cur ver
ba illa, ſi ſine filijs deceſſerint, nõ
4 verificentur ẽt in fæminis. licet. n.
verbum filij ſecundum ſuam ſtri-
ctam & primitiuam ſignificatio-
nem importet tantum maſculos
ad nor. per Bart. in l. 1. ff. de verb.
ſignif. ad quam (vt dixi) reſtringi-
tur fauore maſculorum, tamẽ ex
latiori verbi ſignificatione deſum
pta ex comuni vſu loquendi, qui
attenditur l. librorum. §. quod ta-
men Caſſius. ff. de legat. 3. & etiã
ex interpretatione legis, vt in l. iu
ſta, in l. pronũtiario in l. quiſquis.
ff. de verb. ſignific. in l. ſi ita. ff. de
teſtam. tut. in l. ſi ita ſcriptum ff.
de leg. 2. comprendit ẽt fęminas,
Ideo defeciſſe videtur illa condi-
tio, ſub qua filiæ teſtatricis vocatę
fuere, vidľt. ſi maſculi prius vocati
decederent ſine filijs: quia non de
ceſſit ſine filijs, qui filiam ẽt unicã
reliquit l. non eſt ſine liberis ff. de
verb. ſignif. in l. 1. C. de condit. in-
ſert. vbi Fulg. Caſtren. & alij not.

¶ Sed tamen his non obſtantib'
puto concluſionem principalem
formatam per dictum clariſſimũ
Conſultorem veram eſſe, vľt. filias
teſtatoris expreſsè ſubſtitutas &
vocatas per eam fore admittẽdas
ad maternam hæreditatem, tum
ex dictis per eum doctè & copio-
sè, tum ex his paucis per me ſubij-
ciendis. Nam inſpicitur quid ſen
6 ſerit, & quid uoluerit ipſe teſtator
tempore quo diſpoſuit, & ſubin-
de uſque ad tempus mortis ſuæ,
quia eius arbitrium amplius non
reddit l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
Nec poteſt poſt illius mortẽ mu-
tari, aut uariari, vnde tunc quan-
do teſtatrix fecit hoc teſtamentũ,
in quo maſculos tantum vocauit
primo filium & ſucceſſiuè nepo-
tes, filias aũt proprias ab vniuer-
ſali ſucceſſione excluſit, certũ eſt
quod quando poſtea ſubiunxit il
la verba ſi illi oẽs ſine filijs decede
rent, vt filię ſuæ tunc ſuccederent
non intellexit de filiabus fæminis
illorum, tum quia illas excluſit à
maſculis, conſequens eſt, vt & de
ma-

maſculis pariter in illis uerbis in-
7 tellexerit, quia una pars teſtamenti aliam declarat l. qui filiab. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus pluriū §. vlt. eo. tit. Dec. in conſi. 15. col. 3. verſ. confirmatur hoc, & conſil. 399. col. 2. in fi. & in conſi. 495. col. 2. cū aliis concor. tum etiam quia ſi ſecus diceremus, abſurdum reſulta-
8 ret non paruum, videlicet quod neptes teſtatricis aut etiam proneptes, & ſic fœminæ remotiores admitterentur, & quæ non fuerunt expreſsè vocatæ, filiæ autem propriæ nominatim ſubſtitutæ excluderentur iſtud autem à lege abhorretur l. ſi viua matre C. de bon. mater. l. Publius in fi. ff. de condit. & demonſtrat. per quæ iura & quas rationes ita in terminis concludit decidendo caſum iſtum Fulg. in conſ. 18. vbi teſtatrix pariter inſtituerat filios maſculos vniuerſales hęredes, & eis ſubſtituerat, ſi ſine filiis decederēt filias autem incerta quantitate inſtituerat: filij deceſſerūt ſine maſculis, & ſic etiam illic ceſſabat fauor agnationis aut maſculinitatis: relinquerant tamen vnam filiam fœminam, concludit Fulg. filias teſtatricis admittendas eſſe per rationes ſupradictas, & ex prę ſumpta ſeu coniecturata mente
9 teſtatricis, & quia ſi, vt ſeruetur voluntas teſtantis, receditur à proprietate verborum l. non aliter ff. de leg. 3. l. 3. C. de liber. præter tex. in l. ab omnibus in fi. prin. ff. de leg. 1. l. ex facto in prin. & l. ſceuola ff. ad trebel. Caſtren. in conſ. 5. nu. 2. vol. 1. Dec. conſ. 15. col. 2. ver. ad cuius rei demonſtrationem: Quinimo nedū hoc procedit in vltimis voluntatibus quæ fauorabiles ſunt l. vlt. C. de fideicom. & l. cum ab initio cū lege ſeq. ff. quemad. teſt. aper. in quibus latior fit interpretatio l.
10 in teſtamentis ff. de reg. iur. ſcilicet etiam ſtatutis in reſcriptis & ſimil, vt tradit Alex. in conſ. 54. vol. 4. Crau. conſ. 274. col. 3. ver. non obſtant cū multis, quæ ego alias dixi in meo tract. ſubſt. Quāto magis attendetur propria verbi ſignificatio, ſi per eam ſeruabitur voluntas teſtantis, prout hoc caſu eſt ſignificatio huius verbi filij not. in d. l. 1. ff. de verb. ſignificat. Quod fęminas non cōprendit: Quod autem talis fuerit mens teſtatricis, apparet, dicit ille quia in inſtitutione expreſſe diſtinxit, & ſeparauit maſculos à fęminis, & hoc in propriis filiabus ergo idem cenſendum eſt ipſam voluiſſe & ſentiſſe in illis verbis
11 in ſubſtitutione poſitis, tum quia vna pars teſtamenti aliam declarat, vt dictum eſt, tum etiam quia qualis fuit voluntas in inſtitutione talis eſſe præſumitur in ſubſtitutione l. ſi in teſtamento l. ſi plūres ff. de vulg. & pupil. l. 1. C. eo. tit. & inſtit. eo. tit. §. & ſi ex diſ-

paribus

paribus Dec. qui plures alleg. in conſ.304.nu. 3.& alij plures, qui cumulari poſſent, Et ſic Fulg. illic decidit caſum noſtrum: Qđ etiã repetit, & fuſius quidem eundem caſum pertractando in conſil. 38. vbi hanc addit rationem, quia ſi contigerit vnum ex illis duobus maſculis inſtitutis & inuicem ſub ſtitutis ſub illa conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, decedere relicta filia, ſi volumus illam conditionẽ ſine filijs verificari etiam in fœmina, illa filia excludet alium maſculum ſubſtitutum ſub illa conditione ſi alter deceſſerit ſine filijs ab illa teſtatrice: Et propter quem ipſa excluſit proprias filias, quo nihil abſurdius, & à iuris diſpoſitione magis alienum, & à mente teſtatricis, vt ibidem per eum in 1. colum. in fin. & princ. ſeq. & etiam in vlt. colum. Et certe Fulg. in duobus illis conſi. decidit caſum noſtrum. Quem pariter in terminis decidit Dec. in conſil. 480. in primo dubio, vbi pariter ſimul concurrebant, filia teſtatoris vocata, ſi filij maſculi prius vocati decederent ſine filijs: Et filiæ ipſorum maſculorum defunctorum, concludit Dec. filiam teſtatoris admittendam eſſe, excluſis alijs inferioris gradus, Et ſic qđ illa verba, ſi ſine filijs deceſſerit, comprendant tantum maſculos, per illam rationem inter cæteras, ne videatur neptes proprijs filiabus prætuliſſe; Quod ẽt ſic concludit Soc. in fortioribus terminis in conſ. 6. colum. 4. verſ. reſtat volum. 3. vbi pariter concludit verba illa, ſi ſine filijs &c. cõprẽdere maſculos tantum non etiam fœminas, per rationem ſupra dictam. Et aduertendum eſt, quia filiæ teſtantis in ſuo caſu nõ fuerant ſubſtitutæ, & tamen nõ vult neptes, & ſic filias maſculorum illas excludere, ergo quanto magis hoc erit dicendum, quando habent expreſſam voluntatem teſtantis, vt in caſu noſtro. Idem dixit argumentando Dec. in d. cõſi. 15. colum. 2. verſ. ad cuius rei euidentiam, & in conſ. 514. ver. his tamen & Curt. Iun. in conſ. 2. col. 5. verſic. aggredior nunc ſecundam dubitationem Pariſ. conſil. 53. colum. 4. verſ. vlterius nu. 27. vol. 3. vbi quãdo teſtator prætulit maſculos proprijs filiabus, tunc illa verba ſi deceſſerint ſine filijs, non verificantur in fœminis, ne videatur teſtator plus dilexiſſe neptes quam proprias filias per quam rationem ita & concludit Caſtren. in conſ. 18. volum. 1. igitur multo magis in caſu noſtro, in quo teſtatrix expreſſe illas ſubſtituit, dicere debemus magis dilectaſquã neptes, quas non nominauit, & licet in filiabus ceſſet fauor & cauſa maſculinitatis, quam fateor teſtatricem habuiſſe in conſideratione, quãdiu extarent maſculi;

Non

Non tamen in eis ceſſat ratio dilectionis maioris, & prioritatis gradus, quàm in neptibus: Nam eueniẽte caſu quod ſua ſucceſſio: Deueniat ad fœminas, prout hoc caſu euenit, quis vnquam dicet neptes poſterioris gradus & non nominatas à teſtatrice præferendas eſſe filiabus gradu prioribus & expreſſe vocatis, nulla lex, nec vllus doctor vnquam hoc diceret, immo verò totum cõtrarium l. ſi viua matre. C. de bon. mat & l. Publius in fi. ff. de condi. & demon. & ſupra allegati Doct. Ad quæ optime confert deciſio Socin. in conſ.249. colum.14. in fin. in verſ.
12 ſecundus caſus volum. 2. vbi data paritate perſonarum ſingulariter dicit illam perſonam admittendam eſſe, quæ habet expreſſam voluntatem teſtatoris per l. ſi ex pluribus de ſuis & legit. & l. pen. de iniuſt. rupt. quandiu enim extarent maſculi, voluit ad ipſos pertinere & etiam ad filios eorum: quia dixit ſi ſine filijs. Quod verbum vna cum voluntate teſtatricis maſculos ſignificat. d. l. 1 ff. de verb. ſign. cum verò ſucceſſio ad fœminas peruenerit, proprias filias nominatim vocauit: Accedit
13 prædictis ſtatutum loci, quo excluduntur fœminæ extantib. maſculis: Quo caſu Doct. omnes conueniunt, quod conditio illa adiecta ſubſtitutioni maſculorum vocatorum, videlicet ſi ſine filijs deceſſerit, non comprendat fœminas; Et hoc nobis ſufficit ad victoriam ſcilicet oſtendere, quod illa verba non comprendunt fœminas, & ſic has neptes: Quia ſuccedit ſubſtitutio expreſſe facta per teſtatricem de filiabus, Bal. Anch. & Iaſ. in l. tres fratres. ff. de pac. idẽ Iaſ. in cõſ.140. in nono fundamẽto vol. 2. vbi in fortioribus terminis loquitur, nempe quando teſtator locutus eſt de liberis, vel de deſcendentibus, aut de poſteris, quæ verba generaliora ſunt, quã verbum filij, & tamen concludit
14 fœminas non venire, quando extat huiuſmodi ſtatutum, quia teſtator præſumitur ſe velle concordare cum iure municipalis ciuitatis vt not. Bart. & alij in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Bald. & in l. iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Bald. in c. in præſentia num. 2. extra de probat. Alex. in l. 3. nu. 1. ff. de leg. 1. Soc. & alij in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſthu. & in conſ. 13. num. 4. volum. 3. & in conſi. 51. colum. 7. verſ. nec obſtant & in verſic. 7. & verſ. ſeq. volum. 4. & conſi. 73. col. 3. verſi. 6. & vlt. eo. volum. Gozad. in conſi. 45. colum. 2. verſic. 5. ſuadet & in conſi 89. colum. 3. verſic. ſexta concluſio & verſ. 5 quoties. Soc. Iun. conſi. 168. num. 63. vol. 2. & illud quod ſupradictum fuit ex Bald. in conſil. 43. volum. 3. & Soc. conſil. 75. volum. 3. Ancha. conſ. 220.

15 conſi.220.procedit quando ſtatutum excludit fęminas ad tempus, videlicet donec vel quouſque ſuperſuerint maſculi, non ſic quando ſimpliciter eas excludit, prout hic; quia tunc perpetuo remanēt excluſæ. Vnde teſtatrix in illa ſubſtitutione, ſi ſine filijs, non intellexit de fœminis per illam rationē, ſed tātum de filijs maſculis, quādiù extarent, illis autem deſitientibus, vocauit expreſſe filias ſuas ergo neptibus aut proneptib. nullo modo potuit eſſe locus, cum nec etiam in conditione poſitæ cenſeantur, per prædicta.

¶ Et ex iſtis apparet non obſtare argumentum ſupra in contrarium factum, videlicet. Quod cū maſculi nunc deſitiant, & concurrant hincinde tantum modo fœminæ ad hanc ſucceſſionem, videliet filiæ teſtatricis, quæ ſunt ſubſtitutæ maſculis ſub illa conditione, ſi deceſſerint ſine filijs, & filiæ ipſorum maſculorum grauatorum; ceſſat ratio, propter quā mouentur Doc. ad dicendum, qđ illa verba ſine filijs comprendant maſculos tantum & non etiam fœminas ad excluſionem ſubſtituti maſculi, qui etiam eſt de deſcendentibus reſtatoris, per quos conſeruari poteſt agnatio: iſtæ autem ſunt fœminæ merito, &c.

¶ Namque dico, quod non eſt, opus iſta indagari, quoniam ſatis eſt quod ſub illo verbo, ſi ſine filijs fœminæ non comprēduntur præſertim ſtante ſtatuto de quo ſupra, Et mens talis fuiſſe præſumitur, tum ut ſtatuti diſpoſitioni concordet, tum etiam quia maſculos vocauit, quādiù ſuperſunt, & illis defitientibus, filias ſuas expreſſe ſubſtituit. Vnde illæ neptes aut proneptes ideo non veniunt, quia non ſunt comprenſe à lege imò excluſæ à ſtatuto nec à teſtatrice vocatæ: Filiæ autem teſtatricis, ideo ſuccedere debent, quia ſunt expreſſæ vocatæ: Vnde nō eſt opus querere, quæ aut quales ex his fęminabus ſuccedere debeant, cum teſtatrix hoc expreſſerit, Et in expreſſis non eſt locus coniecturis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. l. continuus de verb. obli. Vnde dicere, quod per iſtas filias non conſeruatur agnatio, quia non ſunt de deſcendentibus maſculis, nihil eſt quia minus p illas neptes, aut proneptes conſeruabitur agnatio, cūm & ipſæ fęminæ ſunt: Illæ autem ſunt nominatim vocatæ, iſtæ vero minime, Et rationem agnationis habuit teſtatrix, quandiù ſuperfuerint maſculi, quos omnes admitti voluit, excluſis omnib. fęminis, etiam filiabus proprijs: Defitientibus autem maſculis, non eſt amplius in cōſideratione ratio agnationis; ideo vocat filias ſuas teſtatrix. Vnde apparet rationem Doctorum adductam in cōtrarium

non deſeruire caſui noſtro, pro-
ut euenit. Poſſet autem dici, quod
fœminæ etiã comprendũtur ſub
illis verbis, ſine filijs, quando ſub
ſtitutus, ſiue maſculus ſiue fœmi-
na nõ eſſet talis, qui ex veroſimili
mente teſtatoris illas excluderet:
Sed cui dubium qđ filiæ iſtæ ſub-
ſtitutæ ſunt tales, quæ veroſimi-
liter eas excludũt, quia ſunt filiæ,
& ſic proximiores, & expreſſim
vocatæ: Illæ autem & remotiores
& non nominatæ, niſi forte in cõ
ditione poſitæ, & ſic tacitè iuxta
gl. in l. Lutius. ff. de vulg. & pupil.
ideo præferuntur filiæ: Prout di-
citur, de iure accreſcēdi, quod eſt
ex tacita voluntate teſtatoris, ideo
16 ceſſat propter ſubſtõnem, quæ ha
bet expreſſam voluntatem; vt eſt
tex. in l. 2. § ſi duo. ff. de bon. poſ.
ſecundum tab. not. Doct. in l. 1. C.
quando non petent partes, & ele
ganter tradit Curt. Iun. in conſil.
35. col. pen. verſ. ſic ergo debemus
dicere, quem poſt inueni in ter-
minis decidentem caſum noſtrũ
per multas ex rationib. ſupra per
me adductis, & plurimum læta-
tus ſum, cum illum vidi. Vnde re-
perio; qđ caſus noſter in iſtiſmet
terminis, videlicet. Quando filiæ
ſunt ſubſtitutæ ſub illa conditio-
ne, ſi deceſſerint prius vocati ſine
filijs, admittãtur licet illi decedũt
cum filiabus, reperitur ſic deciſus
per Ful. in duobus ſupra allegatis
conſ. 18. & 38. & per Dec. d. conſil.
480. & per Curt. Iun. d. conſil. 35.
licet ipſe ibi dicat, quod iſte caſus
cõmuniter eſt per Doct. omiſſus.

¶ Et ex iſta concluſione ſicut ſu
pra firmata & corroborata, videli
cet; Qđ illa verba cõdõnis, ſi ſine
filijs deceſſerint, verificētur ĩ maſ-
culis tantũ non ēt fœminas conti
neãt, tollitur ēt alia difficultas cõ-
tra has filias teſtatricis mota, vide
licet, Quod cũ collectiuè fuerint
ſubſtitutæ trib. illis maſculis antè
ipſas vocatis videlicet comiti Io-
ſeph com. Ant. & com. Io. Fran ſi
oēs ſine filijs deceſſerint: Illi aũt
non oēs ſine filijs deceſſerũt, imò
aliqui ex his filias reliquerunt, er-
go &c. Et eo maxime pp dictionē
tunc & eo caſu, quæ eſt reſtricti-
ua, &c. Nam cũ illa verba ſine fi-
17 lijs verificentur in maſculis tãtũ;
verificata eſt ad vnguem cõditio,
cum verum ſit omnes ſine filijs
maſculis deceſſiſſe. Sed ex abun-
danti ēt dicitur, quod imò ſubſti-
tutio ſic verbis collectiuis conce-
pta reſoluitur in ſingularitates, vt
per Alex. in conſ. 11. col. 4. ver. pro
batur ēt vol. 3. Et ex alio ēt non vi
detur mihi neceſſaria iſta indaga
tio, quia facta fuit expreſſa ſubſti-
tutio reciproca inter illos maſcu-
los prius vocatos, caſu quo alter
eorum decederet ſine filijs legiti-
mis & naturalibus, iuxta tradita
per Aret. in conſil. 2. in primo du-
bio, vnde non poteſt hic remane-
re vlla dubitatio quoniam vnus

ex nepotibus teſtatricis deceſſit, il la adhuc viua, Et iõ illa ſubſtitutio facta eſt caduca l. 1. §. ſin autẽ C. ad de cad. tollen. & ſic euanuit: Alius præſupponitur, quod deceſſerit mortua teſtatrice, ſcilicet ſine maſculis, relicta tantum fœmina, quæ ſine dubio non excludit alium vocatum, cum ſit maſculus, vt omnes ferè in hoc conueniunt, vt per Socin. in l. cum auus Caſtren. in illo conſi. 409. volum. 2. Soc. Iun. d. conſil. 168. volum. 2. & alij innumeri, quos conſulto omitto: Vnde ille maſculus ſuperſtes ex ſua ſubſtõne admittitur: Demũ & ipſe ſine filijs maſculis decedit & iõ factus eſt locus vltimæ ſubſtitutioni de filiabus teſtatricis, vt dictum eſt: Nec aliquid
18 negotij faciunt illa verba, tunc & eo caſu quia verificatus ad vnguẽ fuit caſus ille, cum omnes illi ſine filijs maſculis deceſſerint, prout ſic illa verba ſignificant, præterquã quod illæ dictiones non ſunt adeo reſtrictiuę, vt diſpoſitio etiã verificari non poſſit in caſu ſimili eandem rationem habente, & qui veniat ex veroſimili, & præſumpta mente diſponentis, vt per Curt. ſen. in conſi. 75. num. 14. Gozad. conſi. 64. in fi. Soc. Iun. conſi. 106. colum. antepen. ver. & ad hoc facit volu. 1. facit etiam quod tradit Lancel. Galiaula in l. Gallus in §. & quid ſi tantum, in 4. no. ff. de liber. & poſthum. & aliàs copioſius dixi. Item ex his, quæ dicta ſunt, apparet etiam reſolutio vltimæ difficultatis, videlicet, An adſint perſonæ aliquæ hic, quæ ex præſumpta mente teſtatricis excludant filias ſuas. Quoniam dico quod ex præſumpta mente teſtatricis, imò ex expreſſa apparet totum contrarium, videlicet Quod filiæ ſunt admittendæ, uti proximiores, & expreſsè uocatæ excluſis alijs fœminis, vti non vocatis, & in gradu remotiori, ad quod eſt deciſio Soc. in conſi. 94. colum. 3. verſi. ſed ad hanc rationem volu. 4. ubi formando hanc eãdem dubitationem ſcilicet quę ſint perſonæ, quæ ex præſumpta mentę defuncti excludere poſſint ſubſtitutum, concludit, quod perſonæ, quæ ſunt in remotiori gradu ipſi teſtatori, quàm ſit ſubſtitutus, illum non excludũt, concluditur ergo ex omnibus ſupradictis filias teſtatricis ſolas admittendas fore, excluſis iſtis filijs fœminis: Et ita in ſpetie concludit Dec. i d. cõſ. 480. in ſecũdo dubio.

¶ Et ita de iure uerũ eſſe cenſeo ego Paulus Leonius iurecõſul. Ciuis Patauinus, & Ferrarienſis Sereniſ. Principum Herculis. II. & Alfonſi. II. Ducum Ferrariæ Conſiliarius Iuſtitiæ, & à ſecretis ſalua ſemper ſententia rectius ſentientis. In quorum fidem ſubſcripſi & ſignari mandaui.

SVMMARIVM.

1 *Confinia terræ Argentæ incipiunt à Curte ſeu Curia aut Caſtro caualli & protēdūt per curiā podij diſcurrendo vſque ad villas Mana & Madrana, vbi incipit poſtmodum confinę territorij ſeu iuriſdictionis Ferrariæ.*

2 *Tituli iuriſdictionis prædictæ ad terram Argentæ.*

3 *Inſtrumentum ab originali deſumptū cum authoritate, & decreto Iudicis, & per notarium coram teſtibus tanquam auctenticum probat.*

4 *Inſtrumentum antiquum maiorem habet auctoritatem, quàm nouum aut recens.*

5 *Decretum Iudicis facit, vt omnia præſumantur ſolemniter acta.*

6 *Inueſtituræ complures à pluribus Archiepiſcopis Rauennę factę dicūt loca prędicta.ſ.Curia Caualli & Podij eſſe in territorio Argentę, & ſic in iuriſdictione Sereniſſimi Ducis Ferrariæ.*

7 *Confinia totius Curię Cauali & nu. ſequen.*

9 *Foſſatus nuncupatus Badeſſo diuidit territorium Medicinę, quod eſt territorij Bononię, à territorio Argentę, Quod eſt Sereniſ. do. Ducis Ferrarię.*

10 *verba enunciatiua, licet aliàs non probent, tamen ſecus eſt quando ex titulis comprobantur, Item quando reperiuntur ſępius repetita.*

11 *Confinia totius Curię Podij, videlicet cum Curia Argentæ & vallis Marmortæ cum curia Caualli, cum iurib. ſancti Caſſiani, & do. archiepiſcopi Bonon. cum Guardia Marariæ & vallium ſuarum vſque ad valles villæ Manæ.*

12 *Confinia iuriſdictionis ſereniſſimi domini Ducis Ferrariæ pro iurib. terræ Argentę incipiunt à Curte Caualli continuando cum curia Podij vſque ad villas Manæ & Madrariæ vbi incipiunt iura territorij Ferrariæ.*

13 *Confines Ferrariæ incipiunt in villis Manæ & Madranæ, vbi deſinūt confinia Argentæ, & probatur ex compluribus priuilegijs ſummorum pontificum, ut Adriani Paſchalis, Innocentij, Gregorij, Aleſſandri, Lutij, & aliorum.*

14 *Ludurium olim, hodie appellatur il tragheto de Morgon, in diſtrictu Ferrariæ &c.*

15 *Foſſa Boſſionis diuidebat territorium Ferrariæ à territorio Argentę, & eſt locus, qui nunc appellatur con ſandalo.*

16 *Bocilettum olim, hodie appellatur Bennegnante.*

17 *Villa Mana & Madraria de diſtrictu Ferrariæ & quæ loca continebant in ſe.*

18 *Alius Alueus Padi illinc tranſibat præter illum, qui nunc fluit: quia iſte nunquam fuit appellatus, Padus vetus.*

19 *Harum villarum confinia à latere*

ſuperiori, videlicet verſus Bononiam protēdebantur vltra Aggerū Slamagnonum vſque ad valles Maletti.

20 *Mall'Albergo hodie, olim Malletum nuncupabatur.*

21 *Caſumara hodie olim campus ducis appellabatur.*

22 *Tor de verga hodie corrupto vocabulo, olim lacus victricus, ſeu vitreus nuncupabatur, & Turis ab ocelino. Qui locus totus continebatur intra confines Ferrariæ, prout in uno ex priuilegijs continetur.*

23 *Capraria quoq; ſaltē pro medietate cōtinebatˉ intra confinia Ferrariæ ad Turim ocelini per veſtigia Couioli ad virgam vſque ad Renum, illud tranſeundo ad villam ſancti Auguſtini, vbi adeſt via appellata de Lunedo, quæ illic diuidit territorium Bonon. & Ferrarienſi in villa prædicta S. Auguſtini. Poſtea ad territorium Centi progreditur.*

24 *Fundata eſt intentio noſtra tam reſpectu iuriſdictionis Argentæ pro curia Caualli & Podij vſque ad villas Manæ & Madradriæ vbi incipiunt confines Ferrariæ.*

25 *Fundamēta aduerſæ partis circa tria potiſſimum verſantur, videlicet priuilegium quodam Theodoſij, tranſactio facta vt (aſſeritur) in villa Mulinella de anno 1456. Item in longa poſſeſsione ſeu præſcriptione per plura inſtrumenta & alias ſcripturas.*

26 *Ad priuilegium Theodoſij.*

27 *Illud, quod non eſt veriſimile, dicitur falſitatis imago.*

28 *Iudex nihil magis inſpicere debet quam illud quod eſt veriſimile.*

29 *Variatio in iuditio eſt damnabilis.*

30 *Aduerſarij inciderunt in Scyllam cupientes vitare Caribdim.*

Inſtrumentum ſine anno & indictione eſt nullum.

31 *Probatio in ſpetie facta præualet probationi in genere factæ præſertim in probandis confinibus, & nu. ſeq. vſque ad num. 36.*

32 *Generi per ſpeciem derrogatur, præſertim quando diſpoſitio ſpetialis ſubſequitur generalem num. ſeq.*

34 *Genus parit obſcuritatem.*

35 *Confines iſti dicuntur incerti, videlicet fluuius, via publica, conductus &c. quia pluribus rebus conuenire poſſunt.*

37 *Obſeruantia ſubſecuta declarat ambiguitatem rei obſcuræ.*

38 *Confirmationes priuilegij Theodoſij non ſunt in conſideratione habendæ.*

39 *Confirmatio non operatur effectum ſuum, quando actus, de cuius confirmatione agitur, aut non fuit factus; aut fuit nullus, & num. 46. etiam quod adſit clauſula de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia.*

40 *Confirmatio dupliciter fit.*

41 *Reſponſio ad tranſactionem.*

42 *Oportet, vt aliunde appareat quem eſſe notarium, ad hoc vt illius inſtrumentum probet.*

43 *Argumentum à communiter accidentibus in iure validum eſt.*

44 *Senten-*

44 *Sententiam vel tranſactio, licet regulariter per inſtrumēta de nouo reperta nō reſcindantur, tamen ex aliqua iuſta cauſa ex clauſula generali vel ope reſtitutionis in integrum poteſt reſcindi & nu. ſeq.*

47 *Regula quod priuilegiatus non utitur priuilegio cōtra pariter priuilegiatum non ſemper procedit, vt quando alter ex priuilegiatis tractaret de damno vitando & num. ſeq.*

48 *Præſcriptio non incipit currere, niſi à die ſcientiæ, & ſic eius initium habet tempus vtile & nu. ſeq.*

50 *Ad fundamentum aduerſariorum ratione præſcriptionis reſpondetur.*

51 *Præſcriptio ſola & nuda omni alio iure dicitur remedium impium & rigoroſum, maxime vbi veritas in contrarium apparet, & num. 58.*

52 *Malla fides verſetur nedum vbi nullus adeſt titulus, ſed etiam vbi adeſt, ſed retractabilis.*

53 *Præſcriptio centum annorum, imò etiam illa, cuius initij memoria non extat, non incipit currere vbi eſt mala fides, Maxime de iure canonico, & nu. ſeq. & ſeq.*

55 *Præſcriptio ſine iuſto titulo de iure canonico adeo nō procedit vt etiam ſi adſit titulus, ſed de iure inualidus, licet præſcribens in iure erraret adhuc non procedit.*

56 *Malla fidei poſſeſſor nullo tempore poteſt præſcribere, ſed nec etiam eius ſucceſſor, quia mala fides defuncti nocet ſucceſſori, ſecundum communem opinionem.*

57 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem datur ſecundum opinionem æquiorem & benigniorem.*

59 *Princeps etiam ſuperior vt Rex vel imperator non poteſt alienare iura Regni aut Imperij quando tendit ad maximam diminutionem ſtatus etiam cum iuramento.*

PROSEQVENDO cauſam hanc eodemet ordine, quē Magnifici D. Aduerſæ partis ſemp propoſuerunt, ac ſeruari voluerūt, videlicet vt principium ſumeret à partibus inferioribus in territorio ſcilicet Argentæ in loco vbi dicitur Turis aut Caſtrum ſeu curia Caualli, dicimus nos breuitati potiſſimū ſtudendo intentionem noſtrā, & apertiſſimè & efficaciſſimè eſſe fundatam, locum prædictum, ac illius territorium, &c. ſimul cum eo alium locum illi conterminalem, & cohęrenem à latere verſus Ferrariam; qui curtis de Podio appellatur, quæ protēdit ſe cum ſuis finibus à parte Occidentali vſque ad villā Madrariæ ſeu eius valles, & ad villam Mannam, quæ ſunt de territorio Ferrariæ eſſe de iuriſdictione Argentæ, & ſic iuriſdictio Argētæ per loca curtis & territorij Caualli & curtis ac territorij de Podio continuatis finibus accedunt

dunt ad confine Ferrariæ, videlicet ad dictam villam Mannam & Madratiam. Probatur autem hoc primo ex titulis, de quibus infra. Secundo ex complurib. inueſtitu- 4
ris in dictorum titulorum execu- 5
tione ac obſeruantia per plures Archiepiſcopos Rauennæ diuerſis perſonis factis tum de reb. particularib. prædictorum locorum, tum etiam de vniuerſis territorijs ipſis, de quibus infra.

2 ¶ Tituli autem ſunt duo potiſſimum, vnus à Federico ſecundo Imperatore, qui cum Rauennatenſi Archiepiſcopatui plura territoria concederet, inter cætera connumerat Argentã cum illius territorio, Et cũ deſcribit ea, quæ ſunt in illo territorio, ponit Cauallium, & Curtem de Podio, & hoc fuit de anno M. CCXX. hoc idem dicitur ex conceſſione facta eidem Archiepiſcopatui per Gregorium Pontificem Max. qui & ipſe idem dicit, Quod fuit de an. MCCXXVIII. quæ priuilegia autentica parti aduerſæ liberè exhibuimus, Quæ cum ſint ab originali-
3 bus deſumpta cum auctoritate, & decreto iudicis, vt in eis apparet, immo & per plures notarios coram teſtibus (ſine dubio) probant, & pro originalibus habentur, vt in cap. pen. & vlt. extra de 7
fide inſtru. tradit Alcia. in conſil. 53. num. 4. & 5. lib. 6. & hoc tanto magis procedit in caſu noſtro, quia ſumus in antiquis, maiorem enim præſumptionem veritatis habet inſtrumentum antiquum, quod modo ſit autẽticum, quàm recens, Bald. in conſi. 37. nume. 5. volu. 1. vbi enim adeſt decretum iudicis, omnia præſumuntur ſolemniter acta, Spec. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum verſi. & breuiter ſcies, refert & ſequitur Bald. in conſi. 314. in princ. vol. 5. faciunt ea, quæ habentur in l. vlt. ff. quod met. cauſa.

¶ In executione autem horũ titulorum Archiepiſcopi eccleſiæ Rauennatẽn. facientes inueſtituras diuerſis perſonis de terris & locis poſitis in dictis curijs de Caualli & de Podio, dixerũt eas ſitas ſub diœceſi eccleſię Rauennaten. in territorio autem Argentæ, Primo enim adeſt inueſtitura facta de anno 1344. de vna petia terræ poſita ſuper fundum Caualli in territorio Argentæ & ponuntur confines, idem de anno 1345. Inueſtitura alia de vna preda vallis cum duabus morellis boſchi poſita in curte Caualli territorij Argentæ, idem de anno 1455. Comes Petrus Rouerella inueſtitur de tota & integra Curte Caualli, & de omnibus rebus, & bonis in ea ſitis in territorio, & diſtrictu Argentæ, vt apparet in inueſtitura exhibita, in qua etiam ponuntur confines totius, & integræ curiæ Caualli, vlt à Mane guardia

& ter-

& territorium Conſilicis, quod Caſtrum eſt Sereniſſimi domini Ducis Ferrariæ, incipiendo à fundo, & aſcendendo vſque ad territorium Caſtri medicinæ, quod Caſtrum eſt Dominorum Bononienſium, à meridie Guardia, & fluuius Gaianæ ſeu Gaianellæ, & Guardia villæ veteranæ, includendo alueum fluuij quaderij, & foſſam Auedoſoli, & Riuoli, & Aggerem, qui vadit ad villam Duratij, & Guardiam villę ſancti Martini vſque ad fluuium Lideſe, & Guardiam villæ Mezolarij, & caput negalis, à ſero curiam Podij
9 iuriſdict. Argentæ diſcurrendo per dictum Negale & deſcendendo in campum villæ Credæ, & deinde vſque ad fundum Malcauitij, à ſeptentrione dictus fundus, qui diſcurrit à baſtia farinarię, diuidendo dictam curtem Caualli à vallibus Farinariæ Malcauitij, Marmortę, vſque ad portum nouum, & territorium conſilicis, & vt latius in ea.

8 ¶ Item adeſt alia inueſtitura facta de anno 1516. Comiti Hieronymo Rouerellę de eadem met tota & integra curia Caualli, & rerũ ac bonorum in ea exiſtentiũ diœce. eccleſiæ Rauennaten. & territorij ac diſtrictus Argentæ, & exprimuntur complures petiæ terrarũ vallium, & nemorum & inter cætera dicitur vna Turis, quæ olim conſueuerat eſſe Caſtrum cũ omnibus pertinentijs & cohærentijs ſuis, & ponuntur idem met confines, prout in ſuperiori.

9 ¶ Item alia eſt inueſtitura de anno 1526. vbi inueſtitur Philippus de Fertis de re particulari in dicta curia Caualli exiſtẽte, videlicet de vna petia terræ aratoriæ pratiuæ valliuæ & paſculiuæ quantęcunq; ſit quantitatis poſita in territorio Argentæ vltra Padum in loco vbi dicitur la Torre de Cauai, iuxta vno latere valles Marmortę, alio latere foſſatum dictum il foſſa Badeſſo, diuidens territorium Medicinæ à territorio Argentę, vno capite valles della Baſtia del Farinaro, alio capite la Mena ferarina.

10 ¶ Et licet dicatur iſta ſunt verba enuntiatiua, quæ non probãt, &c. Tamen dico, quòd hoc caſu probant, tum quia ex titulis ſupraſcriptis conuallidãtur iſta verba, & aſſummunt robur & efficatiam, tum quia cum ſint totiens ab eodem Archiepiſcopo repetita, probãt, vt declarat Alex. in cõſil. 190. colum. 6. verſi. accedit quia verba geminata vol. 6. & in conſi. 125. colum. 2. verſi. prædictis etiam non obſtan. volum. 7. poſt Abb. in cap. ſi cautio de fid. inſtrum. & alios, quos alleg. Soc. conſi. 65. col. vlt. volu. 1. Dec. conſil. 152. col. vlt.

11 ¶ Et hoc idem etiam eſt de alio loco nuncupato Curte de Podio, nam de anno 1455. Idem Petrus Rouerella fuit inueſtitus de tota & inte-

& integra curia de territorio ſeu Maſſa de Podio diœceſis Rauennat. eccleſię ac territorij, & diſtrictus Argentæ, & ponuntur confines totius integræ curiæ, videlicet à mane iura curiæ Argentæ, & vallis Marmortæ, diſcurrendo à Pado vſq; ad fundum & curtem Caualli, a fundo vſque ad caput Negalis, & Guardiam villæ ſancti Martini, á Meridie iura S. Caſſiani de Ronchis, & iura do. Archiepiſcopi Bononien. à ſeptentrione Padum, à Sero Guardiam Marariæ, & vallium ſuarum vſque ad valles villæ Manæ, &c. Et idem per omnia habetur in alia inueſtitura facta Rouerellis de ann. 1516. vbi pariter dicitur in territorio, & diſtrictu Argentæ, & ijdem cōfines ponuntur.

12 ¶ Ex quibus omnibus manifeſtè apparet de continuatione iuriſdictionis Sereniſ. domini Ducis Ferrariæ, incipiēdo à curia Caualli, quæ conterminalis eſt, cum curia Podij, & iſta cohæret cum villa Madrariæ, quæ eſt de iuriſdictione & diſtrictu Ferrariæ, & ibi incipiunt confines Ferrarię ab illa parte, adeo quod iura Sereniſ. Ducis Ferrariæ vti domini terræ Argentæ incipiūt a Turri Caualli incluſiuæ, & poſt deſcendunt ad curtem de Podio, quæ protenditur vſque ad villas Madrarię & Manæ, vbi incipit territorium Ferrariæ cōtinuatim vt ita dicam.

13 ¶ Nūc igit capiēdo iura Ferrar. & eius cōfines, probabo villā hāc Madratię, ubi deſinūt confines curię Podij, & ſic iuriſdictio ſeu confinis territorij Argentę eſſe de diſtrictu, & territorio Ferrariæ, & ſic ibi incipere ab illa parte iura Sereniſ. Ducis propter territoriū Ferrariæ. Probatur autem hoc ex compluribus priuilegijs, & conceſſionibus ſummorum Pontificum, in quibus ponuntur confines huius territorij, & expreſſim ponuntur villę iſtę, videlicet Mana, & Madraria: Adſunt enim priuilegia Adriani, Paſchalis, Innocentij, Gregorij, Alexandri, Lutij, & aliorum complurium Pontificum, in quibus ponuntur confinia territorij Ferrarien. per hęc formalia, & ſpecifica uerba, videlicet ab vna parte Fluminis Padi, altera noſtra Maſſa phiſcalię, & ueteraria uſque ad foſſum foſſionis, & tranſeunt per flumen Sandalum uſque ad Bocilettum, tranſiens flumen Gabianæ per Ludurium circūdans uillam Manam, & Madrariam perueniunt uſque Malectū, à Malecto iuxta Aggerem Anſianum per paludes & piſcarias uſque uictricam, & tranſeuntes uictricā uſque ad foſſam Buranam trāſeunt in padum. Et ex priuilegio Gregorij Pontificis de anno 1188. ac etiam Cęleſtini datur inter cętera ēt cāpus Ducis, qui hodiè appellatur Caſumaro,

Item

Item Doſſus Pontonariæ cum tota valada ſibi pertinente, eccleſia ſancti Martini de Boſco, Hoſpitalis de Ruptilo cum omnibus pertinentijs.

¶ Confines igitur territorij Ferrarien. circundāt villas iſtas duas videlicet villam Manam, & Madrariam, Et ſic includuntur intra cōfinia Ferrariæ, vt ſignificat verbum illud circundant, quarum villarum loca inferius deſcribentur.

14 ¶ At cum fiat mentio in ipſis cōfinib. inter cætera de Ludurio, ne forte nomen iſtud in obſcuro remaneat, ſciendum eſt, quod Ludurium eſt locus, qui nunc appellatur il Traghetto de Mergon, qđ probatur ex inueſtitura Rauenæ de anno 1469. facta de vna poſſeſſione poſita ex alia parte Padi Gaibanæ in loco detto Liduro, ſiue Traghetus Mergoni diſtrictus Ferrariȩ in Cattaſ. 9. a car. 108. Et hoc idem habetur in inueſtitura domini Petri Rouerellȩ in Cattaſtro octa. a car. 217. vbi pariter dicitur. Item vna conttata terrarum ſeu doſſorum in loco vbi dicitur Lidura, ſiue Traghetus Mergoni, & Doſſus Liduræ, Et in eodem Cattaſtro octauo à car. 80. in loco detto Lidura ſiue Traghetus Mergoni diſtrictus Ferrariȩ: Et in Cattaſtro nono a car. 123. hoc idem dicitur, & in alijs pluribus locis idem probari poſſet, quæ omitto cauſa breuitatis. Et quod dictus locus Tragheti ſeu Mergoni ſit in diſtrictu Ferrariæ, & Argentæ ex compluribus inueſtituris, & inſtrumētis probatur, quæ ſunt exhibita.

15 ¶ De foſſa Boſſionis, & de Bozzoletto nō eſt opus verba facere, quia de eis nulla cadit controuerſia. Nam foſſa Boſſionis diuidebat territorium Ferrariæ, & territorium Argentæ, & erat in loco, qui nunc appellatur Conſandalo, &
16 pariter erat Bocilettum in loco, qui nunc dicitur Benuegnāte, ſed in his nulla eſt quæſtio, ſunt enim omnia in iuriſdictione ſereniſſimi Ducis noſtri, & poſſeſſa abſque controuerſia.

17 ¶ Sequuntur ergo dictæ villæ, quæ ſunt de diſtrictu Ferrariæ, videlicet villa Mana, & Madraria, vt ex dictis priuilegijs manifeſtè apparet, quæ villæ plura corpora in ſe continent, prout in varijs inſtrumentis exhibitis apparet, vt vallis Arſicia, uallis Grotario,
18 vallis delle pece, pado veteri mediante, Ex quo apparet alium Alueum Padi illinc tranſire conſueuiſſe, non autem de iſto Alueo loquitur, qui nunc fluit, quia nunquam Padus vetus fuit appellatus, & harum confines à la-
19 tere ſupperiori verſus territorium Bononienſis ſe extendunt vltra

 locum,

locum, Qui dicebatur agger
20 Stamagnonus, & protenduntur vſq; ad valles Malecti, qui Mall'-Albergo hodiè dicitur, vt Hiſtorici tradunt, Et inde per valles tranſeunt ad locũ, qui dicitur appellatur Montalban, & tandem deueniunt ad Butifredum & Pontonariam, & campum Ducis, Quæ loca expreſſim recenſentur, & nominatim in aliquibus ex priuilegijs ſupradictis ponentibus confines Ferrariæ, vt in illis videre licet.

21 ¶ Nam priuilegiũ Gregorij de anno 1186. ac etiam Cæleſtini inter cætera dant Campum Ducis, qui nunc Caſumaro appellatur, Item Doſſum Pontonariæ cũ tota eccleſia ſancti Martini de Boſco, & hoſpitale de Ruptilo cũ omnibus pertinentijs, quæ loca quò ad iuriſdictionem poſſidetur per ſereniſſimũ Ducem Ferrariæ: Nã in loco nũcupato il Butifrè adeſt officialis ſuæ celſitudinis, Et ſic cõcurrit hic titulus, & poſſeſſio ſimul: Inde tranſeunt confines ad victricam, qui locus olim Lacus victricus, aliàs vitreus appellaba-
22 tur, nunc autem verga nuncupatur corrupto vocabulo, ſed antea per Turim ab occelino, & ante eam ſuper quibuſdam aggeribus adeſt Cathena quædam, vbi ſoluitur Datium per tranſeuntes, de quo inueſtiti ſunt quidam de Beccarijs à Sereniſſimo Duce Ferrariç, Et ſic poſſidet, & adhuc exercet iuriſdictionem, poſt locũ appellatum hodiè verga, vbi olim lacus eſſe ſolebat, qui victricus appellabatur, & totus ille locus intra confines Ferrariæ continebatur, prout vnum ex priuilegijs noſtris dicit, videlicet capiens lacum vi-
23 treũ inde ad locum, qui vocatur Capraria deueniunt confines, dãtes totam medietatem campi, qui vocatur Capraria, inde vt dictum eſt ad Turim Occelini per veſtigia Couioli ad virgã, inde ad flumen Rheni illud tranſeundo ad villã ſancti Auguſtini, vbi adeſt via, quæ appellatur de Lunedo quæ eſt confinis ipſius villæ ſancti Auguſtini, quæ eſt territorij Bononienſis, deindè tranſitus fit ad confines terræ Centi.

24 ¶ Ex iſtis igitur apparet fundatam eſſe intentionem noſtram tam reſpectu iuriſdictionis Argentæ pro curia Caualli, & curia Podij, quæ ſe inuicem tangunt & veniunt vſque ad villam Madrariam, vbi incipiunt confines Ferrariæ, quam etiam reſpectu iuriſdictionis Ferrariæ.

25 ¶ Nunc ſupereſt, ut aliqua, breuiter tamen, dicamus, pro reſponſione ad ea, quæ pro parte aduerſa adducta fuere, quæ potiſſimũ, & principaliter circa tria verſãtur Primum ſuper quodã aſſerto priuilegio Theodoſij Iunioris, Secũdum

dum ſuper quadam tranſactionẽ (vt dicunt) facta in villa Mullinellæ de anno 1456. Tertium eſt in poſſeſſione longa, & in præſcriptione, & pluribus inſtrumentis,
26 & alijs ſcripturis.

¶ Quoad primum multa profectò dici poſſunt, ex quibus liquidò apparet, priuilegium illud nũquam fuiſſe ab illo Imperatore factum. Sed multis dimiſſis, Primò hoc dicam, priuilegium illud ſatis à veriſimili eſſe alienum, quid enim commune habet concedere ſtudium illi ciuitati, & ponere confines tranſeundo immediatè, & ſine connexitate aliqua, & ſine vllo prohemio aut redditione alicuius rationis ad ponendos fines illius ciuitatis, vt ex eius lectura ap
27 paret, illud autẽ quod non eſt veriſimile, dicitur falſitatis imago Bald. in l. 1. colum. 3. C. de ſer. fug. Et veriſimilitudinem cognatam naturæ appellat idem Bal. in cõſi.
28 180. volum. 3. Et nihil magis cõſiderare iudex debet, quàm id quod eſt veriſimile, Craue. in cõſ. 3. colum. vlt. verſ. poſtremo, & in conſ. 28. in prin. cum multis ſimilibus, Præterea quod hoc ſit verũ apparet. Nam domini aduerſarij in vna copia nobis primo tradita ponebant annum ſalutis 423. At cum quaſdam audiuiſſent oppoſitiones indè factas, videlicet quòd illis temporibus anni non illo modo inſcribebãtur, ſed ex cõſulibus. Itẽ ꝙ Cœleſtinus, de quo ibi fit mentio, nõdum fuerat illo tempore Pontifex creatus, ex quo euertebatur omnino illud priuilegium. Ideo cœperunt poſtea dicere, ꝙ eſt confectum de anno. 433. ſed nec eo tpe erat Cœleſtinus Pa-
29 pa. Tandem dixerunt ꝙ eſt ſine anno. Sed primò dico, qđ ex hac varietate incidimus in l. qui falſa vel varia ff. de teſtib. l. eos ff. ad l. Cor. de fal. Secũdo dico, quod nõ animaduertũt, quod incidunt in Syllam cupientes vitare Carib-
30 dim, quia inſtrumentum ſiue priuilegium ſine anno, & indictione eſt nullum, ut no. in auct. vt propon. nomen Imperat. & in l. generali C. de Tabel. lib. 10. & in c. inter dilectos vbi gl. & Doct. de fide inſtru. vbi de priuilegio agitur habetur per Doct. oẽs in rub. ff. de noui oper. nũcia. Bal. in conſ. 286. num. 3. vol. 3. & in conſ. 171. in fin. vol. 2. Signor. conſil. 257. in princ. Riminal. in conſil. 480. colum. 2. verſ. his tamen non obſtan. Sed & multa alia obijciuntur, ex quibus priuilegium illud eſſe priuilegium nullo modo poteſt, ut quia multæ denominationes ibi fiant, quæ tunc temporis nec in vſu nec cognitæ quidem erant, vt Marchiæ Longobardia, Et ſimil. qua ratione ſola adductus Alcia. in l. vltim. de Agricol. & cenſib. libr. 11. Codicis priuilegium illud qđ circũferri dixit, improbauit,

de quo etiam ſe dubitatem non
negauit frater Leander hiſtoricus
Bononien.

¶ Non ommitto etiam ꝙ con-
fines in eo priuilegio poſiti ſunt
valdè generales & incerti videli-
cet ab oriente currit Sanubiũ ſiue
ſenſus de Alpib. niuoſis in valles
& aquas padi: Opporteret vt do-
mini aduerſarij verificarent locũ
vbi ſenſus fluuius tunc temporis
currebat in valles & aquas Padi,
& eſt ridiculũ dicere, quod loqua
tur illa ſcriptura de Alueo Padi,
qui nunc fluit per Gaibanam pro
pè menia ciuitatis Ferrariæ, cum
tunc temporis non currebat Pa-
dus illac, ſed longè poſt cæpit in-
dè fluere, Et quod hoc ſit verũ, ap
paret, nam iſtæ Padus diſtat ab il-
lis Alpibus niuoſis, de quibus in
illa ſcriptura per milliaria quin-
quaginta, & vltra: Itẽ ẽt apparet ex
facie ipſius loci, quia non adſunt
amplius valles propè iſtum Padũ,
neq; aquæ, quę vndequaq; regio-
nes ipſas vniuerſas inundabant,
& in illis aquis ex Alpibus niuoſis
fluebant, vnde neceſſe eſt dicere
quod tũc tpis erat alius alueus Pa
di, in quo currebãt aquę illę pro-
ut vere aderat, & apparet ex teſti-
bus in cauſa iſta examinatis, qui
hoc concludentiſsime probant,
Nõ ergo dici poteſt quod in iſto
alueo Padi longo poſt tempore
facto, & qui diſtat ab Alpibus per
multa, & multa milliaria: Et ſic
poſitò quòd illa ſcriptura eſſet pri
uilegium verum, & auctenticum,
non poteſt recipere hãc interpræ
tationem, ſed opportuiſſet partẽ
aduerſam probaſſe præcisè locũ
vbi ex Alpibus currebant aquæ in
valles, & in aquas Padi: Qui locus
eſt pro confine ſecũdum illã ſcri-
pturam, Notum enim eſt ex hiſto
rijs, quòd inter Alpes illas, & loca
iſta fluebat Paduſa (ſic tũc dicta:)
Quæ loca poſt modum prout ex-
ſicata fuere, & valles deſierunt eſ-
ſe, vellẽt aduerſarij confines ſuos,
qui tunc illuc vſq; currere potuiſ-
ſent, ſi vera eſſet illa ſcriptura, pro
tendere prout aqua & valles illæ eſ
ſe deſierunt, Quod ſatis abſurdũ
& irrationabile eſt, & eo maximè
31 cum nos habeamus priuilegia no
ſtra in ſpecie ponẽtia, & deſignã-
tia confines huius territorij, ut in
eis videre eſt, ideo ſcriptura illa
generalis vbi ſenſus ille ex Alpib.
fluit in valles, & in aquas Padi à
Meridiè vt ſcalarum Alpes protẽ-
dunt, ab occidente vbi currit Leo
flumen in ſcultenam, & pannariũ
in Padum, à Septentrione ut Pa-
dus ad Badalenum fluit, nihil no-
bis officit, Quoniam generi per
ſpetiem derrogatur cap. Generi
de regul. iur. in ſex. l. in toto ff.
32 cod. tit. l. ſanctio legum ff. de pęn.
Ponit Alex. in conſ. 123. colum. 4.
volum. 4. Dec. in conſil. 590. col. 1.
uerſ. non obſtat, ubi per reg. præ-
dictã dicitur, quòd ex legato ge-
nerali

neralí omnium bonorum dedu-
citur fundus, qui in ſpetie fuit re-
33 lictus, & præſertim quando di-
ſpoſitio ſpecialis ſubſequitur ge-
neralem Bal.in conſi.485. volum.
4. uerſi. extra prædicta diſpoſitio
enim,quæ ſit in ſpetie eſt certior,
& clarior illa, quæ eſt in genere,
34 quia genus parit obſcuritatem l.
in tradendis ff. communia prędi.
l.ita fidei.ff. de iure fiſci, ubi Bal.
& Crauet.in conſ.94.num. 3. ubi
dicit quòd probatio clarior, &
certior præualet, ad quod multa
allegat, & in conſil. pro genero.
nu.351. & Fuſius nu. 368. & quod
in terminis dicit Riminal. conſi.
35 429.colum.3.num.20. ubi huiuſ-
modi confines incerti dicuntur,
qui ſic dantur,ſcilicet fluuius, uia
publica,cõductus,& ſimiles pluri
bus enim iſta poſſunt conuenire;
36 Item etiam quia iſtę qualitates cõ
finium non ſunt probatę per par
tem aduerſam : Nam flumen ſen-
ſus non currit in padum in locis
iſtis,de quibus nunc controuerti
tur,nec ubi Padus ad Badalenum
flua,:Nullibi apparet:Ideoque ſe-
quitur confinia noſtra uti ſpecifi-
cè deſignata ponendo nominia
ipſa locorum in ſpetie,ubi tran-
ſeunt, attendenda omnino eſſe,
relicta illa ſcriptura incerta, ob-
ſcura, & nihil pœnitus probante.
Et eo magis cõfirmatur illud pri-
uilegium non eſſe uerum,quia nõ
habuit effectum , quem dicunt
non enim uerum eſt,quòd Bono.
territorium habeat pro confini
omnia illa loca,quæ inter illos cõ
fines continentur, non enim poſ
ſident omnia, quæ ſunt à Sanu-
bio fluuio uſque in padum,& ab
alijs etiam partib. idem eſt, Ideo
37 ex obſeruantia declaratur ueritas
l.ſed Iuli.§.proinde.ff. ad Maced.
Alc.conſil.26.lib.5.Nat.conſ.192.
colum.ult. Et hæc dicta ſint præ-
ter ualidiſſimas alias oppoſitio-
nes illi ſcripturæ factas per Ma-
gnificum & Doctiſ.D.Aleſſandrũ
Sardum.

38 ¶ Quibus ſic ſtantibus, & ſi ni-
hil de eius allegatis confirmatio-
nib. opus eſſet agere, tamen duo
uerba de illis quoque dicam: Dici
tur enim confirmationem Boni-
facij Papæ ijs uerbis factam fuiſ-
ſe uidelicet, Et ſi fortè quacunque
ratione uel cã annullatũ ſeu reuo-
catũ fuiſſet &c.Hec ergo cõfirma-
tio ſupplet in hoc, uidelicet ſi fuiſ
ſet declaratũ nullum,ſeu fuiſſet re
uocatum , quod nunc fatebor nõ
fuiſſe ab aliquo illud aſſertum pri
uilegium reuocatum,ſed dico, ꝙ
non fuit factum,aut quod fuit fal
ſum, quo caſu confirmatio nun-
quam trahitur ad hunc caſum, ẽt
ſi adeſſet clauſula de plenitudinẽ
poteſtatis, & ex certa ſcientia, ut
tradit Abb. poſt alios canon. in
39 c.inter dilectos in 4.oppo.de fide
inſtr.& ſequitur ibidem Fel.nu.6.
facit qđ tradit Anch.in conſ.387.
in fin.

in fi.diſpoſitio enim tollens omnem exceptionem non intelligitur remouere iſtam: quod ille non eſt actus validus Dec. conſil. 556.col.1.ver. primo ergo non obſtat,& colum.1.ver. ſimiliter non obſtat.Quod & in ſententia procedit,quæ eſt ſtricti iuris l.1.C. ſi plures vna ſententia Bart.in l. Iulianus col. 3.ff.de condict.indeb. Ita declarat Caſtren.in conſi.270. colum.1. volum.2.faciunt,quę habentur in l.4. ſ. condemnatū.ff. de re iu.l. Non putauit ſ. non q̄ris.ff. de bon.poſ.contra tab.Cle. paſtoralis de re iud. Bart.in l.1 §. Et parui.ff.quod vi aut clam.Cor. conſi.140.in prin.volum.4.Præterea dico quòd confirmatio dupli
40 citer fit,vno modo in forma cō
muni, Et iſta parum operatur, nec alteri præiudicat. Alia eſt, quæ fit in forma ſpecifica,Et iſta, duo requirit, videlicet quod ſit ex certa ſcientia, Item cum cauſæ cognitione,ita eleganter declarat Alexan. in conſil. 123. colum. 6. verſ.præmitto volum.4.poſt But. & alios,quos allegat, Et de confirmatione in forma communi facta meminit etiam Bald.in conſi. 130.vol.1. At in caſu noſtro nullam apparet cauſæ cognitionem interueniſſe, imò neque qđ Papa confirmationem illam fecerit ex certa ſcientia, nulla enim ex illis clauſulis adeſt,& nec etiam motu proprio eſt facta, ſed expreſſè ad petitionem partis,ſic eſt nuda & ſimplex confirmatio, ergo &c. Item eſt aduertendum,quia nihil apparet de confirmatione iſta, quam omnia quę narrantur,ſunt verba partis petentis ſed ipſius Pontificis adſunt tātūmodo duo illa uerba, quæ omnia gratioſe cōceſſit, &c. Quo uero ad alias cōfirmationes per alios Pontifices generaliter factas,nihil eſt, quia intelliguntur voluiſſe ea tantum confirmare, quæ uera, & iuſta ſunt, vt dicit Bald. in conſil. 83. verſ.ſecundo præmitto volum. 5. Et confirmatio Caroli quinti eſt in ſpecie tātum de priuilegio Gymnaſij Bonon.conceſſo: Et hac ſufficiat quoad iſtud in quo præcipuum fundamētum fit per partem aduerſam omiſſis pluribus, quæ per eam dicuntur,quib. particulariter non reſpondeo, quia non eſt neceſſarium, cum præſertim ex iam dictis ſatis perſpicuo, conſtat,omnia in contrariū adducta corruere,quæ in hoc Theodoſiano refugio fundantur.

41 ¶ Deuenio igitur ad aliud fun
damentum in contrarium adductum videlicet ad aſſertam tranſactionem quandam tempore Ducis Borſij in villa Mullinellæ factam, ubi poſitum dicitur fuiſſe quodam pillaſtrum pro confine. Sed primo dicitur, nos nunquam
42 potuiſſe videre nec reperire ſce
das huius notarij, quæ habeant

iſtud

iſtud inſtrumentum, Nam etiam in inſtrumentis antiquiſſimis nõ ſufficit, notariũ inſtrumento ſub ſcripſiſſe, ſed neceſſe eſt, vt aliunde ex aliquibus coniecturis appareat illum fuiſſe notarium, puta quòd alia eius inſtrumenta reperiantur: Alioquin facilè alicui eſſet cõfingere ſibi inſtrumẽta aut priuilegia Imperatorum, &c. vt trad. Alc. in conſ. 4. n. 16. li. 4. poſt alios quos ibi allegat: vnde non parua ibi oritur ſuſpitio: Quæ adhuc magis augetur, quia à com
43 muniter accidentibus, quod argumentum in iure noſtro valet, ad not. in l. neq; natales 1. C. de proba. l. quod ſi nolir. ſ. quia aſſidua. ff. de edil. edict. Alc. conſ. 190. nu. 2. volum. 6. cum ſimil. Quando celebratur inſtrumentũ inter duas etiam priuatas perſonas, ſolẽt plerumque adhiberi duo notarij ex iuriſdictione cuiuſlibet ex cõtrahentibus; Multo autem magis hoc procedere eſt credendum inter duas ciuitates, & in re tam magni præiuditij, vt eſt in ponendis finibus: Ideoque non ſit veriſimile quod domini aduerſarij, qui valdè prouidi, & diligentes in rebus & negotijs ſuis eſſe conſueuerunt, Ita hoc parum curauerint, & ita quodammodo ſupini fuerint, vr noluerint, & ipſi propriũ adhibere notarium, vt & ipſi ſcedas, & prothocollum penes ſe habere poſſent: Ideoq; illud, quod non eſt veriſimile, abijciendum eſt, l. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa & ſupradictum eſt. Augetur ſuſpitio, quia ſi verum eſſet pillaſtrum aſſertum fuiſſe in illo loco confinium gratia conſtructum, eſt ne credẽdum, quod ipſi domini aduerſatij paſſi fuiſſent illum euerti, & deſtrui, in loco præſertim, in quo ſemper adeſt officialis eorum in cuius oculis, locus ille eſt, & per tantum temporis ſpatium, cum fortè non eſt, qui eius rei memoriam habeat: Vnde dicendum eſt, quod aut nõ eſt uerum, pillaſtrum huiuſmodi fuiſſe conſtructum, aut ſi fuit vnquam conſtructum, non hac de cauſa, ſcilicet confinium ponendorum, quia non ſic rem talem neglexiſſent: Et ſic obſeruantia, quæ ex aduerſo adducitur, retorquetur, quia cum pillaſtrũ illud fuerit deiectum, ipſiſmet aduerſarijs videntibus, & per tantũ temporis ſpatium patientibus, apparet manifeſtè, quod non ſit uerũ id, quod ex aduerſo dicitur.

¶ Sed vlterius eſt aduertendum, quia in illa ſcriptura nulla fit mẽtio de Papa tunc ſuperſtite, Sed tã tum de illo, qui iam defunctus erat. ſ. Nicolao quinto, cuius tempore, tribus videlicet iam elapſis annis de ann. 1453. fuerat factum mandatum ex auctoritate Cardinalis Beſarionis tunc legati Apoſtolici Bononienſis & Exarcatus

Rauenæ,

Rauenæ, de qua auctoritate, & Bailia apparere dicunt in quodã decreto ciuilitatis cõceſſo per cõmunitatem Bononien. domino vgúccioni de Abbatia, Qui erat Ferrarien. De quo tamen decreto, in quo contineri dicunt hoc mãdatum, nihil adhuc apparet: Sed præterea fit mentio de mandato facto de anno 1453. & ſic iam tribus annis elapſis tẽpore olim Papæ Nicolai, & nulla fit mentio de Papa tunc temporis ſuperſtite, Mãdatum autem morte mandãtis expirat ex vulgatis iuribus. Quinimò ad aliud etiam eſt aduertendum, quia tunc temporis, quando ſcilicet inſtrumentum illud dicitur fuiſſe celebratum, Cardinalis Beſſarionus non erat amplius legatus Bonon. Nam Nicolaus Papa quintus deceſſit de anno 1455. die 22. Martij, Et ſtatim Card. Beſſarionus Romam profectus eſt, nec amplius Bononiam fuit reuerſus, ſed creato Caliſto Pontifice miſſus fuit pro Gubernatore Bononię epiſcopus Valentianus: Inſtrumentum autem allegatum ex aduerſo dicitur celebratum fuiſſe de ann. 1456. diè ... Et ſic iam mortuo Pontifice, & Beſſarione non exiſtente amplius legato, & nulla facta mentione Põtificis tunc ſuperſtitis, Nec etiam Gubernatoris Bononiæ, hæc autẽ habetur ex hiſtoria Bonon. per Iacobũ de Podio, & ẽt tradit Platina

¶ Præterea trãſactio iſta poteſt ex prætextu iuriũ poſt repertorũ, quæ tunc incognita erant, reſcindi ex clauſula generali, vel ſaltem ope reſtitutionis in integrum, quia communitas eſt terrę Argẽtæ, cuius eſt hæc iuriſdictio, licet enim regulariter ſententia, uel ẽt tranſactio prætextu inſtrumenti de nouo reperti non reſcindãtur
44 l. ſub prætextu C. de tranſac. l. Imperatores. ff. eo. tit. & c. ſuborta extra eod. titu. tamen, quando adeſt
45 aliqua iuſta cauſa ignorantiæ, poteſt vel ex clauſula generali vel ope reſtõnis, ita concludit Alex. poſt antiquos per eum relatos in conſ. 69. colum. 2. volum. 3. vbi loquitur in perſona priuata, ergo multò magis in uniuerſitate, prout nos verſamur, & in conſil. 84. colum. 2. vol. 1. & tradunt canon. in d. cap. ſuborta, & legiſtæ in d. l. Imperatores: Probabilem autẽ ignorantiæ cauſam in caſu noſtro habemus, quoniam iura iſta nunc reperta, erant in alieno Archiuo, & extra iuriſdictionẽ hãc,
46 Nempè in Archiuo Archiepiſcopi Rauena. Et eſt deciſio in terminis imò fortioribus Cor. in conſ. 156. volum. 3. vbi communitas petit reſtitutionem aduerſus tranſactionem factam iam 60. annis elapſis propter inſtrumenta, quæ dicebantur reperta in proprio Archiuo illius communitatis, quia veriſimiliter illa communitas nõ

feciſſet

feciſſet talem tranſactionem, ſi iura illa nota habuiſſet, & quia negotia cõmunitatis geruntur per adminiſtratores, ideo æquiparatur minoribus, vt ibi per eũ, Multò ergo magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, cum iſta iura erãt in alieno Archiuo, & extra iuriſdictionem.

47 ¶ Nec obſtat ſi fortè diceretur, quod vna communitas priuilegiata non poteſt vti ſuo priuilegio contra aliam cõitatem, &c. Quia illa regula non ſemper procedit, ut patet ex his, quæ dicit Corn. in cõnſi. 140. volum. 1. & in ſpetie non procedit illa regula, quando alter ex priuilegiatis tractat de damno euitando, aut qđ ſe læſum dicit, vt declarat Ancha. in conſi. 37. colum. 2. in princ. & Corn. in conſ. 21. colum. 4. verſic. nec quod priuilegiatus vol. 4.

48 ¶ Nec ſimiliter obſtat ſi diceretur reſtitutionem non poſſe amplius competere, quia cucurrit pręſcriptio, Quoniam dico, quòd non incipit currere tempus ad petendam reſtitutionem, niſi à die ſcientiæ habitæ iurium repertorum, Bald. in conſi. 92. vol. 1. Alex. conſi. 63. colum. 4. in princ. verſi. Et licet volum. 4. vbi poſt Bald. in l. falſam C. ſi ex fal. inſtru. dicit, qđ initium huius temporis petendi reſtitutionem eſt vtile, & nunquã incipit currere, etiam quod centum anni laberentur, ſtante pro-

49 babili ignorantia, Idem Alex. in d. conſil. 69. colum. 2. verſi. vtrum tamen volum. 3. Dec. in conſil. 36. colum. vlt. Riminal. in conſi. 528. colum. 4. verſi. Nec partis obſtan. & conſil. 363. verſi. prætèrea petita eſt, & in conſil. 388. colum. 2. verſ. quinimò.

